









NOVI COMMENTARI

ACADEMIAE SCIENTIARUM

INSTITUTI BONONIENSIS

TOMUS QUINTUS


---

d. 1103.B. 22

NOVI COMMENTARI  
ACADEMIAE SCIENTIARUM

INSTITUTI BONONIENSIS

TOMUS QUINTUS.



Quadri 1

BONONIAE MDGGGXLII.

EX TYPOGRAPHAEO EMYGDII AB ULMO.

SUPERIORUM PERMISSU.





**V. E. UGONI P. SPINULAE  
CARDINALI**

**PROVINCIAE BONONIENSIS LEGATO**

**SODALES BENEDICTINI**

Octo jam abhinc annis, quum tu  
nempe, V. E., totius Aemiliae admini-  
strandae munere summa cum laude fun-  
gebaris, primum in vulgus prodiit novo-  
rum Commentariorum volumen, in quo  
ea, quae quisque nostrum in scientiis

naturalibus aut invenerat, aut explana-  
rat, de veteri more collecta publici juris  
fieri caeperunt. Nobisque id accidit, tunc  
temporis plane gloriosissimum, ut **GRE-**  
**GORIUS** **xvi.** **PONTIFEX MAXIMUS** eum sibi la-  
borem, te deprecante, nuncupari, suo-  
que immortali Nomine exornari beni-  
gnissime permiserit; sapientiae videlicet  
tuae, ac mirae in hujusmodi studiis fo-  
vendis alacritati illum maxima ex parte  
referens acceptum. Cujus beneficij me-  
memoria nunquam postea, ut par est, ex  
nostris animis decidit; dum tandem nu-  
perrime opportunissima nobis oblata est  
occasio, ut quae de referenda gratia diu  
multumque cogitavimus, ea pro viribus  
perficeremus. Siquidem tibi hanc ipsam  
provinciam communi omnium plausu ite-  
rum capessenti, novasque spes, quas cu-  
mumatissime statim expleas, excitanti quin-  
tum hoc eorundem Commentariorum vo-

lumen inscribendum ac dedicandum du-  
ximus , quo nimirum communem nobis  
cum tota Civitate laetitiam de reditu fau-  
stissimo tuo, ac tibi tandem nostros ob-  
servantiae, gratique animi sensus publice  
significaremus. Hoc itaque ea, qua soles,  
humanitate excipias, quaque plurimum  
potes, auctoritate tuearis, ut et te mu-  
nus nostrum aequi bonique fecisse con-  
stet, et in posterum singularis hujus be-  
nevolentiae tuae perenne existat monu-  
mentum. Te praesente enimvero , et su-  
premae Provinciae nostraee Administrati-  
onи restituto, illud ipsum nobis resti-  
tum fere intuemur praeclarissimum fa-  
miliae tuae decus Joannem Baptistam  
Spinulam, qui dum Civitati fide, justi-  
tiaque singulari praeeruit, omnibus et hanc  
nostram sodalitatem officiis complexus  
est, de qua tu, V. E., vestigiis ejus glo-  
riose insistens jam adeo promereris. Fa-

xit Deus , ut acta Academiae nostrae  
cum nominis tui gloria sic diu conso-  
cientur, et quas ipsa nunc tibi maximas  
persolvit gratias , longa aetate gaudeat  
coram profiteri , atque commemorare.

Bononiae 9. Calend. Septembris MDCCCXLII

# CAMILLI RANZANI

## DE NOVIS SPECIEBUS PISCIVM.

### DISSERTATIO SECUNDA.

Petrus Artedius (1) genus illud piscium condidit cui nomen est *Balistes*, atque inter ejusdem species retulit non modo *Guapervas* Raji, verum etiam *pisciculum illum*, quem Gesnerum *Scolopacem* appellavit. De hoc autem Aldrovandus noster haec scripsit (2): *Piscis est marinus, et ob peregrinam formam nulli fere congener, sed ipse sibi genus facit.* Georgius Cuvierius affirmate dixit (3) ideo Artedium huic generi piscium nomen *Balistis* posuisse, quod Itali ejusdem species nomine *Balestra* vocare soleant. Sed valde suspicor Cuvierium laevi dumtaxat conjectura ductum id sibi persuasisse. Etenim Artedius neque cum in *Philosophia ichthyologica* recensuit nomina originis italicae, neque cum declaravit ethymologiam nominum, quibus ipse censuit genera piscium esse appellanda, mentionem fecit nominis *Balistis*; atque hujus etiam originem et ethymologiam siluit cum *Balistum* genus definivit, ejusdemque species sibi notas descripsit. Praeterea nullus alius piscis a cuiusquam Italiae regionis vulgo dicitur *Balestra*, praeter Capriscum Gesneri: hunc autem Artedius non adnumeravit *Balistibus*, sed amandavit in appendicem piscium incertae sedis. Quaenam igitur causa moverit Artedium ad nominandos pisces hujus generis vocabulo *Balistes*, haud satis nobis constat.

Artedius cum exposuit notas, quibus *Balistum* genus ab aliis distinguitur, affirmavit *dentes istorum piscium esse maxi-*

---

(1) *Ichthyologia Lugduni Batavorum* 1738. in 8.

(2) *De Piscibus* pag. 298.

(3) *Le Régne animal* tom. 2. pag. 371.

subgenus non Triacanthi, sed Pentacanthi nomine esset appellandum. Cum autem pinna dorsalis anterior Balistum vere talium Cuvierii tribus tantummodo aenleis fulciatur (ut paulo ante dixi) hi balistes aptissime Triacanthi nomine vocari poterunt. Cloquetius quatuor haec subgenera Cuvierii vera esse genera non innumerito credidit.

Haec tenus nonnulla strictim attigi, quae ad historiam generis Balistum pertinent. Quod autem censoria, ut ajunt, virgula notavi nonnulla, quae Linnaeus et Cuvierius de isto genere inconsulto scripsérunt, eo pertinuit, quod intelligi volui, aliquando hos ceteroquin summos viros hallucinatos esse, ac proinde eorum auctoritatem tantum ponderis non habere, ut, si opportuna occasio suppetat, veritas observatione, ratione etiam a nobis non sit exquirenda. Nunc describam duos Balistes, quorum mentio facta non fuit in libris ichthyologiae, quos pervadere mihi licuit. Ambo sunt e subgenere, seu potius genere Monacanthorum, atque ex illa sectione, quae complectitur Monacanthos, quorum pinna ventralis satis ampla est haud duplex, ejusque radius ossens aliquantum mobilis; corpus autem, neque tuberculatis pedunculatis tegitur, neque pilis sparsis, exilibus, ac saepe ramosis vestitur, latera caudae neque sunt setis hispida, neque spinis armata.

*Monacanthus pullus* N: (Tab. I. fig. 1, 2, 3.)

Caput triangulare: rostrum obtusiusculum: os exiguum: dentes omnes laminiformes in seriem duplicem dispositi: dno medii seriei anterioris maxillae superioris breves, fere quadrati, distantes non modo inter se, verum etiam a lateralī; iste oblongus est, apice rotundatus; pone ipsum dens alius figura et magnitudine similis. In maxilla inferiori pariter reperi sex dentes, medii seriei exterioris magni, dentibus tetrodontium admodum similes, et quodammodo referentes figuram mandibulae psittacinae, aliquantulum distantes a lateralī; hic oblongus apice rotundato. In serie posteriori duo tantum dentes, oblongi, apice rotundato, quorum uterque superficie posteriori dentium seriei anterioris ita appositus est, ut occludat spatium, quod inter illos erat relicturn; frons vix sinuata; o-

culi grandiusculi, a vertice parum distantes: branchiarum rima obliqua, fere rectilinea: in initio dorsi, et fere supra oculos aculeus (Tab. I. fig. 1. a.) satis longus, nonnihil incurvus, mobilis, compressus, triquetrus, apice acutiusculo, margine anteriore atque nitroque latere denticulato, margine posteriore laevi. Pone ipsum in summum dorso usque ad initium secundae pinnae dorsalis canaliculus, in quem piscis pro libito recondit aculeum; margini posteriori basis aculei, et parti anteriori praedicti canaliculi adfixa est membrana, quae impedit, ne aculeus ad frontem inclinet; membrana ista, et aculeo tantummodo constituitur pinna dorsalis anterior; truncus admodum compressus (Tab. I. fig. 3.), satis altus, margine curvilineo, obtectus squamis minutis, scabris, (Tab. I. fig. 2.) basis caudae inermis, idest setis, ac spinis carens: linea lateralis inconspecta; pinna ventralis unica, ampla, constans ossiculo mobili apice spinis armato (Tab. I. fig. 1. c.), nec non cute laxa, flexili, quam Cuvierius palear nuncupat. Cum autem, ut paulo ante dixi, ossiculum, cui haec cutis adhaeret, sit mobile, piscis potest palear, idest pinnam ventralem extendere atque contrahere; utrum autem possit etiam inflare prorsus ignoro: pinnae pectorales mediores, figurae irregularis, quadrilaterae, eas fulciunt radii tredecim flexiles; secunda pinna dorsi non humilis, triangularis, basi nonnihil curvilinea, in ipsa radios triginta quatuor numeravi: pinna analis similis figura secundae dorsali, sed brevior, radiis vigintinovem firmata; horum primus, idest anterior respondet tertio secundae pinnae dorsalis, radii ultimi utriusque pinnae sibi invicem basi respondent: pinna caudalis mediocris, margine extremo fere rectilineo, radii ejusdem numero duodecim, basi simplices, deinde bifidi, postremo multifidi. Color capitis, ac trunci piscis in alcoole adservati est pullus: pinnarum cinereopullus. Habitat in mari brasiliensi.

### *Mensuræ*

Longitudo tota . . . . .	Poll. 4.	lin. 10
" capitidis . . . . .	" 1.	" 4
" trunci . . . . .	" 2.	" 3

*Mensurae*

Longitudo caudae . . . . .	Poll.	1	lin.	3
" aculei pinnae dorsalis anterioris "	"	1	"	2
" pinnarum pectoralium . . . "	"	"	"	7
" ossiculi pinnae ventralis . . . "	"	1	"	4
" marginis posterioris ejusdem pinnae extensa . . . . .	"	"	"	9
" basis pinnae dorsalis posterioris "	"	1	"	5
" basis pinnae analis . . . . .	"	1	"	3
Altitudo trunci, quam metitur linea per- pendicularis, quae ducatur a margine dorsi immediate post aculeum (Tab. I. fig. 1.b) pin- nae dorsalis anterioris ad mar- ginem ventris . . . . .	"	1	"	10
Crassities trunci immediate post basim pinnarum pectoralium . . . . .	"	"	"	6

*Monacanthus varius N.* (Tab. II. fig. 1, 2, 3.)

Caput triangulare rostro obtusiusculo: dentes utrinque ma-  
xillae octo in duplarem seriem dispositi; duo medii seriei an-  
terioris utriusque maxillae figuram imitantur rostri psittacini,  
sed in maxilla inferiore grandiores sunt quam in superiore;  
laterales seriei anterioris utroque duo laminiformes, apice  
curvilineo; pone ultimum, dens alius magnitudine, ac figura  
omnino similis, neque in posteriori serie ullus alius dens con-  
spicitur: oculi grandiusculi, a vertice nonnihil distantes; eo-  
rum orbita circularis; rima branchialis aliquantum incurva; i-  
nitio dorsi insidet veluti cuspis triquetra, compressa (Tab. II.  
fig. 1. a), vix mobilis, laud multo longa, margo anterior e-  
jusdem angulatus, laevis; latera etiam laevia, margo poste-  
rior planus utrinque aculeatus, aculeis rarissimis, grandiusculis,  
inclinatis; pone cuspidem canalis brevissimus triangularis, mem-  
brana perexigua canalis fundo, atque basi posticae cuspidis ad-  
haeret; ex hac membrana, nec non e cuspide pinna dorsalis  
anterior constituitur; margo dorsi duabus pinnis dorsalibus in-

terpositus primo fere rectilineus, deinde simosus, postremo gibbosulus: truncus mediocriter conipressus (Tab. II. fig. 2), et altus, squamis minutis, ac asperis vestitus (Tab. II. fig. 3): linea lateralis inconspicua: latera caudae inermia: pinnae pectorales breves, sed latiusculae, figurae quadrilaterae irregularis, tredecim radiis fultae: pinna ventralis indivisa, haud ampla: ossiculum ejusdem apice haud spinis redimitus (Tab. II. fig. 1. b); basis secundae dorsalis fere rectilinea; pinnae hujus radii numero triginta unum; priores satis longi, deinde sensim sensimque breviores: analis figura secundae dorsali non omnino similis est, atque constat radiis triginta unum, prior radius ejusdem respondet tertio radio secundae pinnae dorsalis: pinna caudalis longiuscula, sustinetur duodecim radiis, qui primo sunt simplices, deinde bifidi, postremo multifidi; margo extremus ejusdem pinnae fere rectilineus. Color pisces adservati in alcoole est cinereus plus minusve intensus; atque in capite, ac in trunko inaculis fasciolisque nigrescentibus varius; margo anterior rimulac branchialis niger; pinnae fuscescentes. Habitat in Brasilia.

### Mensurae.

Longitudo tota . . . . .	Poll.	4.	lin.	9
" capitidis . . . . .	"	1.	"	3
" trunci . . . . .	"	2.	"	3
" caudae . . . . .	"	1.	"	3
" aculei pinnae dorsalis anterioris	"	0.	"	11
" ossiculi pinnae ventralis .	"	1.	"	0
" marginis posterioris ejusdem pinnae extensae. . . .	"	0.	"	5
" basis secundae pinnae dorsalis	"	1.	"	4
" basis pinnae analis . . .	"	1.	"	5
Altitudo trunki, quam metitur linea per- pendicularis ducta a margine dorsi immediate post priorem dorsalem pinnam . . . .	"	2.	"	0
Crassities trunki immediate post basim pinnarum pectoralium . . .	"	0.	"	7

Jam supra dixi duos istos pisces esse ex illa sectione generis *Monacanthorum*, quae complectitur species, quarum piuna ventralis non exigua atque unica est, ejusque ossiculum mobilitate guadet: corpus autem neque tuberculatis pedunculatis, neque pilis vestitur; latera caudae nec sunt setis hispida, neque spinis horrida. Duo tantum alii pisces hujus sectionis satis mihi cogniti sunt, nempe *Monacanthus talpinus* Boryi a S. Vincentio, et pisces ille, cui Parra nomen fecit *Lija-Trompa* (1). Cum antem prioris pinna dorsalis anterior insideat prominentiae rotundatae, pinna ventralis magna sit, ac figurae ovalis, manifestum est ipsum ab utroque nostro *Monacantho* adinodum differre. Notandum hoc loco est 1.º Balistem monocerotem Blochii unum esse ex Aluteris, idest carere pinna ventrali: 2.º figuram primam tabulae vigesimae secundae operis Parrae procul dubio exhibere imaginem *Monacanthi*, cuius rostrum sit admodum longum, ideo hunc piscem vocavit Parra *Lija-Trompa*, ego autem *Monacanthum proboscideum* appellabo. Figura autem altera ejusdem tabulae absque dubio reprezentat Aluterum, cuius gutturi cum nonnihil inflatum ac tumidum sit, ideo huicisci Parra *Lija-barbuda* nomen indidit, ego antem *Aluteri gutturosi* nomine vocandum esse credo. Schneiderius suspicatus est utrumque piscem esse varietatem *Balistis* monocerotis Blochii, neque animadvertisit eorum primum pinna ventrali praeditum esse, alterum non, ac proinde ipsos nullo modo posse referri ad eandem speciem. *Monacanthum* autem *proboscideum* (*Lija-Trompa* Parrae) longe discrepare a *Monacanthis* supra a me descriptis satis clare patet: hi enim neque rostrum longum, neque pinnam caudalem amplissimam ac fere rotundatam gerunt, neque ipsorum corpus maculis cæruleoscentibus notatum est. Addam etiam nullum esse locum suspicandi *Aluterum gutturosum* (*Lija-barbuda* Parrae) esse varietatem *Balistis* monocerotis Blochii, nam ut cætera omittam, *Balistes* monoceros Blochii pinnam caudalem gerit, cuius radii mediis multo longiores sunt lateralibus; e contrario pinnae caudalis *Aluteri gutturosi* radii mediis lateralibus adino-

---

(1) Descripcion de diferentes piezas de historia natural etc. Havana 1787. pag. 46.

dum breviores sunt. Nulla itaque potest esse excusatio Schneideri tam inconsiderate de hisce piscibus scribenti.

Artemius in genus, cui nomen est *Pleuronectes* collegit pisces illos, quos Villugbeyus spinosos et planos appellavit, quosque in latus projectos natare dixit. Linnaeus de isto genere in Systemate Naturae haec adnotavit = *Pleuronectes inter omnia animalia singularis, oculis ambobus ab eodem latere capitidis, et corpore latere superiore colorato inferiore pallido, natatu obliquo*. Idem Linnaeus partitus est hoc genus in duas sectiones, atque in priorem retulit species, quae oculos habent in latere dextro, in alteram recensuit species gerentes oculos in latere sinistro; dum autem singulas species definivit, numquam omisit indicare primo loco situm oculorum. Quamobrem valde suspicor Linnaeum latuisse ambos oculos *Pleuronectis* Flesi, atque illius, quem Rondeletius Passerem appellavit, persaepe esse dextros, aliquando tamen esse sinistros; oculos vero *Pleuronectis* maximu equidem fere semper esse sinistros, sed nonnumquam esse dextros. Georgius Cuvierius secuit genus *Pleuronectum* in sex subgenera, quae Cloquetius vera esse genera autumat. Ipsorum nomina haec sunt: *Platessa*, *Hippoglossus*, *Rhombus*, *Solea*, *Monochirus*, et *Achirus*. Hisce generibus *Benettus* (1) addidit genus *Psettolem*, eius notae praecipue hae sunt; dentes maxillares praelongi, distantes, pinna dorsalis longa pone oculum incipiens; oculus superior verticalis. Hoc genus *Benettus* recensuit inter illa, quae constituant familiam, quam ipse nuncupavit *pleuronectidarum*. Carolus Bonapartes Princeps Muxiniani familiam constituit, quam ipse *Pleuronecidum* appellavit; hanc autem bifariam divisit, scilicet in cathegoriam, seu subsamiliam *Pleuronectinorum*, et in cathegoriam, seu subsamiliam *Soleinorum*. Priori subsamiliae quatuor genera subdidit, idest *Plateam*, *Hippoglossum*, *Pleuronectem*, *Rhombum*. In alteram subsamiliam adseripsit tantummodo duo genera, *Soleam* nempe atque *Plagusiam*. Tandem genera ista in subgenera partitus est, atque haec etiam vocabulis propriis nominavit. His praemissis,

(1) *The philosophical Magazine etc.* Vol. 11, 1832. pag. 67.

nunc disseram de quinque piscibus, qui procul dubio sunt e familia Pleuronectidum, ac primo loco describam Hippoglossum satis magnum, quem brasiliensem appello (Tab. III. fig. 1, 2, 3, 4). Corpus admodum compressum (Tab. III. fig. 3), ovato-oblongum, capit mediocre; maxilla inferior vix superiore longior; mentum prominens; latera oris fere rectilinea; parti anteriori utriusque lateris maxillarum adfixi sunt dentes grandisculi a se invicem haud parum distantes, conico-compressi, apice recurvo, in duas series dispositi, quarum una exterior, altera interior: hujus dentes mobiles sunt, illius vero immobiles. Tam in maxilla superiori, quam in inferiori prior dens immobilis utrinque lateris incisivi locum tenet; hunc in utroque latere maxillae superioris subsequuntur dentes quatuor externi, et immobiles, duo interni, atque mobiles; latus dexterum maxillae inferioris praeter dentem, qui incisivi vicem gerit, quinque aliis dentibus immobilibus instruitur, totidem mobilibus; latus autem sinistrum praeditum est dentibus sex immobilibus, tribus mobilibus. In parte posteriori utriusque lateris maxillae superioris extant dentes minuti, invicem contigui, conici, apice parum acuto, ac vix recurvato: hi sunt decem et octo in latere sinistro, octo tantum in latere dextro. Pars posterior utrinque lateris maxillae inferioris dentibus omnino caret. In utroque latere frontis duo foramina narium, mediocria, fere rotunda, brevi intervallo a se invicem disjuncta; posterius semper pervium, anterius instructum operculo membranaceo, mobili; distantia foraminis posterioris lateris dextri a fronte culmine par est lineis duabus; distantiam vero foraminis posterioris lateris sinistri ab eodem culmine sex lineae metuntur. Oculi sinistri, mediocres, ovati, vix obliqui; breve spatium iisdem est interjectum; superior aliquanto remotior ab apice rostri, quam inferior; branchiarum operculi grandisculi, margine posteriore sinuoso, sinibus parum profundis; armens branchiarum armati dentibus compressis, mobilibus, triangularibus, apice acuto, vix recurvo, margine posteriore denticulato; haud parvi sunt dentes primi arcus, dentes vero arcuum subsequentium sensim sensimque breviores sunt. Trunci margines non admodum curvati, caudam versus fere rectilinei. Foramen ani mediocre, rotundatum, in latere dextro

patens, ab ima parte ventris parum distans. Linea lateralis ortum ducit ab extremitate superiori rimae operculi, atque curvatur in arcum supra pinnam pectoralem, deinde abrupte descendit, tandem fere recto tramite ad medium caudae pergit; pinnae pectorales mediocres, oblongae; dextra aliquanto brevior altera, utraqne radiis undecim suffulta; pinnae ventrales breves, subaequales; basis sinistram ventris carinae proxima, basis dextrae ab eadem carina nonnihil distans; ambae constant radiis sex; pinna dorsalis haud multo alta, firmata radiis sexagiinta novem; prior breviusculus, atque foramini posteriori narium lateris dexteri veluti insidens, subsequentes sensim sensimque longiores usque ad sexagesimum, reliquā gradatim breviores; pinna analis altitudine similis dorsali, sed brevior, ac praedita radiis quinquaginta tribus; radius quadragesimus quintus est omnium longior; pinna caudalis pentagona, angulo medio posteriore nonnihil obtuso; radii ejusdem numero decem et octo; pinnarum ventris, dorsi, ani, et caudae radii squamiferi. Squamae capitis, ac truncī (Tab. III. fig. 2.) plus minus oblongae, imbricatae, figura pentagono similes; basis earumdem, nempe portio illa, quam duae squamae praecedentes obtiegunt, in angulum desinit plus, minusve oblitus; ipsarum superficies exterior radiatim striata, radiis rectis, hi usque ad latera basis pertingunt; punctum autem, a quo radii veluti diminant, nonnihil distat a latere basi opposito, atque ad ipsum non mittit radios. Squamae proximae marginibus lateris sinistri truncī exiguae, reliquae mediocres; squamae omnes partis anterioris lateris dextri minutac, partis vero posterioris ejusdem lateris prorsus similes iis, quibus latus sinistrum vestitur. Squamae lineae lateralis (Tab. III. fig. 4) figura similes iis, quae reliquum corpus obtiegunt, sed magis oblongae, supra auctae tubulo utrinque pervio, cuius initium ab angulo medio basis haud parum distat, finis vero puncto medio lateris basi oppositi veluti insidet. Color lateris sinistri capitis ac truncī fuscus est; color lateris dextri est albo-lutescens, pinnae omnes fuscae, maculis lutescentibus notatae. Hab. in mari brasiliensi.

*Mensuræ,*

Longitudo tota ore clauso par est.	.	Poll.	11.	lin.	11
" capitis . . . . .	"	2.	"	6	
" trunci . . . . .	"	6.	"	8	
" caudæ . . . . .	"	2.	"	9	
" basis pinnae dorsalis . . .	"	9.	"	6	
" basis pinnae analis . . .	"	7.	"	0	
Altitudo partis anterioris trunci, quam metitur linea perpendicularis ducta a basi radii vigesimi quarti (Tab. III. fig. 1. a.)					
pinnae dorsalis ad carinam ventris par est. . . . .	"	4.	"	0	
Ibidem crassities maxima par est . . .	"	0.	"	10	

Quarto loco dicam de altero Hippoglosso, quem intermedium nomino (Tab. IV. fig. 1, 2, 3, 4.), eo quod et forma corporis et dentium magnitudine haud parum accedat ad illum plenronectidem, quem Agassizius Rhombum Soleaeformem appellavit, nec non ad alium, quem paullo post describam. Hujus Hippoglossi corpus admodum compressum (Tab. IV. fig. 3) ovato-oblongum; caput mediocre; maxillæ longitidine aequales; mentum haud prominens: pars extrema rostri gibbosa; frons concava; latera oris aliquantulum curvata, sed neque prope dextrum, neque prope sinistrum angulum distorta; maxillæ adfixi sunt dentes satis multi, apice recurvo, in duas series aequales digesti; in utraque maxilla prior dens seriei externæ grandiusculus, subsecuentes gradatim minores, omnes nonnihil a se invicem distantes; dentes seriei internæ maxillæ superioris minutæ, aequales, immobiles; haud inter se disjunctos; dentes seriei internæ maxillæ inferioris exigui, mobiles, plus minus inter se distantes. In utroque latere frontis duo foramina narium rotundata, semper pervia, haud parum inter se distantia, anterius exiguum triplo minus posteriore, ambo haec foramina in latere sinistro, maxillæ superiori sunt proxima, in latere dextro vix distantia a margine superiore capitis. Oculi mediocres, elliptici, haud obliqui; iisdem hand

exiguum intervallum est interjectum; superior ab apice rostri valde remotior quam inferior. Margo posterior operculi sinuosus, sinubus parum profundis. Arcus branchiarum instructi dentibus mobilibus, conico-compressis, margine posteriore denticulato; hi dentes crebri sunt in primo arcu, gradatim vero rariores in reliquis. Trunci margines parum curvati, caudam versus fere recti; linea lateralis in utroque latere incipit immediate post extremitatem superiorem pinnae branchialis, deinde nonnihil descendit, tandem haud inflexa ad basim pinnae caudalis se confert. Foramen ani patens in dextro late-re, immediate post basim pinnae ventralis situm. Pinnae pectorales oblique corpori insertae, paulo post rimas branchiarum; sinistra longissima, radiis undecim sussulta, atque fere omnino similis pinnae pectorali sinistrae *Pleuronectis Manci Broussonetii* (*Rhombi manci Cuvierii*): radii omnes hujus pinnae articulis constant, ac simplices sunt; radius ille, qui dorso propior est arete adhaeret basi secundi radii, ac ne apice quidem ab eo disjungitur: reliqui a basi usque ad medium et ultra membrana exilissima laxe colligati, deinde liberi ac setiformes, quapropter pisces has pinnas et expendere, et contrahere pro lubitu potest. Radius secundus licet fractus, ac inutilis, priore tamen multo major adhuc est, ac fortasse omnium longissimus erat; longitudo tertii radii par est pollicibus duobus, ac lineis septem, longitudinem quarti radii metitur pollex unus, cum lineis sex: radii subsequentes gradatim sunt breviores, ac proinde figura hujus pinnae a figura falcis parum differt; pinna pectoralis lateris dextri multo brevior altera, ovalis, radiis decem constat; pinna dorsalis humilis, firmata radiis nonaginta, horum prior insidet partu posteriori sinus frontis; pinnae ventrales breves, magnitudine inter se fere aequales, figura triangulo similes, sinistra aliquanto magis retroposita est, quam dextra, hujus basis a carina ventris nonnihil distat; sinistram autem basis carinae ventris insidet; radii sinistri sunt sex, dexterac vero tantummodo quinque; analis dorsali altitudine similis, sed brevior, initium ejusdem ab ano nonnihil distat, radii ejusdem sunt numero septuaginta sex, ultimus aliquantum pinnae caudali propior est, quam ultimus radius pinnae dorsalis; pinna caudalis haud multo lon-

ga; margine extremo aliquantum curvato; radii ejusdem numero decem et septem, basi simplices, deinde aut trifidi, aut quadrifidi. Squamae capitis ac trunci fere pentagonae (Tab. IV. fig. 2) radiatim striatae, ut squamae hippoglossi brasiliensis, earum latitudo major est longitudine; lineam lateralem consti-tuent squamae minores, ovato oblongae (Tab. IV. fig. 4) in duas series disperitiae; squamis istis similes figura sunt illae, quae radiis, et membranae etiam adhaerent pinnarum ventris, dorsi, ani, et caudae. Color lateris sinistri fuscus, lateris dextri albescens; pinnae omnes dilute fuscae. Habitat in mari brasiliensi.

### Mensuræ.

Longitudo tota par est . . . . .	Poll.	8.	lin.	3
" capitidis . . . . .	"	2.	"	0
" trunci . . . . .	"	4.	"	9
" caudae . . . . .	"	1.	"	6
" basis pinnae dorsalis . . . . .	"	6.	"	11
" analis . . . . .	"	5.	"	0
Altitudo partis anterioris trunci quam metiunt linea perpendicularis ducta a basi radii trigesimi quarti (Tab. IV. fig. 1. a) pinnae dorsalis ad carinam ventris par est. . . . .	"	2.	"	10
Ibidem crassities maxima trunci : . . . . .	"	0.	"	6

Duos istos Hippoglossos maris brasiliensis plurimum inter se differre ex ipsorum descriptione satis constat. Georgius Cuvierius sex Hippoglossos percensuit in secunda editione operis, cui titulus = *Le Régne Animal* etc. = nempe Pleuronectem Hippoglossum Linn., quem Cuvierius Hippoglossum magnum nuncupavit, Pleuronectem limandoidem Blochii, Pleuronectem macrolepidotum Blochii, Pleuronectem Adalah Russellii, quem Blochius Pleuronectem Erumei appellavit, atque Pleuronectem Nalaka Russellii. Hippoglossi a me descripti procul dubio discrepant ab Hippoglosso magno, iste enim gerit

pinnam caudalem, cuius margo extrennus curvatus est adinstar lunae crescentis. Corpus autem Pleuronectis limandoidis Blochii magis oblongum est, atque oculi multo minus a se invicem distantes sunt, quam in Pleuronectibus brasiliensi, et intermedio. Facile autem erit discernere hippoglossos, de quibus dissero, a Pleuronecte macrolepidoto Blochii, eorum enim squamae neque sunt magnae, neque caducae. Insuper cum in Pleuronectibus Adalati, et Nalaka Russelii prior radius pinnae dorsalis occipitis margini insideat, ac proinde ab oculis haud parum distet, haec nota sufficiet ad distinguendos duos istos Hippoglossos tam a brasiliensi, quam ab intermedio.

Piscis, de quo nunc disserere aggredior, et ipse est e familia pleuronectidum. Descriptioni ejusdem nonnulla praemittenda sunt de nomine generis, in quod est recensendus. Cuvierius subgennus condidit, cui Rhombi nomen posuit, atque in Rhomborum numerum retulit omnes Plenronectes linneanos, quorum dentes sunt minuti, prior radius pinnae dorsalis parum distat ab apice rostri, ultimus autem radius tam pinnae dorsalis, quam pinnae annalis proximus est pinnae caudali. Cloquetius, Bellius, Schinzius, aliique ichthyologi recentiores recte judicarunt Pleuronectes Rhombos Cuvieri non subgeneris, sed distincti generis esse, atque hoc genus Rhombum appellaverunt, neque animadverterunt Lacepedium jam ab anno millesimo octingentesimo Rhombi nomen includisse novo generi piscium a Pleuronectis longe diverso, in quod retulit Chetodontem alepidotum Linn. Cuvierius in secunda editione operis, cuius titulus = *Le Régne animal* etc. = generi Stromateorum adnexit sub-genns, quod Peprilum nominavit, atque Peprilis annumeravit Chetodontem alepidotum Linn., idest stromateum longipinneum Mitchilli, Stromatum cryptosnum ejusdem Mitchilli, Stromatum Paru Sloan; nec non pisciculum, qui adhuc erat describendus, quemque Peprilum crenulatum vocavit. De genere autem Rhomborum Lacepedii ne verbum quidem fecit. Jam ab anno millesimo octingentesimo decimo Raffinesqüs Plenronectes linneanos in tria genera dispersivit, atque animadvertisit horum nullum Rhombum esse appellandum, cum Lacepedius nomen istud jam usurpaverit ad indicandum genus admodum

diversum. Trium generum Raffinesquii nomina haec sunt: *Solea*, *Bothus*, et *Scophthalmus*. In *Scophthalmos* autem retulit ipse Pleuronectem maximum Linn., Pleuronectem Rhombum ejusdem Linnaei, nec non alium quemdam a Rondeletio descriptum in capite octavo libri secundi operis de Piscibus marinis. Carolus Bonapartes Princeps Muxiniani genus Rhombum in tres sectiones, seu subgenera diduxit, quorum nomina haec sunt: *Bothus*, *Rhombus*, *Scophthalmus*; Plenronectes autem Rhombum, et maximum Linn., non in subgenus scophthalmorum, sed in illud, cui *Rombi* nomen posuit. Ergo subgenus *Scophthalmus* Principis Muxiniani differt a genere, cui Raffinesquius nomen istud indiderat. Cum autem jure in dubium vocari possit an ullus Bothorum Raffinesquii sit e sub-genere Bothorum Principis Muxiniani, ex his omnibus consequitur nomina Rhombum, Scophthalmum, Bothum esse valde ambigua. Quamobrem Raffinesquio libenter assentior, qui, ut paulo ante dixi, Rhombi nomine nullum genus Pleuronectidum vocandum esse judicavit. Atque id ipsum sibi persuasisse Georgium Cuvierium paulo antequam e vivis eriperetur, ex eo satis constat, quod in volumine nono Historiae generalis Piscium Rhombos dixit cum Lacepedio pisces illos, quos jam Peprilos nuncupaverat. Illa quae hactenus a me sunt exposita, mecum ipse attente perpendens constitui nomen novum ponere generi illi, quod Cloquetius, Bellius etc. Rhombum vocaverunt. Cum autem Gesnerus, atque Schneiderus affirment pisces, qui vulgo Rhombi dicuntur a nonnullis graecorum Syacia fuisse appellatos, neque adhuc ullus ichthyologorum hoc nomen adhibuerit ad indicandum vel genus, vel sub-genus aliquod piscium, ego Rhombos Cloquetii, Bellii, Scinzii etc. Syacia nonino, non novum genus condens, sed generis jam ab aliis constituti nomen, eo quod ambiguum esset, cum alio commutans.

Syacium cuius imaginem nunc verbis exprimere conabor, appello micrurum (Tab. V. fig. 1, 2, 3, 4), eo quod ejusdem pinna caudalis sit brevis. Caput parvum, sub-ovatum, squamis vestitum praeter quam in rostro, et mento; frons parum profunde excavata; os magnum, obliquum; dentes maxillae superioris in duas series digesti; sed antici-

externi majusculi, conici, apice recurvi, nonnihil inter se distantes; reliqui externi sensim breviores; dentes seriei internae minuti, invicem proximi. Dentes maxillae inferioris in unicam seriem dispositi, exigui, retrocurvati, nihil fere inter se distantes; antici vix maiores subsequentibus; maxillae subaequales; oculi ovati, aequo rostro vicini; ipsis tantummodo interposita est carina admodum compressa, et acuta. Foramina narium duo in utroque latere capitis, semper pervia, ante oculum inferiorem sita, aequo fere a rostro apice distantia. Operculum branchiarum prope pinnam pectoralem in angulum acutum desinens. Truncus oblongus, adinodum compressus (Tab. V. fig. 3.); anus dexter, carinae ventris proximus; linea lateralis ortum dicit ab angulo superiore rimae operculi branchiarum, statimque nonnihil descendit, deinde fere recto trahite ad caudam pergit. Squamae capitis, ac trunci mediores (Tab. V. fig. 2) postice fere truncatae, aculeis minimis asperae, antice fere rotundatae, primo lineolis concentricis, deinde radiis divergentibus distinctae; squamae lineae lateralis (Tab. V. fig. 4.) similes, sed latores, canaliculatae; pinnae pectorales angustae, duodecim radiis suffultae; dextra aliquanto brevior sinistra; ventrales parvae, a pinnae analis initio nonnihil distantes; basis sinistram carinae ventrali insidet, basis dexterae ab eadem carina parum remota est, atque rostro propior quam basis sinistram. Pinna dorsalis humilis, constans radiis nonaginta duobus; prior radius sinui frontis adfixus, ultimus brevissimus a pinna caudali parum distans; pinna analis dorsali similis, sed brevior. radiis septuaginta fulcita, prior radius ano proximus, ultimus aequo distat a pinna caudali, ac ultimus radius pinnae dorsalis; pinna caudalis brevis, ejusdem margo extremus in angulum obtusum desinit; radii ejusdem sunt numero sexdecim. Color totius lateris sinistri dilute fuscus, lateris dextri luteo-rubescens; pinnae omnes praeter pectorales squamiferae, cinerascentes punctis fuscis notatae. Habitat in mari oram Brasiliae alliente. Syacium istud figura corporis tantummodo similis est *Syacio soleaeformi* (*Rhombo soleaeformi* Agassizii), a quo differt situ oculorum, colore partis sinistram, magnitudine, ac figura pinnae caudalis etc. Haec duo *Syacia*, non modo forma corporis, ve-

rum etiam magnitudine dentium anteriorum maxillae superiores proprius accedunt Hippoglossis, quam reliqua Syacia usque adhuc mihi nota.

### Mensurae

	Longitudo tota par est.	Poll.	5.	lin.	3
"	capitis . . . . .	"	1	"	3
"	trunci . . . . .	"	3	"	2
"	caudae. . . . .	"	"	"	10
"	radii medii pinnae caudalis . . .	"	"	"	7
"	basis pinnae dorsalis . . .	"	4	"	5
"	basis pinnae analis . . .	"	3	"	3
Altitudo	partis anterioris trunci, quam metitur linea perpendicularis, ducta a basi radii vigesimi tertii pinnae dorsalis (Tab. V. fig. 1.a) ad carinam ventris par est. . . . .	"	1	"	9
Ibidem	crassities maxima trunci . . .	"	"	"	3

Agassizius in Opere de Piscibus; quos Spixius collegit in itinere per Brasiliam annis 1817 - 1820 descriptsit Syacium, quod Rhombum ocellatum vocavit. Unum tantummodo pisces humus speciei reperit ipse in regio Museo monachiensi: longitudine ejusdem par erat pollicibus tribus, ac lineis sex. Ego vero habui ex Brasilia a D. Blanchetto Syacium (Tab. VI. fig. 1, 2, 3, 4) procul dubio ejusdem speciei, cuius longitudinem totam metiuntur pollices quatnor, et lineae octo. Neque haec duo Syacia duntaxat magnitudine inter se differunt, verum etiam numero radiorum pinnarum pectoralium, quos duodecim esse in Syacio ocellato Musei monachiensis Agassizius affirmavit, decem tantummodo sunt in Syacio ocellato Musei, cui praesum. Agassizius omnino siluit de dentibus utrinque maxillae; ego autem hos etiam atque etiam perspexi, atque non sine aliqua admiratione comperi in latere dextro, et in parte anteriore lateris sinistri maxillae superioris Syaci Musei nostri dentes esse in duas series distributos. Dentes e quibus con-

stat series externa sunt grandiusculi , inter se distantes, conici, apice obtusiusculo, haud recurvo; dentes vero seriei internae sunt sibi invicem proximi, conici, apice acuto, atque recurvo, parvi, et gradatim minores, ita ut ultimi sint perexi-gui. In parte posteriore lateris sinistri dentes seriei externae omnino desunt, dentes vero seriei internae omnes sunt minutissimi, et vix conspicui. In maxilla inferiori adest unica series dentium exilium, fere inter se aequalium, figurae conicae, apice acuto et recurvo. Silentio praeterit etiam Agassizius notam hujus Syacii haud sane reliquis omnibus communem, nempe in latere sinistro basis radiorum tam pinnae dorsalis, quam pinnae analis adesse aculeum satis conspicuum . Agassizius in descriptione Syacii ocellati Musei monachiensis de oculis ejusdem affirmavit, esse valde distantes, atque superiorem ad marginem dorsi, inferiorem pone os situm esse. Figura quadragesima sexta praedicti operis Spixii hoc Syacium repraesentat, atque exhibet oculos a se invicem distantes lineis octo . Cum autem in Syacio ocellati Musei nostri eadem prorsus sit distantia inter oculos, credi potest in hoc pisce, cum esset junior, atque magnitudine par Syacio Musei monachiensis, oculos fuisse viciniores, ac proinde distantiam inter oculos non esse eandem in omnibus piscibus hujus speciei, licet ipsi aetate ac magnitudine a se invicem nullo modo discrepent. Pinnae pectorales Syacii ocellati Musei monachiensis nigrae sunt, in Syacio ocellato Musei nostri sunt dilute fuscae . Cum autem pisci huic nostro haud paucae squamiae capitis ac trunei desint, de magnitudine, numero, ac figura macularum quibus ipse notatus erat, nihil certe statuere possum. Quae hactenus a me dicta sunt satis evincunt praedictum Syacium Musei nostri esse varietatem Syacii ocellati clarissimi Agassizii.

Ultimo loco dicam de Solea vulgari (Pleuronecte Solea Linn.) deformi (Tab. VII. fig. 1. 2. 3. 4.), quae in Musaeo, cui praesum, adservatur. Isidorus Geoffroaus a S. Hilario in secundo volumine operis, cui titulus « *Histoire général et particulière des anomalies de l'organisation chez l'Homme et les animaux ec.* » affirmat symmetriam partium nulli piscium deesse praeter illos, qui sunt e familia Pleuronectidum, ac proinde his tantummodo contingere posse, ut jam

ab ortu, illo corporis vitio laborent, quod inversionis generalis nomine vocatur. Geoffroaum vero, cum haec scripsit ignorasse in nonnullis Pleuronectidibus deformibus hanc inversionem partium neque generalem esse, neque absolutam, atque perfectam ex eo conjicio, quod ipse in praedicto opere tantummodo generalis inversionis mentionem fecerit, eisque exemplum esse dixit illam deformitatem Platessae Flesi, quae in eo potissimum consistit, quod oculi, qui dextri esse solent, sint ambo sinistri. Schlepus (Isis 1829 Hest X. pag. 1049) descripsit Syacium maximum, id est Pleuronectem maximum Linnaei, cuius caput erat in usitate deformis. Etenim frontis os praeципuum ab ossibus nasalibus, nec non ab etmoide adeo disjunctum, atque sursum, ut ita dicam, propulsum erat, ut inde sinus ortus esset satis amplius, atque caput galea quadam obiectum videtur, quae cum cute squamigera vestita esset, ipsique pars anterior pinnae dorsalis insideret, non immerito cristata dici posset. In latere sinistro capitidis oculus extabat sere acque distans ab angulo oris, ac a margine inferiori praedicti sinus. Alter oculus in dextro latere capitidis sublimis fixus erat. Utraque maxilla dentibus instruebatur, atque utrumque latus corporis fusco colore erat infectum. Cumque Ichthyologi duplices dicere soleant Pleuronectides illos, quorum utriusque corporis latus eodem colore tinctum est, idcirco Schlepus hoc Syaciun Pleuronectem maximum duplicem appellavit. Deformitatem hanc Syacii maximi ab illa differre, quam Geoffroaus inversionem generalem nuncupat, manifestum est ex iis, quae paullo ante exposui. Caput soleae vulgaris deformis Musei nostri iisdem sere ingenitis viuis laborat, quae Schlepus in Syacio maximo reperit. Neimpe et in ipsa os praeципuum frontis a nasalibus, nec non ab etmoide adeo disjunctum est, ut inde sinus ortus sit, et quadam veluti galea cristata caput operiatur. In dextro latere unum tantum oculum habet, maxillae superiori proximum; alter oculus ita insidet margini inferiori praedicti sinus, ut neque dexter, neque sinister dici possit. Solea vulgaris si non sit deformis, tantummodo in latere sinistro utrinque maxillae gerit dentes minutos: Maxilla autem superior Soleae vulgaris deformis, quam describo, omnino edentula est; maxillae inferioris lateri dextro, atque parti anteriori lateris si-

nistri dentes pariter desunt; parti vero posteriori ejusdem lateris sinistri infixi sunt dentes exigui, conici, apice acuto, non nihil recurvo, in tres series dispositi. Utrumque latus corporis infectum est colore fusco, qui tamen non nihil dilutior est in latere sinistro; pinnae pectorales, et magnitudine, et colore inter se similes. Ergo in hac Solea vulgari deformi, sicut in Syacio maximo duplici Schleepi inversio partium neque generalis est, neque absoluta. Proximo anno Academico, si Deo placuerit, disseram de aliis novis speciebus piscium.



Tom:V.


Tab. I.

F. 2




5 pla.

F. 3



F. 4.



*Monacanthus pullus* „Ranz..


A Frate ad nat. del. C. Bettini in lap. del

Lis. Beroni



Tom: V.

Tab: II.




F. 2.

F. 3.



F. 3.



F. 1.

*Monacanthus varius*, „Ranz.,“


A. F. ad nat. ex C. B. m. typ. del.

Lis Bellum






F. 2.



Hippoglossus

Ac. Fratc. ad nat. col. C. Bettini in lago. col.




*s. brasiliensis.* Ranz.

Lit. Bettine.





T a b . IV



Tripla


F. 3.



Tripla

Tom: V.

F. 1.



*Allohypoglossus intermedius*. Ranz.

(Brock and not old) C. Brock in Cap. 26.

Lit. Br. Am.



Tom: V.

Tab: V.







Fig. 1.



Gymnura micrurum, Ranz.



Abriu und nachst. C. Bodda in Pap. 61

Lit. Bonn.



Tom. V.


Tab VI.



*Syacum ocellatum* var. "Ranz."  
Grafi ad nat. del. C. Bechm. in top. del  
Lit. Bechm.



Tom: V.  
P. 2.




Tab: VII.

P. 3.  
  
5 pl. a.

P. 4



- P. 4.



*Solea vulgaris affinis*

A. F. et nat. d.

C. W. in lap del.

Lit. Bot. n.



# ANTONII SANTAGATA

## DE HYPOPHAE RAMNOIDE.

Vestrum latet neminem quae sim modo dicturus, cum haec jam vobis nunciaverim anno proxime superiori. Dum initia in Morum albam pericula refrebam ad luteam materiam pro pictura eliciendam, haud preterii alias quoque plantas eundem in finem chymico examini subjecisse. Recordabimini propterea quae de Hypophae Ramnoide institueram cum omisissim ne a proposito longe digrederer me apposito sermone expositurum alias spopondisse. Cum sint servanda promissa ea nunc solvain meamque fidem liberabo. Vulgarem communemque plantam eam esse cursim tunc retuli, quae prope fluminia viget, vel steriles et saxosas obtegit terras, interim dum de ejus forma et structura nihil addidi. Has autem cum nunc praestet cognoscere eam tam affabre pingam ut vestros ante oculos obversari videatur, colores enim et penicillum a praeclaro viro Josepho Bertolonio sum mutuatus meamque manum, rudem siquidem, ipse ducet. Fruticem ergo menti vestræ nunc fingite foliis ornatum linear-lanceolatis supra glabris subtus albidis, argenteis, deciduis. Ejus caulis est teres erectus valde ramosus ramis patentibns rigidis in spinam validam desinentibus, junioribus rubiginosis. Exiguos et solitarios in ea flores invenies, quos inter dioicos collocabis, tibique erunt virides atque in foliis inferioribus axillares. Si anteras inspicias subsessiles reperies, et flavas, quemadmodum videbis stigma erectum obliquum et virens. Quid tibi nunc deest ad ultimam perfectamque fruticis imaginem assequendam, si baccas etiam noscas et semen? Sed illae sunt ellipsoideæ, fulvae, squamulis adspersæ, hoc oblongum conspicies, nigrum, nitidum, arillo duplice, coriaceo, fusco obductum. Cognita plantæ hujus germinatio atque in ramos divisio ad alteram inqui-

sitionem me impulit, ut scilicet compositi, quo insignitur, nominis originem perquirerem. Qnis enim involuta illius appellationis significationem libenter non cognovisset? In hanc propterea consultationem adductus cum veteres tum recentiores admirare, qui allato eam nomine signaverant. Facile proinde fuit Teophrastum et Diascoridem, qui de Hypophae sunt ambo locuti prae caeteris consulere. Licet multa ab iis hauriri possent longe tamen multa a Joannis Budei notis et commentariis educta fuere. Sim infinitus si quae acceperam singula essent nunc referenda; hoc unum non reticeam plantam hanc eam esse qua olim utebantur Fullones ad vestes expurgandas, et spineo pectine ex illius rami consito concinnitatem, et muniditatem iis comparabant. Cum autem ab hoc summae utilitatis usq[ue] splendoris nitorisque plurimum exirent et ornamenta, hoc illi sic tribuendum esse statuerunt, ut ab illius nomine ultiro statimque innotesceret. Graecorum vox *Jppos* cum in compositis significationem augeat, et abnormem fere magnitudinem notet insitam propterea nomini eam sic volvere, ut praestantium rerum effectricem hic ipse dicendi modus commonistraret. Sed haec persequantur Philologi, et multigenae eruditionis studiosi; nos vero ad plantae naturam perscrutandam illico accedamus. Atque ut ordinem pro viribus sequamur, quem tantopere Horatius nitidum exposcit in mentem vobis redeat me fruticis naturam conspexisse primum, ut unice pateret num matieres flava ab hoc erui posset ad viridem colorem ossibus impertiendum ceruleo Indico commixta. Quod cum tentarem atque a susceptis periculis illucerent alia, quae digna cognitu viderentur, noscendorum aviditatem sic auxerunt, ut exortae cupiditati libens indulserim. En via, qua breve mihi propositum ingressus sum iter, ipsumque Pauli Muratori dexteritate adiutus confeci. Peculiares partes, quibus planta distinguitur cum sint baccae, nobis prae caeteris visac sunt promiceri curam et studium. Illarum alias in pulvere redactas aquae actioni commisimus, alias vini spiritus, alias aetheris. Vix quidquam sui aquae tribuerunt primae cum levissimo ea fulvo colore tinteta apparuerit. Longe aliter obtigit secundis et tertiiis; ex his multa arripuit vini spiritus etsi minus quam aether. Hic fulvo sic tingebatur colore, ut plurimum praestaret alteri. Haec

qui noverit, habebit etiam coloratam materiem aetheris vi facilius se se dedere, et solvi itemque a planta commodius eripi. His, quae nunc retuli, inspectis, novo explorandi genere progressi sumus. Notum mihi jam erat e quibusdam experimentis antea institutis, quae paulo post exponam, in iis baccis substantiam delitescere, quae inter crassas recensenda in aethere solvebatur, quamque torcular ad pressionem compulsum se jungebat a reliquis alii corpori junctam, quod resinosam induere naturam cum videretur in vini spiritu ac aethere deliquebat. Ut prima secerni posset ab alio, et quae singulis tribuendae essent quantitates detegerentur, Baccarum partes centum contudimus, extractisque seminibus in vas vitreum immisimus, in quo cum purissimi vini spiritus contineretur copia, in hac funditus demergebantur. Ad aliquot dies mixturae nullo adjutae calorico, praeter communue et a natura profectum, data est quies, ita tamen ut illa identidem, hoc est ex intervallo, cominovere consilium esset. Prima hac quae emerserat solutione educta, alias atque alias eodem artificio nobis comparare curavimus, novam semper vini spiritus quantitatem in easdem baccas effundentes, donec liquor nullo amplius colore obduceatur. Singulae in unam collectae fuerunt solutiones, quam posthac per columnam transjectam sequenti modo scrutati sunnus. Chymicorum operationi, qua corpora in auras a calorico compelluntur, tincturam concredimus. Octoginta graduum Thermometri Reaumurii calor cum ariditatem intulisset, quod sicut reliquum partium triginta sex pondus aequabat, aspectuque suo his praeditum qualitatibus conspicendum offerebatur. Informe tibi erat corpus fulvi coloris, quod impurum et lutulentum dixisses; ejus odor sic ingratus, ut eum facile fastidivisses: sapor item molestus et salsus: pingue demum et unguinosum reperiebatur tactu, dum chartam insuper inungebat. Hoc in vase vitro cum inde receptum esset, calentem aquam in ipsum effudimus. Liquit ejus pars major, quae mox ad liquoris superficiem se exulit; alia vero quae concreta apparuit ad vasis delapsa est fundum. Hoc ut coniugit, quae experientiae inservierat aqua luteo induita est colore. Cum vas defervesceret penitusque frigeret, materies quae liquidi superficie innatabat obdurata concrevit, et in minutos globulos se rededit. Hi a

reliquis sejuncti, et aqua pluries nullo addito calore abluti, quique partim erant sexdecim, adipis firmitate donabantur, quin ullus illorum odor et sapor sub sensu caderet: in aquam vero calidam injecti liquecebant, ipsamque, frigefacta aqua, quan amiserant recuperabant duritatem. Haec ut vix innoterere Gossipij fila in unum vinxiimus, simulque adstrictis descriptae materiei nonnihil induxiimus, ipsisque dein igneum admovimus. Incensae facis facta est combustio eaque consecuta est deflagratio, quam crassae solum materies alere et sustinere queunt. Alia ulterius exploratae substantiae portio virgac ferreae carenti cum esset superposita, copiosus ab ea fundebatur fumus, qui densissima exhalatione peculiarem odorem sed nescio quem redolebat. His deprehensis libuit alia experiri. Acidi sulphurici, et nitrici actionem ad vividiorem lucem eliciendam mens fuit accersere. Illorum primum ut vim suam exercuit, substantiae contigit dissolutio, quae fulvum adepta colorem constanter retinuit, alterum illius adauxit adhaesum. Cum adhuc opportunum esset inquirere, an Alkalibus juncta, corpus illud obtineretur, quod Saponis nomine appellare mos est, Potassii aut Sodii deutoxidis eam addere non omisimus: addita conquisitum obtulit corpus, cuius apparitio praecognitae substantiac naturam confirmavit. Inspecta quae ad superiore fluidi partem ascenderat, reliquum erat quae imo haeserat fundo intius pervadere. Ut id consequeremur coli ope subsidentem materiem a liquido secrevimus, secretamque exsiccamus. Ponderis hanc comperimus granorum duodecim. Haec erat saporis expers; proprium sed angustum expirabat odorem, et flavo tingebatur colore: in aquam si injiciebas, conjunctionem cum ea rejiciebat, qua facile cum vini spiritu soluta colligabatur: ab hac solutione disjungebatur fundoque vasis subsidebat, si vel aquam vel solutum plumbi acetatem addidisses. Solutum pariter obtinebas tum in aethere tum in oleis, quae a Chymicis dicuntur fixa: dum vero ferventis aquae actionem persentiebat mollitiem acquirebat, quin ulla modo liqueceret. Spathae quam ignitam reddidimus superposita ne-  
dum fundebatur, sed in sna sic resolvebatur elementa, ut peculiaris ab ea cum efflaretur odor, spissum gravemque fumum emitteret: acris, validique acidi sulphurici effusione cum pri-

mium nigresceret aliquanto post solvebatur. Acidum nitricum sub ipsa coeli terraeque temperatura adhibitum ex ea colorem sic arripit, ut omnino tibi sit decolor: caloris autem vi aucta eam sibi adjungit totamque dissolvit. Acidam hanc solutionem si in vapores abire jubeas superest corpus, quod lutei est coloris, quod labore nullo perfringitur, quodque difficilius molle tenerumque efficitur, si calentis aquae viribus exponatur. Potassii deutoxidum, quod dicunt causticum, dum in aqua liquescit si ipsi addatur, etiamsi naturalis calorici temperies non augeatur, eam solvit omnimode: sed quolibet in solutionem effuso acido ea confestum disjungitur suas adepta iterum qualitates; horum vero effectuum exorietur nullus, si Potassii deutoxido substituatur Ammonium. Haec qui consideret ea quidem reperiet quae substantiam hanc inter resinas collocandam esse suadeant: neque hoc solum ipsi forte videbitur, quin etiam ad eas pertinere, quas Ubertonius electro-negativas appellat, interim dum quinque specierum esse censem, quas quinque Alphabeti litteris designat: qua in re dissidet Raspalius, cum eas tantas esse credat, ut omnes viginti quatuor Alphabeti litterae non sufficient. Nunciatum est superius liquorem, hoc est stillatam aquam, in qua corporum, quae hucusque scrutati sumus, contigerat disjunctione, luteum induisse colorem: addam nunc dulcem etiam exhibuisse saporem; Heliotropii et Alceae tinturam non immutari, quemadmodum persolsatis ferri vim effugere, leviter obumbrari oxalate ammonii, in eoque flavum subsidere corpus si plumbi subacetos ipsi immisceretur, et superstans fluidum colorem item retinere subflavum. Quae quidem continuatio seriesque rerum tanti videntur esse momenti, ut omnes inter se aptae colligataeque demonstrent occultam et abditam in liquido latuisse et flavam materiem, et exiguum sacchari copiam, et calcis aliis junctae corporibus nonnihil. Horum autem omnium ut nota fieret natura et quantitas, liquorem in duas divisimus partes; in illarum unam ammonii oxalatem effudimus, e qua levissimum et albicans cum expelleretur corpus, quod fundum petiit, a caeteris extraximus, et exsiccatum cremare, vel ut adjung Chymici, calcinare curavimus. Hoc ita se obtulit, ut characteribus, quibus insignitum prodiit, calcis carbonatem necesse fuerit recognoscere: hujus parva erat quantitas cum quinquaginta

ginta centesimos vix aequaret pondere; isti autem sic componebantur, ut viginti octo centesimis constaret calcis, quae Hypophaeis baccas sub salis forma ingrediebatur. In aliam mox immisimus subacetatem plumbi, cuius potentia alteram in fluido extrusit substantiam, quae flavesiens in vasis fundo consedit; hanc nobis segregare libuit et aqua frigida ablueret; ablutamque postea actuosae serventi aquae concredere. Solutione hoc modo obtenta vaporationis vi ad siccitatem compulsa, quod reliquum residuumque fuit ea referebat omnia, quae solent esse indicia et vestigia Malatis plumbi. Quod cum accidisset licet etiam statuere acidum malicum sic in baccis delituisse, ut calci junctum malatet efformavisset, qui unius partis et centesimorum nonaginta pondus aequaret. His coguitis, quod experienta in ebullienti aqua suscepta reliquerant observandum explorandumque supererat. Hoc, materies scilicet colorata ab acetate plumbi in praeeeps acta, siccum aridumque reddidimus. Flavo cum obtegeretur colore, quem tamen lutulentum dixisses, et nullus ab eo perciperetur sapor, illud nihil aliud esse decrevimus quam flavam materiem plumbi adnexam protodoxido, cuius portio quae foret statuenda ut innotesceret illud exurere designavimus eo consilio, ut colorata materies, quae organica habenda erat, omnimode destrueretur. Hoc itaque experiundi genere adjuti tres illius esse partes collegimus. Liquoris praeterea supernatantis indolem exquirentes sulphate sodae tentavimus eo animo ducti, ut quod exceperat subacetatis, qui precipitem egerat coloratam materiem, nec non acidum malicum in rudimenta quibus componebatur, dirimeretur. Cum plumbi sulphas apparueret, per colum a solutione eripimus, liquidoque in vapores per calorium acto, enim vini spiritu perclitati sumus, hujusque solutionem obtinuimus. Hanc per chartam transjectam notissimo chymicorum artificio ad vaporandum coegimus, et quod sicut reliquum iis donabatur characteribus, quibus necessum erat inter sacchari genera illud recensere; ponderis antem erat partium numero trium. Hucusque ea, quae vini spiritus e baccis hauserat, et inspicienda dein Chymico suppeditaverat, perpendimus; nunc quae ab iis sulphuricus aether abstulit aliisque inquisitionibus obtulerat referemus. Vix innotuit vini spiritum nullam amplius vim in baccas exerere, ite-

ratis, auctisque etiam infusionibus, ipsi substitutus fuit aether. In hunc ea injecimus quae perductam vini spiritus actionem senserant. Illorum servabatur conjunctio donec colorem arripiebat liquor, qui postea cum cum recusare videretur in vas alterum transfundebatur, nova huic semper aetheris quantitate suffecta. Hoc repetere consilium erat usque dum novo semper inficeretur colore, quod cum non amplius contingere tincturas omnes simul mixtas vaporare statuimus. Haec omnia ut executi sumus, materies quaedam conspicienda occurrit, quae partium unius et viginti erat pondere, cinque haec signa et proprietates inerant. Adipis firmabatur soliditate: flavus quo imbuebatur color sic rubescet, ut sere puniceum dices: mel fragrans olebat; nullumque exhibebat saporem: ab aqua et vi- ni spiritu dirimebatur, et caloris appulsu graduum quadraginta thermometri Reaumurii liquebat: pinguis et unguinosa sentiebatur tactu, eaque demum in acre atmospherico calefacta facilis ad exardescendum inflammabatur. Quod in ea prolaturum esset acidum nitricum libuit primo experiri. Hoc in ipsam adjecto, quin augeretur calor obscuro-luteum mox adepta est colorem majoremque consecuta est duritiem. Calescens vero igni dissolvebatur et flavo praedita colore olei densitatem retinebat. Potassii et Sodii si adderentur demoxida primigenias iterum proprietates recuperabat praeter unam, utpote quod paulisper siebat decolor. His peractis, quae deinde gennit acidum sulphuricum mihi visa sunt longe clariora, vestraque, hoc est doctorum hominum, animadversione non indigna. Hujus accidi attactu materies, de qua sermo, crebrae coloris mutationi sic disponitur, ut evadat versicolor: corum primus qui in ea exoritur est niger, hic gradatim fit caeruleus, ab hoc enascitur viridis qui herbescensem induit viriditatem, et flavus tandem ordinem, et seriem perficit. Haec insignia phenomena desunt si unum vel alterum addamus Alkali, ab hoc siquidem materiei eadem, quibus antea potiebatur, facultates reduntur. Quas commutations et vicissitudines qui consideret dubitabit fortasse nunquam organicae materiei structuram ab acido sulphurico immutatam fuisse ac solutam. Quo enim modo posset iterum easdem adipisci facultates et agendi modum, si a prima dissimilis, inno longe alia ipsi esset indoles et na-

tura? Nonne conjiciendum est potius organicam crassamque materiem acido sulphurico sic fuisse conjunctam, ut hoc inde ab Alkalibus erepto, et per novum ut ita dicam conjugium expulso, quod prins fuerat organicum, etsi varia perpassum pericula, eandem postea retinuerit conditionem? Haec ipsa quam modo expendimus substantia, si Potassii vel Sodii aucto calore offendat deutoxidum, una cum illis in saponem convertitur, quem omnino negat si nanciseatur ammonium. Quae cum nota fierent desiderium emersit agnoscendi, an saponum species, quae a relatis substantiis componebatur, iis esset speciebus similis, quas cactera omnia corpora, quae hucusque ex crassis nosciuntur, suppeditant, videndi scilicet, an ab iis efformarentur quac a Chevrelio et Braconoto appellantur et Acidum Oleicum, et Margaricum nec non Glycerina, quam principii dulcis nomine Schelius jam pridem nuncupaverat. Ut haec assequerer, saponem in calenti aqua dissolvimus, in euinque acidi tartarici solutionem ea mensura effudimus, qua aliquantulum abundaret. Aurei coloris corpus apparuit quod in floculos conformatum vasis fundum appulit. Ab hoc eductum supra colum exceperimus, et aqua naturaliter frigida abluimus pluries. Charta bibula abstersum nulloque humore uvidum saporis erat expers, nihilque olebat: unguinosum tactui adipi densitate praestabat; Heliotropii tincturam immutabat, ea siquidem rubescet. Cum in vini spiritu nullo adjutum calore dissolveretur, id facile obtinuimus, ejusque solutio flavum referebat colorem. Haec cum dissiparetur ex se ipsa sua que sponte per aerem dispergeretur, in imo receptaculi materies coacervata superfuit, quae ibi sic coagmentata remanserat, ut in totidem crystallos compingeretur. Haec rursum in vini spiritu soluta pariter Heliotropii tincturae rubrum impertita est colorem, ita ut reliquis cum gauderet etiam characteribus, qui ad acidum Margaricum spectare solent, ut signa hoc in illa perspicere et contueri credidimus. Liquidum huic materiei superstans, a quo volatiles et subtiliores partes expulsae fuerant, eas praeferebat notas et specimen, ut oleaceum habere naturam videretur: ejus odor et sapor, quamvis leves, ingrati erant, utpote quod ranciduli; hujus tandem vi caerulens Heliotropii color cum in rubrum vergeret, offerebantur permulta, quae a-

cidum oleicum denunciare videbantur. Ex his ulterius facile erat conjicere exploratae substantiae inesse plurima, quae generatim in oleis vegetabilibus deprehenduntur. Ast Glycerina, de qua facta est mentio superius, extabat ne etiam an non, inquiet vestrum aliquis? Qua de re libet haec strictim addere. Oleacei corporis parti alteram aequalem adjunximus Protoxidi Plumbi, quibus sufficiens aquae copia fuit addita: cognitis artificiis, quae longum esset referre, mixturam ut calidam redidimus sic manu alioque modo confecimus: molle prodiit corpus, quod minime solvebatur in aqua, quam unice coque tantum consilio additam voluumus, ut interposita mutuam illorum corporum actionem adjuvaret. Hoc igitur munere functam a caeteris sejunximus et inde supervacuam ejecimus. Ut autem plumbi oxidum segregaretur, et ipsum acidi idro-sulphurici actioni subjecimus, qua ad vasis fundum cum esset illud delapsum, liquor aspectu percipi potuit, qui nedum syruporum praeferebat densitatem, sed dulcem quoque gustui saporem exhibens nil aliud esse videbatur quam Glycerina. En quae ab aetheris solutionibus prodierunt, et relata experientorum serie fuit nobis datum eruere. Nunc quae aetheris et vini spiritus vim effugerant breviter considerentur. Haec omnia distillatae aquac actioni cum naturali, tum aucta caloris temperatura, iteratis vicibus fuere exposita. Quae hauriebantur tincturae colore leviter subflavo obtiegebantur. In unum collectae omnes vaporationem a balneo maris concitatam senserunt. Ex hac illarum color primo subflavus, mox in fulvum conversus, tandem obscurum-fuscus est factus: quod ab his fuit eductum partes duodecim aequabat pondere. In vini spiritu purissimo quam qui maxime ut solvere curavimus, ejus pars multa sui dissolutionem revera est consecuta. Hac per chartam transjecta quod solutioni obstiterat in colo suscepimus et ipso vini spiritu pluries expurgavimus: in aquam immissum in eaque ad unguem solutum flavum ipsi pallentemque impertiebatur colorem. Aquosa haec solutio cum ne vix quidem oleret, sic nullo modo sapiebat. Praeter haec omnia cum per vini spiritum, et silicatem Potassae ab ea denuo evelleretur, nihil tandem deerat quod pro illius qualitatibus Gummam illud esse demonstraret, quam duarum partium esse pondoris compertum est. His expositis, quae vini spiritus eripue-

rat, et subsequentibus chymicis observationibus proinde exhibuerat referamus. Alcoolica, ut dicunt, solutione ad siccitatem vaporationis vi adducta materies se obtulit, quae obscurro-fuscum referebat colorem. Hanc rursus aquae commisimus, cuius affinitati cum fere tota obsequeretur, omnimode tamen non indulxit. Quae multa soluta restitit, iis vaporationis gradibus sic fuit concreta, ut quod foret reliquum ad extracti solum densitatem perduceretur, ulterius vero non duresceret. Hoc autem cum obtineretur, obtentumque obscurum visu esset, et deinceps in pulverem dehisceret, ea reperiri visi sumus, quae substantiam illam ostenderent, cui Selhelius *Saponis* dederat nomen, quamque postmodum *Extractivam* Voqlinius appellandam esse crediderat: hujus autem decem erant partes. Et quoniam huc pervenerunt observationes et sermo, liceat nunc cum Saussurio hic animadvertere materiem hanc ab explorato corpore fortasse non extrahi, bene vero in ipsis experientiis capiundis efformari. Deprehenderat enim ipse vaporationis actu oxigenium in proximiora corpora immitti, et acqualis voluminis acidum carbonicum extricari. Quid quod si extractivae substantiac ea est proprietas, ut in vini spiritu dissolvatur, cur in hoc soluta non constitit una cum reliquis, quae spiritui vini affines ab hoc fuerunt detentae, si in baccis extitisset dum in hujusmodi liquore demersae fuerant? Sed de his haud plura, cum satis forte superque fuerit ea vix attigisse. Exponantur potius quae tandem instituta fuere ad illud detegendum quod a vini spiritu, ab aethere, ab aqua se subduxerat. Ab illorum solutionibus reliquum acido acetico diluto, cuius angebat vires, caloricum additum fuit. Acidas quae emerserant solutiones ad tritinam revocavimus, et illarum portio, cuius etiam libuit pondus assequi, chymicis hisce artificiis fuit supposita. In hanc ammonium ea copia effudimus qua acidum perfecte saturaretur: corpus de repente exiit quod de iis delapsum in floccorum modum conformatum praeceps, ut Chymicorum utar verbis, decidit: liquido per Chartam transjecto in ea totum haesit avulsumque postea ad siccitatem coegimus, qua fragile factum est ac fere pellucidum. Gallae Tincturae eam ulterius subjecimus et per hanc corpus apparuit quo liquor leviter infuscabatur. His deprehensis, ad alteram solutio-

num partem, quae adhuc integra extabat, nos ultimo convertimus. Hanc siccām primo reddidimus, ex quo contigit, ut materies nobis residua cineracei esset coloris, splendens et proprie superficiem translucida, ac saporis fere nullius, cuius pondus partium erat quatuordecim. Quae hujus sat erat portio in vitreum cylindrum est immissa, cuius os patens excipiebat chartulas, quarum una ab Heliotropio, altera ab Alcea colorabantur; accensae lampadis igne vix ipsi admoto inflari ac tumere caepit sumumque in auras extollere, quo rubrum chartulis cum impertiretur colorem, elatum extensemque carbonem in vasis fundo reliquit. Quamobrem si exorta phoenomena considerentur et signa quae chymicis tentaminibus responderunt, quidnam erit quod haec sibi velle non ostendat conquisitam substantiam fuisse Gluten? Hoc igitur corpus deprehensis caeteris additum eam principiorum complet seriem, quae simul nexa hanc ex maxime raro plantarum genere prognatam videntur constituerē. Concludunt propterea perspectae baccae duas peculiaris naturae substancialias, quae a Chymicis dicuntur et reapse sunt crassae, singularis indolis resinam et saccharum, nec non malatē calcis, coloratam materiem, Gummam, et Gluten, quorum omnium quantitates referre vobis non omisimus: reliqua, de quibus nulla fuit mentio, cum essent a ligneis fibris suppeditata, parvi facienda esse duximus, eaque tantum non negligenda, quatenus et baccarum pondus ex iis partim constabat et pro accurata ipsarum analysi illorum ratio erat habenda. Quod ergo deest ponderis in iis quae recensuimus superius, ligneis modo fibris tribuite. Haec multa quae nunc retuli in mentem saepe revocans et a baccis edita expendens caepi egomet mecum cogitare, an satis esset ea nude cognoscere, an opportunius utilitatis fructum ab iis omni studio perquirere. *Omnes enim, ut ajebat Tullius, omnes expetimus utilitatem, ad eamque rapimur nec facere aliter ullo modo possumus.* Ex hoc quaerendum censui an illorum alia medicorum animadversiones exposcerent, alia vitae commodis inservirent, alia artium usui prodesse possent; quae ut nota fierent libuit tutionem rerum magistram consulere, hoc est Experientiam. Atque ut primum quae ad Medicos spectare possent aptiori modo paterent, investiganda erat illorum agendi ratio, qua anima-

lia afficerent, ipsorumque propterea vis et effectus dignoscerentur. Hoc animo ducti crassi descripti corporis grana duodecim Cani in Chymica Lycei Magni Officina ad hoc opus detento exhibuimus, eaque is glutiiit omnia ad quoscumque eventus, qui secenturi fuissent, objectus. Institutae rei exitum dum expectabam, eumque minime imminere cum crederem longe aberam, humanissimi Alexandrini litterae mihi sunt datae, quibus nunciabatur canem violento jactari morbo, hujusque simptomata a Clarissimo Viro descripta sic erant, ut venenum aliquod in ipsum fuisse infusum videretur. Ex illius verbis quo laboraret morbo cognoscetis, cum haec vobis referam ipsissima. Idibus Maiis hora tertia post meridiem in Chymica Officina invisi Canem, cui ut relatum habui materies nescio quae fuerat pro experimento propinata. Languidum, et corpore et animo pene confectum inveni: ipsi vires sic deficiebant, ut in pedes erigi vel nequiret, vel si difficile exsurgeret statim humili procumberet: veterno correptus erat sic quidem, ut oculorum pupilla dilatata et protensa neque lucis appulsu moveatur: ipsi pulsus tardus ac parvus, motibus obnoxius erat artuum, quos invitae muscularum contractiones gignebant: cum tandem ad se sternendum compelleretur, semper ita in orbem contorquebatur, ut inter crura rictus detineretur. Nunc porro quisnam medicorum ad novos casus hunc, qui praesentiri vix poterat, non retulisset? et propinatae substantiae agendi modum nova experimentorum serie persequi sibi non proposisset? Haec autem cum illico agressus fuerim ac modo persequar, alterius sermonis erunt argumentum, cum longis nimis essem si quae hucusque sum nactus singillatim afferrem. Sed explorata corpora, quae medicorum interesse vidimus, non minus ad externas vitae attinent conmoditates. Quae noctu accensa optatam lucem et lumen inferunt, ortamque obscuritatem dispellunt summae quidem serviant utilitati. Sed illa contoris filis, ut paulo ante innuebam, si congruenti copia conglutines, tibi praesto erunt funalia, quae ut cerei adducto igne flammis emittent, cunctaque splendore satis intenso illustrabunt. Quod si quis unquam allatae utilitatis fructum irrideat, cum tantulum fore credat ut pro materiei e baccis eliciendae parvitate sit omnino contemnendus, suasor, auctorque ipsi libenter

essem, ne hujusmodi opinioni sic firmiter adhaereret, ut nullo modo ab ea removeri vellet ac sineret. Eum siquidem ad longissimas immensasque oras quas lambunt flumiina ducerem, steriles ipsi plagas heu nimis innumeras ostenderem, saxosos montes cum illo concenderem, et longe lateque per haec loca excurrentibus cum obveniret Hypophaes, qua ubique erumperet, adoleret, et cresceret, non dubito quin ab illius baccis tantam extrahi posse materiem crederet, quae propositum fructum ejus etiam assensu planta ipsa polliceretur. Neque ex his difficile est affirmare honestis artibus emolumentum esse accessurum, cum colorata materies ejus sit indolis, quae, licet usque adhuc iis adjungi nequeat corporum compagibus, quas pervulgato Vernicum nomine appellant, perpolitis lignis sic affigitur, ut nedum iis colorem flavum subnectat, bene vero etiam nitorem. His omnibus multa alia adjicerem, nisi plus aequo vestram jam pericitatus essem indulgentiam. Sed cum ad haec, ut innui, mihi revertendum sit alias, quae exponenda vobis nunc essent tunc commodius evolvam.



# PHILIPPI SCHIASSII

## DE AMPLITUDINE CLIMATUM

Sermonem hodierna die, uti Praesidis nostri praestantisimi voluntati obsequar, apud vos, Sodales celeberrimi, cum sim habiturus, statui de re geographica verba facere; quo quidem nihil mihi jucundius esse potest. Ejusmodi enim de re sermocinari in mentem revocat florentis aetatis meae studia, quibus tum summopere a prima adolescentia sum delectatus, tum iis etiam unice debo, si Bononiensis Instituti Scientiarum Academiae fuerim jamdudum adscriptus, atque adeo Coemtu huic nostro eximio sim adscriptus in praesens. Etenim (ut de me ipso aliquid more senum glorier, quemadmodum Cato Major apud Ciceronem de Senectute ajebat) cum studia illa mea viris innotuerint per Europam, nedum per Italiam, clarissimis, iisdemque Sodalibus Benedictinis, quos inter satis mihi fuerit recordari Hieronymum Saladinum, Aloisium Galvanum, Sebastianum Canterzanum, horum instantia consiliisque pro incredibili ipsorum erga me benevolentia honor mihi nec opinanti est delatus, ut Alumnis ejus, quam dixi, Academiae Scientiarum Instituti Bononiensis fuerim accensus. Quod ubi praeter omnem exspectationem renunciatum mihi fuit, gaudio, ut vere fatetur, exsilii, iisque propterea studiis totum me dedi impensius; in quibus ut magis magisque proficerem, conventus domi meae, quos statim diebus pridem agere cooperam, ut a primoribus meis condiscipulis celebrarentur, etiam atque etiam curavi: nec vero me frustra fecisse, affirmare utique possum, cum inter ceteros bene multos, eosque ingeniosissi-

mos, ac litteratissimos juvenes, adesse non pauci consueverint, qui doctrina singulari, publicisque munieribus praeclaram sibi postea famam pepererunt. Qui vero hoc loco me contineam, quin Aloysium Tagliaviniū, et Josephum Venturoliū nominem? praesertim cum eorum utriusque monitis, atque ope nonnullas confecerim lucubrations, quas in privatis Coetibus quibusdam, uti mos tunc erat, ad disciplinas excolendas institutis, recitavi. Ex his fuit de Diurnitate Crepusculorum Sermo, quem protuli in Coetu Sodalium, quos *Concordes* Carolo Rusconio Coetus illius conditori, fautorique beneficentissimo, appellari placuit: is nempe Sermo ipse, quem vobis quinque ante annos pateseci, tanquam rem minus notam, ac prope novam proditurus. Etsi enim Sermonem eumdem praemio donatum Collegae nostro Cajetano Termaninio, qui ejus Coetus erat ab Actis, edendum ex Censorum judicio tradidisse, tamen cum paullo post in maxima rerum omnium conversione, Coetu illo, non secus ac Coetus Litterarii universi, dissoluto, a Termaninii pridem vita functi heredibus, nedum ab ejus testamenti Curatoribus, nequidquam postulavissem, idcirco exemplar ego illud propter rerum publicarum vicem amissum ratus, ne Opusculum mihi ob felicium temporum recordationem gratum perpetua oblivious obrui, seu potius omnino deperditum iri sincrem, ex meis schedis idipsum, utcumque potui, excerpti, quemadmodum me vobis alias apernisse memini, ac nonnihil etiam augendum existimavi. Sed et alterum in eodem Sodalium *Concordum* Coetu Sermonem legi, quem nulli unquam tradidi, ac superioribus diebus ex meis item schedis depropensi. In eo de Climatū Amplitudine disserui. Porro hunc ego Sermonem vobiscum, Sodales egregii, qualiscumque is est, summam in me audiendo vestram semper patientiam expertus, communicare constitui.

Climata, quod nemo ignorat, ab aequatore ad polarem circulum coarctantur; contra protenduntur a circulo polari ad polum. Quod quidem ita esse Geographi, atque Astronomi docent omnes. Eorum tamen (quotquot nempe mihi legere datum est) alii, cur ita sit, minime explicant: quod ipsis fortasse res adeo videatur manifesta, ut explicari non posset; alii, cur ab aequatore ad polarem circulum coarctentur, expli-

cant quidem, non explicant autem eur a circulo polari ad polum protendantur: quod fortasse primum cum fecerint, fecisse putent etiam alterum; alii tandem explicant quidem utrumque, sed paullo obscurius facere videntur: quod fortasse, ut magno sunt ingenio viri, quae penitus ipsi pernoscent, eadem si vel levissime indicaverint, satis se abunde explicavisse arbitrentur. Non is ego sum, qui improbare quemquam audeam, quod vel intempestive taceat, vel dicat incommodius. At dabitis, uti spero, hanc veniam, Sodales humanissimi, ut, quando est cogitandi modus cuique suis, rem, quae satis mihi digna explicatu visa est, explicem, ut fert ingenium meum. Quamquam autem timendum mihi est, ne vobis, quorum est judicium gravissimum, minus in dicendo prober, nihil tamen est, quod timeam, ne homini et sua nihil facienti, et nullatenus aliena reprehendenti facile ignoscatis. Igitur de Amplitudine Climatum ea exponere aggrediar, quae sint magis mentis meae viribus accommodata. Id vero faciam brevissime; numquam enim molesta brevitas. Nonnulla tamen licet praeponere, quae quidem, utpote unicuique cognitissima, omitti fortasse possint; at ea non inopportum censeo commemorare, partim quod viam iis quasi sternant, quae dicenda sunt, partim quod auditu non injucunda arbitrer, etsi iterum iterumque audiantur.

Animadvertisendum in primis est, Climatum genus esse duplex, alterum quod horarum dicitur (rectius autem forte dixeris semihorarum), alterum quod dicitur mensium. Horarum Climata quae dicuntur, vigintiquatuor utrinque ab aequatore ad polarem circulum utrumque numerantur; quae sunt mensium, a polari utroque circulo ad suum quaque polum enumerantur sex. Totidem scilicet numerantur a Geographis, atque Astronomis, qui aetate minus remota, postquam multi felicesque disciplinarum atque artium progressus facti sunt, exsisterunt. At veteres numeraverunt pauciora, quod ea solum Climata recensuerint, quae incoli putaverunt. Quare non alia recensuerunt Climata, quam quae primi generis sunt, quod nempe glacialem, quam vocant zonam, vix, aut ne vix quidem habitari crediderint. Haud igitur plura quam septem Climata apud Straboneum legas, quae a celeberrimis

terrarum locis nomen acceperunt: ut primum a Meroe Nilo circumfusa insula, alterum a Syene Aegypti urbe, tertium ab Aegypti item urbe Alexandria, quartum ab insula Rhodo, quintum ab Alexandria Troadis, sextum a Ponto Euxino, septimum tandem a Borysthene appellata fuerint. Hisce postea additum est Clima octavum a Riphaeis montibus, et nonum a Tanai nominatum. Alia quoque Climata fuerunt, quae cognoscere qui velit, Scriptores antiquos necesse est perlegat diligenter. Ego vero quamvis hacc attigi perquam leviter, ab eo tamen, quod agendum mihi sumpsi, longius digressus videar. Ad propositum igitur statim veniam, ac de horarum Climatis dicam primum, deinde dicam de Climatis mensium.

Climatum, quae horarum appellantur, amplitudo circulis duobus parallelis in sphaera, seu globo, ut ajunt, geographicō definitur; ita quidem ut cum longissimus est sub alterutro parallelo dies, dimidia horae discrimen inter utrumque diem intercedat. Quapropter cum sub aequatore qui siti sunt, duodecim horarum diem habeant longissimum (quandoquidem ejusdem longitudinis cunctos habent dies), qui siti sunt sub eo parallelo, quo primum Clima definitur, longissimum diem habebunt horarum duodecim et dimidiae; qui sub eo parallelo, quo definitur secundum Clima, siti sunt, horarum tredecim diem habebunt longissimum, atque ita porro. Hos vero parallelos sic juvat nominare, ut qui ad Clima primum spectat, parallelus primus; qui spectat ad secundum Clima, parallelus secundus appelletur, ac sic deinceps; ut quot sunt Climata, totidem numerentur paralleli. Eo igitur major est Climatis amplitudo, quo magis a se invicem distant paralleli, quibus Clima quodque comprehenditur; quo distant minus, eo Climatis amplitudo est minor. At distant magis, qui aequatori sunt proximiores; qui ab eo sunt remotiores, distant minus. Quod quidem cur ita sit, declarandum est.

Illud hic in memoriam praestat revocare, solem unius horae spatio sive aequatoris, sive circuli cuiuslibet aequatori parallelī, conficere gradus quindecim; septem igitur gradus et dimidium conficiet spatio horae dimidiae. Quapropter si per eum circulum sol volvatur, qui attollatur supra horizontem

gradibus centum octoginta, hoc est ipsa semiperipheria, dies horarum sit oportet omnino duodecim; horarum duodecim et dimidiae erit dies, si volvatur sol per eum circulum, qui supra orizontem attollatur gradibus centum octoginta septem et dimidio; item si attollatur gradibus centum nonaginta quinque, dies horarum erit omnino tredecim: sicque ulterius progrediendo.

Nunc sphaeram rectam consideremus. Tropici planum ab horizonte in partes aequales secatur duas. Quae pars est inferior, divisa intelligatur a chordis pluribus, quae parallelae sint horizontis sectioni cum plano tropici; altera autem ab altera distet gradus tres et quadrantes item tres; qui quidem bis sumpti gradus efficiunt septem et dimidium, totidem videlicet, quot ad dimidiaria horam requiruntur. Manifestum est, si attollatur polus eo usque, dum tropicus ab horizonte in prima chorda secetur, eam haberi latitudinem, ad quam longissimus dies horarum erit duodecim et dimidiae; tropicus enim (qui quidem aestivus erit, atque adeo diem longissimum preebebit) supra horizontem attollitur gradibus centum octoginta septem et dimidio; hinc nempe atque illinc tribus gradibus, et quadrantibus tribus; ut propterea zenith loci illius incidat in primum parallelum: pariterque si eo usque attollatur polus, dum tropicus secetur ab horizonte in secunda chorda, latitudo ea habebitur, ad quam longissimus dies horarum erit tredecim; tropicus enim gradibus centum nonaginta quinque attollitur supra horizontem; ut propterea zenith loci illius incidat in parallelum secundum: atque ita gradatim, donec polus eo usque attollatur, dum tropici limbus inferior horizontem attingat; tumque habebitur ea latitudo, ad quam longissimus dies erit horarum viginti quatuor: tropicus enim supra horizontem patet universus; ut propterea zenith loci illius in ultimum incidat parallelum. Constat autem, magis, vel minus distare a se invicem parallelos, prout magis, vel minus chordae, quas dixi, distant a se invicem.

Jamvero chordarum prima a secunda distat magis, quam secunda a tertia; a secunda item magis tertia, quam tertia a quarta, non secus ac inter se invicem distant reliquae omnes. Qnod quidem tum ex iis, quae de varia Crepuscolorum diuturnitate ali-

bi dixi, aperte colligitur, tum ostendi etiam potest in hunc modum. Chordae illae minus altera ab altera distant, quo a tropici centro distant magis. Tropici enim arcus inter eas chordas intercepti eo magis ad suas quisque chordas obliqui fiunt, quo magis chordae ipsae a centro distant; id quod est clarissimum: magis autem obliqui fieri arcens non possunt, quin chordae altera ab altera minus distent. Planum ex. gr. quo magis est obliquum, eo minorem habet altitudinem. Quare cum de chordarum a se invicem distantia quod dicitur, idem et de parallelorum a se invicem distantia diei debeat, intelligit unusquisque Climata, quorum amplitudo iis parallelis definitur, ab aequatore ad polarem circulum coarctari.

Adhuc horarum Climata sum persecutus; Climata nunc mensium persequar. Horum amplitudo, quemadmodum amplitudo Climatuum horarum, circulis duobus parallelis definitur; ita tamen ut cum longissimus est sub alterutro parallelo dies, non dimidiae horae, sed mensis unius discrimen inter utrumque longissimum diem intercedat. Ut porro mensium Clima numerantur sex, ita sex ponemus parallelos, eorumque primum vocabimus, qui ad Clima primum pertinet, secundum, qui pertinet ad Clima secundum, atque iidem reliquos. Owendendum autem est eos inter se parallelos minus distare, qui circulo polari sunt proximiores; qui ab eo sunt remotiores, distare magis.

Meminiisse hic oportet eclipticae gradus triginta, mensis circiter unius spatio a sole percurri. Porro, quae Zona inter aequatorem ac tropicum alterutrum patet, eam ponemus in Zonas sex a totidem aequatori parallelis circulis divisam, quarum prima a tropico initium habeat, unaquaeque autem utrumque eclipticae gradus intercipiat quindecim. Est autem aperi-  
tissimum, si eo usque attollatur polus, dum horizon circulum tangat, qui primae Zonae limes est, eam haberi latitudinem, ad quam longissimus dies mensis est unius, ut propterea zenith loci illius incidat in primum parallelum; sicque si polus attollatur eo usque dum horizon circulum tangat, qui limes est secundae Zonae, ea latitudo habebitur, ad quam dies longissimus duorum est mensium, ut propterea zenith loci illius incidat in parallelum secundum; similiterque de reliquorum

parallelorum a se invicem distantia dicendum est. Illud quoque est clarissimum magis vel minus distare a se invicem parallelos, si magis vel minus distant a se invicem circuli, qui earum, quas dixi Zonas, limites sunt.

Jamvero circulus primus, nempe qui primae Zonae limes est, minus a tropico distat, quam secundus a primo; item secundus a primo distat minus, quam tertius a secundo, itidemque ceteri omnes. Nam eclipticae arcus inter eos circulos intercepti, quo ab aequatore distant magis, eo sunt etiam magis obliqui ad suum quisque circulum, qui earum, quas dixi Zonas, limites sunt. Quapropter cum de hujusmodi circulorum a se invicem distantia quod dicitur, idem dici et de distantia a se invicem parallelorum debeat, **Climata**, quorum amplitudo iis parallelis definitur, a polari circulo ad polum protendantur necesse est.

Haec mihi scilicet satis clara; vobis autem multo magis, qui cum summa praelestis mentis acie, difficilia quaeque statim arripitis; quid haec audientes facillima? Ut nihil necesse putaverim, id quod primo in mentem venerat, Figuram inscribere, in qua oculis fere ipsis quaecumque hactenus dixi, inspicerentur. Neque vero Tabulam Climatum afferendam censui, quae omnibus in promptu esse potest; eam porro qui parumper inspicerit, perspiciet, quanta sit eujusque Climatis amplitudo, ejusque amplitudinis quanta varietas. At Climatum Tabulae adjicere quispdam Columnam poterit, in qua varia haec amplitudo Climatum indicetur: ut cum ex. gr. primum horarum Clima gradibus octo, minutisque viginti quinque protendatur, vigesimum quartum, hoc est postremum Clima, protendatur minutis tribus. Quam tamen Columnam accurate conficiendam qui suscepit (num autem adhuc suscepit quispdam, ignoro), terrae figuram consideret oportet: quae quidem cum omnino sphaerica minime sit, terrestris meridiani gradus minime aequales esse possunt. Quantus vero sit gradus quisque, ex iis, quae fuerunt ab Astronomis Tabulae exaratae, facile innotescet. Patebit porro latitudinis gradibus quadraginta novem minutisque duobus et viginti in terrestri meridiano gradus respondere omnium minimos; ut longe minor sit noni Climatis, quod ad eam latitudinem spectat,

amplitudo, quam quae esset, si in terrestri meridiano gradus essent omnes aequales.

Iactenus ea exposui, quae ad variam Climatum sive horarum, sive mensium amplitudinem explicandam jamdudum exco-gitavi. Verum enim vero Climata vel parumper considerantem fieri non potest, quin statim illa subeat inquirendi cupido, quanta sit varias terrae plagas incolentium varietas. Quia in re declaranda cum ex veteribus non pauci, tum Vitruvius exstitit apprime diligens: cuius referam non sententiam modo, sed etiam verba « Sub septem trionibus, inquit, nutriuntur gentes immanibus corporibus, candidis coloribus, directo capillo, et rufo, oculis caesiis, sanguine multo, quoniam ab humoris plenitate, caelique refrigerationibus sunt conformati. Qui autem sunt proxime ad axem meridianum, subjectique solis cursui, brevioribus corporibus, colore fusco, crispo capillo, oculis nigris, cruribus invalidis, sanguine exiguo, solis impetu perficiuntur » Haec ille de habitu corporis; ex quo id etiam fieri animadvertisit Vitruvius ipse, aliique, ut priores quod glacie, ac pruinis obrigescunt, corporis robore, ac firmitate valent plurimum; posteriores vero, quod solis torrentur ardoribus, languore atque exiguitate virium confiantur. Praeclarre propterea idem ipse Vitruvius commendat Italiam, quam divino consilio sic ait collocatam « ut quin omnes nationes immoderatis mixtionibus sint disparatae, inter spatia totius orbis terrarum, regionumque medio, mundi populus romanus possideret fines »

Atque haec Italiae laus physicam ejus spectat conditionem. Verum illa potissimum recordari praestat, quae consuetudines, ac mores, scientiamque praecipue spectant; ex diversa nempe caeli, ut ait Vitruvius, temperatione ac natura loci diversam quodammodo hominum industriam esse atque ingeniorum aciem derivatas « Etenim licet videre, inquit Cicero, acutiora ingenia, et ad intelligendum aptiora eorum, qui terras incolunt eas, in quibus aer sit purus, ac tenuis, quam illorum, qui utantur crasso caelo atque concreto » Quae sane eo libentius commemooro, quod cum bellica laude regionibus aliis jamdiu videatur Italia concedere, quae pacis studia sunt, persequi enixius debet, quibus excolendis aptissima in-

genia eidem natura est elargita. Atque hoc quidem nomine laetandum nobis est quammaxime, quod eam civitatem incolimus, quae in omni disciplinarum atque artium genere singularem sibi gloriam semper duxerit expetendam. Excellant aliae quidem civitates virtute militari, armorumque strepitu gaudeant quantum libet: non illam invideo laudem, quam horrida pariunt bella, bellorumque calamitates consequuntur. Opportunissimis portibus instructae sint aliae ad quae-  
stum, aliae abundantia rerum omnium magis magisque affluant. Carthaginenses obversantur animo, et Campani. Illos fraudolentos, et mendaces propter eorum portus Cicero appellat, hos vero semper superbos bonitate agrorum, et fructuum magnitudine « Ex hac copia, atque omnium rerum affluentia prium illa, ait Cicero, nata est arrogantia, qua a majoribus nostris alterum Capua consulem postulavit: deinde ea luxuries, quae ipsum Annibalem, armis etiam tuum invictum, voluptate vicit » Datum Bononiensibus perlongo abhinc tempore fuit, ac nunc etiam nobis post nonnullas proximorum annorum cum exteris communes perturbationes datum est sub indulgentissimo Principe in pacatissima Civitate satisque opibus referta, haud minus quam Majores nostri consueverint, temperate vivere, litterarumque propterea, ac disciplinarum studiis apprime indulgere, ad quorum cultum, progressumque cum multa commoda ac praesidia accesserunt, tum vero excitant, atque impellunt sunumorum exempla atque auctoritas virorum, qui nihil magis habuerunt in deliciis, quam ut novum semper apud nos doctrinae accipient incrementum, et decus. Numquid ego hic prae ceteris Aloysii Ferdinandi Marsili promerita dicendo persequar? At superioris, quae extiterunt, lumina aetatis si praeterivero, praeterire omnino non possum quae nostris, aut certe meis temporibus exstiterunt. Aloysius Palcanus, et Petronius Matteuccius facile vobis quoque in mentem, credo, occurrunt. Ac de Palcano quidem reticere ipse qui possim, a quo tam multis fui semper tanque magnis beneficiis, honoribusque cumulatus? Quippe qui cum esset Ab Actis Academiae Scientiarum Instituti Bononiensis, Mediolanum a Rei Publicae Moderatoribus ad conformandam Studiorum rationem accersitus, me vices ejus ut

gererem in eo munere perhonorifico delegavit, et paullo post Bibliothecam utique insignem sibi a viri eruditissimi Joannis Elephantutii Legato transmissam, magnamque praeterea selectissimamque suimet ipsius librorum copiam testamento reliquit. Verum de me dicere ut praetermittam, de quo nimium forte dixi, atque ad vos ipsos, Sodales eximii, quae spectant, attingam, nomine substantiam ille suam omnem Academiae nostrae ad ejusdem utilitatem ac famam augendam jure hereditario addixit? Matteuccius autem quanto studio Sodales suos et sedulitate ipse sua, et verbis, ut Academiae conventibus adsidui interessent, excitabat? Quod quidem denique studium, annuam supremis tabulis pecuniam diligentioribus Sodalibus attribuendam elargitus, luculentissime testatus est. Cui propterea non modo immortales agendae sunt gratiae, verum etiam quas possumus maximas, referendae: in eo scilicet elaborandum, ut viri benemerentissimi desiderium omni cura, diligentiaque expleatur; idque eo magis entendum, quod nihil opportunius, utilius nihil veteri experientia, ac judicio quoque vestro, Sodales clarissimi, esse possit, quam ut ad eam doctrinam, quam suo quisque studio fuerit consecutus, frequens Academiarum usus adjungatur; qui sane usus, ut Palcanus mecum quondam ajebat, doctrinarum veluti semina nisi excularit, soveritque, quamvis optimo in solo jacta, arescent brevi; at illa cum accesserit quasi altrix foecundatrixque exercitatio, quae Academiarum propria est, tum adolescent quamcitissime in plantas fructibus feracissimas, lateque umbras ad opacandum protendentes; quemadmodum (pergebat Palcanus, qui Ciceronem sic semper in ore habebat, ut non Palcanus, sed Cicero loqui videretur) quemadmodum scilicet Platanus illa patulis diffusa ramicis, quae Ciceroni videbatur non magis irriguis aquulis, quam Oratione Platonis crevisse, illa, inquam, Platanus, ad cuius umbram Socrates ipse sedebat. Igitur cum Italia caeli, locisque naturam sortita sit felicissimam, florentque hic ingenia, abundantque disciplinarum omnium, atque artium instituta peropportuna, in doctrinarum progressibus jam effectis efficiendisque non tam Climatis, quam studiorum habenda ratio est. Ut enim scripsit Strabo (cujus verba cum retulero, sermonem videbor mihi satis probabili exitu conclusisse,

eodemque tempore laudes omnium vestrum, Sodales praestau-  
tissimi, esse complexum, quorum et doctrina, et adsiduitas clu-  
xerunt jamdiu atque elucent in dies) « Quod Athenienses  
studiosi sunt litterarum, Lacedaemonii non item, ac ne The-  
bani quidem iis viciniores, non natura sit, sed magis more.  
Sic neque Babylonios natura philosophos fecit aut Aegyptios,  
sed exercitatio, et consuetudo ».

Haec, inquam, Strabo. Video (id quod aperte fateor) a-  
liena magis hoc me die, quam mea protulisse; ac mea qui-  
dem agnosco parvi, seu potius nullius esse momenti, aliena ve-  
ro Litteratulis quibuscumque satis manifesta, nedium vobis  
omni eruditione exultissimis. At cum senectuti meae, tum af-  
fectae jamdiu valeudini, neutiquam certe quidem negligentiae  
socordiaeque adjucabitis, Sodales optimi, mihiique bencoven-  
tissimi, si et dignitati, uti debuissem, vestrac minime consu-  
luerim, et voluntati ipse meae, longe minus quam usque ad-  
huc forte praestiti, hodie satisfecerim.



# ANTONII ALESSANDRINI

*De Anatome Pathologica comparata, tum speciatim  
de ejus ad ossea systemata applicatione.*

(*Acad. tradita die 9. Novembris 1837.*)

„ Medicis nunquam nocuit, quid succedat Veterinariis, non  
visse, et prius fortasse ab his, ut in brutis animantibus li-  
berum est periclitari, plura tentata, et facta sunt quam ad  
homines transferrentur. „ Morgagnus. De sedibus, et causis  
Morb. epist. I. art. 54.

Haec tanti nominis, atque auctoritatis Anatomici sententia sufficeret, quominus dubitare quispiam possit summopere interesse, ut Comparata Anatomes laesiones quoque, deformations, et vitia quaeque post morbos reliqua textuum, systematum, atque organorum complectatur, quibus omnis generis animalia, praesertim cicures tam saepe obnoxia sunt. Sed postquam Anatome humana ex accurato morbosarum deformatum studio tantopere profecit, neminem esse arbitror, qui scientiae novos uberrimos non spondeat fructus, si anatomes comparatae fines similiter extendantur, eique anatomes comparata Pathologica consocietur; quae factis unaquaque suis tum novis, tum antiquis undique congestis, atque ordinatim dispositis singulas comparativa perenni hystoria comprehendat naturales aequae atque morbosas organorum formas, eorumque compositiones regni animalis universi.

Cujus equidem operis necessitatem jam sensere celebres Anatomici Uratslaviensis Professor Otto, et Berolinensis Professor Gurlt, quorum primus typis edidit *Institutiones Anatomes Pathologicae hominis, et brutorum* (1), alter *Epitomen A-*

---

(1) Lehrbuch der Pathologischen Anatomie des Menschen und der Thiere. Berslau 1814. 2.<sup>a</sup> ed. Berol. 1830.

natomes Pathologicae Mammiferorum domesticorum (1). Opera vero ista germanico idiomate conscripta nondum satis in Italia immotescunt; cumque prima sint scientiae adeo vastae specimina, ejus immumera facta, et observationes ordinata tractatione complecti atque componere difficillimum est; longe abest, ut Anatomie Pathologica Comparativa veram scientiae formam adhuc suscepit ejus amplitudinis, atque perfectionis, quam nostrae aetatis naturalium studiorum conditio ferre videtur. Inter ea dum nostra communibus votis adjungimus, ut quispiam excellentium Itiae quoque nostrae Medicorum, atque Anatomicorum gravissima immortalis Morgagni sententia communis hoc, quod adhuc in solis votis fere manet, arduum opus aggrediatur, materiae, quod primum interest, ad opus ipsum necessariae partem aliquam fortasse non contemnendam cumulare, atque parare ego caepi, ejus delectum, et ordinatum, quam opportunam duxi, vobis Sodales praestantissimi, nunc breviter exponam, et judicio vestro subjiciam.

Iam multis ab hinc annis intentus Museo condendo Anatomes comparatae Universitatis nostrae praeter praeparationes partium et organorum ex animalibus decrporum sanitatem, et regulari conformatioe utentibus, partes quoque pari diligentia servare nunquam praetermis, quacumque data occasione, quae vel morbi causa, vel propter imperfectam et abnormem evolutionem ad genus pathologicum pertinere dicuntur. Jamque factorum, et praeparationum hujus generis eo crevit nubilus numerus, atque varietas, ut diutius negligi, atque otiosae jacere minime pati videantur, suamque sibi distinctam sedem in Museo nostro postulare primo saltem nucleo futurae, atque fundamento magnae novae sectionis Pathologicae, qua completere aliquando licet Museum Anatomes comparatae, totam ei nimurum, plenamque reipsa tribuere nominis sui significacionem. Antequam vero manus operi darem, probe animadvertis, quod jamdiu persuasum est scientiae hujus cultoribus, materiam Pathologicae adeo variam, et inexhaustam ordinari nullo modo posse, nisi divisio aliqua artificiosa interponatur.

---

(1) Lehrbuch des Pathologischen Anatome des Haus-Saugethiere.  
Berlin. 1832.

Quod tanto magis providere pro incepto meo oportebat, quo quantum in me foret, prima rudimenta ponerem conclavis tanto amplioris comparatae anatomiae non sanae et naturalis solum, sed simul etiam abnormis, atque morbosae. Iam vero inter divisiones ejusmodi ad rem facientes ea mihi opportune succurrit, quam paullo ante proposueram, divisio nempe aberrationum omnium, quas partium et organorum animalium signata, dispositio, et structura naturalis subire possunt, earum, quas violenta causa, vel morbosus processus generat solidos textus uteunq; solvendo; et earum, quae a primitivae formationis, et incrementi perturbatione originem ducunt: morbosae enim vero, sive abnormes sunt in utroque casu partium conditiones; at diversa abnormitatum origo, et ratio diversa earum formationis, atque evolutionis sat propriam, et adaequatam statim primariam divisionem Anatomes Pathologicae, qua quidquid tum vitiatae, et monstrosae conformatio, et evolutionis, tum organicae degenerationis morbum quemvis subsequitae plane continebitur, tota proinde materia Pathologicae tractationis. Impossibile quidem est certos inter duo ista aberrationum genera verae et generalis separationis limites assignare: at ea propter divisionem hanc, quam ponimus, artificiosam appellamus. Quam nihilominus studio, et scientiae machinae animalis auxilio futuram confido, quemadmodum aliae quotemque studia reliqua rerum naturalium tantopere juvarunt. Mens manuque humana lumine hujusmodi artificioso insigniora naturae facta disjunctum, et quadam fere dixeris, falsae ut vocant, positionis regula perlustrans, eaque recto analysis, et synthesis alterno usu conserens prima arripit eorum continuitatis filia, atque adminiculis, formulisque fictitiis successive dimissis, ad verum scientiae lumen magis, magisque libera, et expedita contendit.

Ad partem nunc rediens, quam mihi sumpsi, omnium facillimam, mearumque virium temitati accommodatam, singularium nempe factorum Anatomes Pathologicae historiam, de iis primo disseram, quae ad degenerationes ex morbo subortas pertinent. Quoniam vero facta haec ipsa structurae etiam naturalis, et functionum studio prodesse simul possunt systematum et variorum corporis animalis organorum, opportunitate utar eundem

hic sequens ordinem, qui in sana obtinet anatome comparata, et suos ad varia huius systemata, atque apparatus singulos, dum describo, referam casus, prout quisque pertinebit.

Domestica animalia eo ipso quod domestica, et ubique magno numero praesto sunt, inque observatoris potestate, tum maxime aegrotare solita prout longius a nativo proprio vitae habitu, et organica constitutione ea captivitas distraxit, praeceteris animalibus obviam, et frequentem praebent observationum, de quibus agitur, occasionem. Adde, quod casus pathologici, quibus eicurata animalia obnoxia sunt, singularem tenet similitudinem, et analogiam ad casus, quos patitur humana species; ejusdem namque fere indolis causae morbosae utrosque saepissime generant. Unde amplior via patebit comparationum et conclusionum, quibus artes Medica, atque Veterinaria maxime proficient.

Inter pathologicas degenerationes machinae animalis de iis praecipue solliciti summi nominis Veterinarii, Medici, et Anatomici merito fuerint, quae ad ossa pertinent. Hujus enim vitia systematis facile discernuntur, ac determinantur; tum examen et observationem diutius sustinent; etiamsi partes reliquas putrefactio dissolverit, atque deleverit. Perseverantia insuper, qua a remotis usque temporibus intima ossium structura conjecturis, iteratisque experimentis inquiritur; analogia singularis, quam quidam videre sibi videntur ossa inter, et ligneam plantarum substantiam; peculiaris industria, quam Chirurgi adhibent, cum de laesionibus harum partium agitur, effecerunt, ut ossa in Pathologiae studio primas obtainuerint. Quamobrem ego pariter initium sumam ab hoc systemate in describendis primariis Musei nostri praeparationibus Pathologicis.

Vitia systematis osseo-cartilaginei vel in sola consistunt partis alicujus totius systematis, aut alienius regionis dati ossis perturbata constitutione, et connexione cum reliquis; vel os aliquod, totumve sistema omnino afficiunt, penitusque pervertunt. Primo casu ex repentina fere semper, et violenta causa ortum habet morbosa perturbatio, quae deinde stabilis facta peculiaris abnormitatis formam inicit vel quod promptum artis subsidium definit, vel ars mederi non valuit. Huc pertinent luxationes, et fracturae, quibus Chirurgi manus haud praesto

fuit, epiphyses distractae, et similia. Cum autem abnormitas, et vitium ad organa pertingit, eaque pervertit, atque dissolvit, id evenire potest vel propter nutritionis, et reproductio-  
nis defectum, vel propter aliquem logisticum localis processus  
morbosum influxum, vel propter insolitam quorundam gene-  
ralium principiorum actionem, cujus generis sunt rachitis, stru-  
mae, artritis.

Secunda haec laesiorum, et degenerationum series ossei sys-  
tematis multo quam prima latius patens, magisque studio, et  
meditatione digna, immensum complectitur singularium ca-  
suum numerum, et varietatem; quorum proinde nemo ex me  
totidem specimina requiri. Verum aliqua tradam, et casus de-  
scribam enjusque proprios ex tribus ordinibus superius praec-  
stitutae divisionis.

Sic initium saltem posuero triplicis perennis futurae seriei,  
atque ordinationis, ubi suum quaeque locum facile nanciscan-  
tar quoquot jam ante observata sunt facta hujusmodi, et quae  
in posterum mihi netipsi obvenient, quaeque medicae scientiae  
cultores colligent, atque describent.

### *I. Vitia ex situs variatione.*

Primi generis antedicti pathologicae praeparationes non adeo  
sicut in humana specie frequentes occurunt, nec pari facilitate  
institui possunt in caeteris animalibus. Etenim nisi animalis vi  
externa percussi luxationem, vel fracturam, vel distractionem  
prompte Veterinarius reparaverit, quo in casu nulla remanet  
singularis praeparationis occasio, tunc qui animal possidet, cu-  
jus utile cessavit servitium, illud abjicit, et plerumque morti  
tradit antequam neglectae ejus laesiorum effectus maturescat,  
nempe laesae partis nova compleatur abnormis conformatio-  
ne, et sic pathologicae adsit materia praeparationis. Tanto pluris  
itaque faciendum est, quod prostat in Museo nostro N. 1025  
exemplum permanentis insanabilis claudicationis ex artu posti-  
co sinistro, quae capitis femoris a proprio corpore avulsionem  
subsequuta est. Felis est admodum juvenis praeparatio ista.  
Discerni ex ipsa nequit, utrum fractura colli, an avulsio epi-  
physis causa vitii extiterit. Haec secunda probabilius mihi vi-

detur; aetas namque animalis ea erat, qua facile contingit avulsio ejusmodi. Integra erat forma, et plane regulari caput avulsum; totumque intra ligamenti capsulam permanebat: collum femoris ex attritu deinceps continuo motus erosum erat, donec cum externa capitis facie congreget, et secum super ea rotatorios motus exercebat suos. Peculiares hujuscem laesionis easus passim occurruunt in historia humanae chirurgiae; jamque a Columbi aetate, nti momit Morgagnus epist. LVI. art. 3., nota erat facilitas, qua tum in humana, tum in alia quavis animalium specie nondum adulta caput femoris distracta epi physi a collo suo avelli potest propter artus insolitos quosdam, et violentos motus, atque distorsiones. Procul dubio claudicationes, quae congenitae judicantur, pleraeque in peculiari, de qua loquimur, laesione causam agnoscunt suam: neque ego possum non vehementer improbare nutricium nostrarum inconsiderantiam, qua saepe parvulos jacentes, prehensis pedibus, in genua violenter potius sibi abripere quam humaniter excipere, eosque sic pulire solent natibus erectis, et posticis artubus ad trunca valde inflexis. Nam rudem motuum rationem vel adultis molestissimam tenellus infans, cuius adhuc nullus musculorum vigor et usus, et nondum distenta, et firmata ligamenta, impune sustinere certe nequit; ac laesio descripta noxa est praे omnibus obvia, quae inde sequentur. Scriptores aetati nostrae non admodum proximi facilitatem non in homine tantum, sed etiam in brutis agnoverunt, qua distracti possunt epiphyses longorum ossium. Hos inter Gaspar Hoffmannus casum refert præsenti nostro omnino similem, et quidem in eadem specie animalis observatum.

## *II. Vitia propter variatam structuram*

### *1. ex defectu nutritionis, visque vegetativae derivata*

Longe plura, et varietate, atque gravitate insigniora sunt pathologica facta singularia ossei systematis, quae ex abnormali partium structura originem ducunt. Saepe saepius accedit, ut sine gravi salutis detimento quin etiam animal praeferat nullum, dum vivit, indicium laesionis, quae in ipso perficitur, vel universo, vel partim sistema osseum hujusmodi subeat immutatio-

nes; adeoque naturalis ejus forma, et conditio pervertatur, ut Anatomicus ipse obstupescat, dum cadavera alio intentus explorans in has incidit singularitates. Quas cum neque praecesserit, neque sequuntur sit grave ullum morbosum signum externum, repetere plerumque solent a vis illius defectu, et perturbatione, quae partim singularium machinae animalis conservationi, et reparationi praesidet.

Tres organicarum degenerationum a dicta causa pendentium primariae species distingui possunt: *a*, illae nimium, in quibus propter virium, et elementorum nutritionis exuberantiam enormiter crescent partim moles, robur, et firmitas: *b*, illae, in quibus ex adverso partes extenuantur, emaciantur, flacescunt, quandoque etiam a solita deficiunt ratione, et affinitate ad proximas partes adhuc integras, et sanas: *c*, illae demum, in quibus variata sunt elementa nutritionis, etiamsi eandem vim plasticam normalem servent, et regularis appareat partium structura, chymica vero compositio, et ipsa componentium molecularium natura magnopere immutata est.

*a. Vitia ex nutritione, seu partium reparacione immunita.* Quae huc pertinent ossium deformations praesertim in domesticis animalibus, originem plerumque ducunt a nimia, et diurna compressione sceleti regionibus illata, quas molles partes minus contegunt, atque tacentur, et proinde magis vexare, et conterere causae istae possunt. Videre est in Museo nostro ad num. 2, et 1841 equorum capita, quorum ossa nasi deformitates, imo laesiones profundas exhibent a nimia ortas compressione et pondere solidae naturae, qua frenari, et dirigi equus solet. Maxime insignis, et singularis patet eisdem causae actio in praeparatione numeri 2, in qua adeo profunde propagata est, ut solida dictorum ossium substantia tenuata, et erosa fuerit usque ad duplice oblongam eorum fissionem. Intimam vivi animalis partium vel durissimarum substantiam externae diurnae compressionis causa male affici, imo penitus erodi posse medica et chirurgica experientia passim ostendunt. Hanc porro degenerationis speciem invenisse videntur tum Ben. Bellius, ubi peculiarem morbosam ossium conditionem statuit in immunita eorum soliditate (1), quam ipse tri-

---

(1) Trattato delle malattie delle ossa.

buit adactae vi absorbenti intersitiorum, tum Scarpa (1), quum a vera carie distinxit ossium tabem ex pressione subortam. Tanta revera in praxi Chirurgica pressioni tribuitur efficacia ad nutritionem, et vegetationem minuendam, ut saepe hoc solo artificio mechanico tum exuberantes carnium renovationes, tum enormes quorumdam tumorum evolutiones moderari, vel omnino intercipi, et suffocari, tum etiam praegrandes exostoses, aliaque tubera morbosa deprimi, penitusque complanari soleant.

*b. Vitia ex adacta vi vegetationis.*

Obviae magis se offerunt, ac multo frequentiores prae aliis deformitates, quae ex nimia ossium nutritione, ac proinde ex vegetatione praeter modum luxuriante procedunt. Evidem novi istud vitae augmentum ad processum flogisticum plerumque pertinere; a veritate tamen longe abesse non vereor, si admittam ex simplici vitae exuberantia, quaecumque ejus causae fuerint, peculiares contingere posse mutationes, et degenerationes in nutritione partium, quin harum naturalis conditio sensibiliter turbetur. Huic soli enimvero degenerationum ordini adscribere licet casus plurimos simplicis ossium hypertrophiae, quos Auctores multi descripserunt, quas inter commemoratione digna est universalis *hyperostosis* a Noelio in homine annorum 27. observata (2), tum similis degeneratio, quam nuper rime, et saepe antea Otto in sceleto gallinae nactus est. Verum multo frequentiores sunt locales hypertrophiae in ossium systemate; tum maxime ad calvariae partem superiorem pertinent quae passim apud omnium fere temporum Scriptores occurunt. Saepe Morgagnus, et praesertim ubi de mortuis tractavit propter apoplexiā, vel gravem aliam cerebri affectionem, refert calvariae ossa vel partim, vel universe hujusmodi varationem subiisse. Aliam nuper Miescherns descriptis (3) hypertrophiam in ulnae processu coronoideo observatam, quin

(1) Mem. de la Soc. R. de Med. T. IV. 1780-81.

(2) Roux Journal de Med. 1779.

(3) De inflammatione ossium, eorumque anatomie generali. Berolini 1836. pag. 71.

affectis ossis sectio verticalis ullum ejus intimae structurae vi-  
tiuum ostenderet.

Casus mihi recens obtigit insolitae ossium vegetationis, et incrementi in foetu bubulo N. 1733, qui in lucem prodierat magno affectus interno hydrocephalo. Grande caput, maxime cranium singula exhibet ossa adaucta quidein, et solida plus quam par est foetus aetati, quoad vero intimam structuram, parum dissita a naturali conditione. Interni calvariae cavi paries, quod praeter cerebri, ejusque membranarum partem libras quinque, et dimidiam continebat serosi liquoris hydrocephalum constituentis, constat praecipue frontali, parietalibus, et regione lambdoidea occipitis; quae ossa quamquam propter insolitam latitudinem suam ejus non sint crassitudinis, quam bubuli foetus in fine graviditatis assequuntur, immo plura exhibeat undique sparsa intervalla prorsus membranacea, ubi nihilominus solidari caeperunt, ossium vere regularium formam, et texturam illius aetatis propriam obtinent. Quare autem, et quomodo ossa eorum, qui hydrocephalo laborant praesertim aetate adhuc tenera, vel ab ipsa nativitate, adeo vegetare, et praeter modum succrescere soleant, facile intellegit, qui consideret stimulum, et mechanicam actionem in molles textus illatam ab ipsa morbi materiali causa distrahente, et multo magis copiosum liquidi reparantis affluxum super organum, in quo perennis residet fomes ipse morbosus maxime activus. Peracta etenim artificiosa injectione per vasa umbilicalia foetus adhuc integri, facile perspexi non vasa sola cerebri, sed ea pariter, quae ossibus circumpositis nutriendis inserviunt, enormiter amplificata, idque proportione quadam defectus evolutionis, et soliditatis, ei fere dicas, impensa regionum sceleti reliquarum. Qnod alibi cum naturali soliditate, et magnitudine generatim deficit, tum alicubi defectus iste vere monstrosus evadit. Si exempli causa grande caput descriptum, et maxillae conjunctim spectentur, quis non illico sentiat omnem inter partes istas proportionem evanuisse? At maxillae non solum a justa molis proportione desciscunt praecalvariae regione, sed ne dimidium quidem exaequant maxilarum foetus ejusdem aetatis optime comparati. Artus ejusdem sceleti clarius ostendunt vegetationis defectum reliqui sys-

tematis ossei; exiles enim et mutilae sunt, vel etiam omnino desunt regiones pedis, cruris, et cubiti.

Causa ipsa monstrosi hujus calvariae incrementi, et cerebri degenerationis ortum; dedisse retinenda est singulari vegetationi, et amplificationi fornicis cranii in antica ejus regione, quam exhibent evidentissimam tria capita gallinacea N, 705, 1494, et 1552. Vimontius (1) omnium primus hanc animadvertisit singularitatem; in suo enim *Phrenologiae* tractatu quinque tradit ejusdem degenerationis exempla in eadem praedicta animalium specie, eademque ossea regione observatae. Inio resert animal istud in Normandia eidem viuio maxime obnoxium esse, illudque a nativitate acceptum saepe ad sequentem generationem quoque transmittere stupiditate, et inertia semper coniuncte functionum cerebralium. Ex tribus antedictis præparationibus unius tantummodo dignoscere potui originem et speciem. Animal, quod eam suppeditavit, domi aliquot menses educatum docile supra morem longe suum, pacatunque vivebat; quae fortasse conditio ejus vitii cerebralis, de quo agitur, effectus erat, quod reapse arguitur ex insolita calvariae conformatione.

*c. Vitia ex immutatis ipsis elementis materialibus nutritionis, et vegetationis.*

Quum ossium vegetatio admodum luxuriat, plerumque accidit, ut materia nutritionis, ac proinde ossium elementa componentia a recta proportione desciscant, et conditiones ineant longe alias, ac perfectae sanitati idoneas. Tunc nova suboritur intima perturbatio, quae successive in pejus vergens vere morbosa evadit, cuius causa deformitatibus jam osseo systemati ab inordinata nutritione allatis laesiones superadduntur processus flogistici, immutatio scilicet, et resolutio adeo varia molis, formae, textus, et chimicae totius compositionis.

In casibus hypertrophiae ossium fit saepe mentio eorum soliditatis crescentis in ratione adiectae molis. Hac de re ille unum commemorare sufficit mirandum exemplum a cele-

(1) *Traité de Phrenologie humaine, et comparée* 2. ed. Bruxelles 1836 pag. 150, Tab. XVIII.

Ieherrimo Malpighio descriptum (1), calvariam nempe humanaum, quae etiamsi maxilla inferior, parsque dextera superioris abessent, decem librarum et ultra pondo erat. Atqui calvariae adeo ponderosae volumen perparum a normali mensura differebat, et tantummodo ejus ossa enormiter crassebant ad puncta usque decem pedis Bononiensis ( millim. 24 ), adeoque ossa duruerant, ut illustris Anatomicus cranium illud lapideum appellare non dubitaverit; nec praeterea intima substantia ullam, inquit ille, passa erat regularis texturæ variationem atque perturbationem. Quapropter jure concludit rem totam in exuberantia, et efficacitate consistere solidantium, et nutrientium elementorum, quae sane causae sufficere compertum est, ut quarundam partium quoque molium densitas ossea evadat, atque lapidea, quin naturalis earum compages, atque dispositio perturbetur.

Huc meo iudicio pertinent exostoses quaedam, quae in calvaria mammiferorum quandoque occurruunt, illae nimirum, quae propter insignem duritiem et densitatem eburneae nuncupatae sunt. Circa animales hujusmodi productiones, quibus abundat Museum nostrum anatomies comparatae, graves saepe exortae sunt disputationes, et controversiae inter anatomies, et pathologiae cultores. Qnum locum habeant frequentius in interiori calvariae pariete, cuius cavi saepe magnam partem proprio volumine occupant, cumque ob informem, et sinuosam superficiem imitari quodammodo videantur gyri intestiniformes hemisphaeriorum cerebralium, qui in mammiferis obtinent; haud raro accidit, ut aliquae dicti generis exostoses propter magnam molem, et imperfectam rotunditatem pro cerebris in lapidem conversis accipientur. Quem errorem docte oppugnavit Vallisnerius (2) validis argumentis, certisque factis in medium deductis contra Duvernejum ejus opinionis sestatorem.

Duas seligo, de quibus nonnulla referam, ex multis in Museo praeparatis bubulas exostoses hujus generis, in bove enim

(1) Opera postuma pag. 49.

(2) Opere Fisico-Mediche. Venezia 1733. T. 1. pag. 79.

facile, et frequenter obveniunt. Harum grandior N. 407 duobus pondo, et unciiis decem, imperfecte rotunda fere totum mole superat cerebrum bovis adulti, et maximae statuarie: nec profecto calvaria talem caperet exostosim, vel saltem ei locum cedere debnisset massa cerebri, nisi tumor, uti plerumque accidit, se simul protendisset in cavum encefalicum, et in nasales frontalis sinus adeo capaces ad basem ossis cornua sustinentis. Immo probabile videtur, uti Vallisnerius opinatus est, facilitatem, et frequentiam, qua prae ceteris, et fortasse unice bubula species hujusmodi enormitati subjacet, ex eo praecipue provenire, quod os frontale adeo in his animalibus extensem magna alluitur vasorum sanguineorum copia, quae cornuum simul alunt solidum fulcrum, et corneum ejus involucrum continuo renovant, ita quidem, ut semel inita exuberante vegetatione, alimenti affluxus eadem proportione perseveret, breve tempore incrementum, et evolutio modos omnes praetergrediatur. Et quamquam exostosis substantia ponderosa, dura, et densa maxime sit, sicuti ex apposita ejus scissura percipitur; tamen ex hac ipsa sectione manifeste etiam patet non parva sanguinea vasa eam quaquaversus trajecisse; nam conspicui adhuc supersunt canales, sulci, et foramina, quibus continebantur.

Quoad effectus vero horum fere extraneorum corporum in contactu organi tanti sensus, quantus in cerebro est, certe fides iis non est adhibenda, qui narrant casus extitisse vitiorum hujus generis, in quibus affecta animalia nullum salutis damnum acceperint. Hac de re nil ex bove primae modo descriptae praeparationis habeo, quod certo asseram. Hujus enim adventus in Musei officinam eadem ratio fuit ac fere omnium pathologicarum productionum ad bruta animalia pertinentium, quae deferri solent nulla addita significatione factorum, quae animalis interitum praecesserunt; nimirum quomodo se habebat cerebrum bovis illius, dum vivebat, omne mihi indicium derat. Id ipsum vero commode, et certo dignoscere datum mihi est in bove alterius praeparationis N. 1230, etiam si exostosis mole multo minor fuerit, unciarum nempe octo. Animal pridem stupidum, pigrum, ad consueta officia tardum, macie sensim conficiebatur; quapropter lanienae traditum est, etsi adhuc juvēne. Exostosis nondum gravi pressione cerebrum ejus vexabat; neque

hujus substantia nullo modo dissolvi, aut immutari caeperat. Quotiescumque insuper artis periti certam notitiam dedere circa animalia, quibus lapidea cerebra vulgo tribuebantur; eadem se ferre praedicta symptomata notata sunt, ne excepto quidem casu omnium antiquissimo a Scarabiccio descripto, atque a Val-lisquiero commemorato.

## 2. *Ossium variationes ex processu flogistico prodeentes.*

Adspectus, et natura morbosarum vegetationum, quas modo descripsi, viam sternit ad alias similes ejusdem ossei systematis variationes considerandas, quarum tamen causa omnino in processu flogistico sita est, eas nempe exostoses, quas veras, vel spongiosas Scarpa nuncupavit. In his ossea substantia pri-  
mum a dicto processu mollita (sicuti factum est in multis ex-  
perimentis habitis ejusmodi processus arte promoti) vivi-  
dissime deinde vegetat, eoque extenditur, ac intunescit os-  
sis cortex ipse, qui ejus durissima pars est, ut saepe, amissa  
prorsus naturali specie lamelliformi, rudem praeseferat  
texturam tomentosam. Quod mutationum genus frequenter  
occurrit in cicuribus ipsis; atque ad eas producendas potius  
quam morbosci influxus, sicut in humana specie, externae  
conferunt violentiae omnes, quibus animalia obnoxia sunt, ea  
praesertim, quae laborioso continuo exercitio inserviunt. Mul-  
tae idcirco observantur exostoses in Museo nostro tum ad va-  
rias animalium species, tum ad sceleti diversas regiones per-  
tinentes. Harum tres tantum inter notatu maxime dignas indi-  
cabo, quae totidem gradus ostendunt morbi successive cre-  
scentis, textumque osseum penitus dissolventis.

Primum exhibit pars media quintae costae verae dexterae  
suinae N. 1112. Exostosis ipsa, cuius prae osse modica est  
moles, nondum ejus textum graviter offendit. Periostium a pro-  
cessu flogistico tomentosum solummodo factum, et praeter so-  
litum crassescens totam superficiem plane contegebat: imo, uti  
monuit egregius Doctor Philippus Mannius, quum ad me fa-  
ctum istud pathologicum Laureto misit, ex puncto, ubi in facie  
costae interna exostosis magis protuberat, digrediebantur con-  
spicua vasa sanguinea; et manifestissima adhuc supersunt fo-

ramina, et canaliculi, quos trajiciebat arteria, et vena nutritia morbosae vegetationis. Exostosi per centrum resecata, clarus patescit latus variationis progressus, quem ossis substantiarum interna subit, cuius cortex solunmodo tomentosus appareat, cellulosa vero pars centralis majorem densitatem adhuc servat, et meditullio magis abundat. Exostosis ergo isthaec inter eas recensenda est, quae profunde ossis substantiae minime officiunt, quarum proinde sanatio desperata non est; nec revera humana chirurgia panicas numerat exostoses ejusmodi insignis etiam voluminis plane sanatas.

Multo penitior conspicitur dissolutio in exostosi secundi exempli; quae totum quantus est, humerum dexterum canum duorum speciei familiaris invadens ita formam, molem, textumque ejus pervertit, ut unice supersit horum omnium indicio conformatio capitum articularium nondum omnino a vitiosa vegetatione deleta. Ex humeris iste, qui N. 1111. notatur, is nempe, qui gradu paullo minori vitiatus appetet, per centrum juxta longitudinem resecatus maximam ostendit substantiae suaे dissolutionem. Etiamsi corticis portimculae quaedam integrae alicubi maneant; in reliquo ejus dissolutio absoluta, et completa est; atque tota diaphysis quantum crassitici adepta est, tantundem gravitatis amisisse videtur, morbo processu in textum cavernosum mutata primum similem, simulque ita friabilem, ut minima vi tanquam salis congeries nulla ordinata texitura cellulosa, nullaque animali substantia commixta, atque retenta disjiciatur.

In altero humero N. 1493 ad altiorem quoque gradum dissolutio progressa est: neque in eo solum conspicuntur vestigia exuberantis vegetationis a processu flogistico promotae, compleiae ossei contextus degenerationis, ejusque elementorum componentium; sed etiam processus suppurationis inde subsequuntur indicia, tum cariei profunda, quae multis in locis solidiorum ossis substantiam eroserat, atque omnino deleverat; et prope erat gradus extremus, quem Scarpa assignavit morbo ossium hujusmodi, quem exostosim denominat cavernosam suppurratam, sen malignam. Neque hujus supremi gradus exostosis Museo deest exemplum; luculentissima enim cernitur in equina maxilla inferiori praeparationis N. 426. Post violentam

contusionem ab equo prope menti symphysis acceptam modicus tumor prodit in facie maxillae externa contra dentium incisorum alveolos, qui brevi praeter modum crevit, et initio exostosim simplicissimam iinitatus, deinceps in centro mollitus suppurationem initit, et frequenti ruptione facta, ex imo fundo putrida saries illa effluebat, quam ossium caries generare solet. Nibilo tamen minus tumor crescebat ulterius; inque totam expansus incisorum regionem, et spatia maxillae, quibus nomen *barrae* apud Veterinarios, utrinque processit usque ad dimidium alveoli primi dentis molaris. Cum centralis contigui tumoris mollities succrescens incisorum firmitatem minueret, tum ejus inoles alternum maxillarum motum impediret, animal, quod cibum eapropter tractare jam jam nullo modo poterat, interfectum est. Pretiosum istud fragmentum pathologicum, quod peritissimus Prosector meus Doctor Notarius administravit, plane ostendit, quousque processus morbosí sonimopere activi influxu ossea substantia degenerare, quamque rapide dissolvi, ac destruiri quandoque possit quantacunque polleat densitate, atque duritie, etiamsi in bruis sicuti saepe nimis in humana specie, vel luem celticam, vel morbum mercuriale non liceat suspicari.

Haec pauca sufficiunt, Sodales praestantissimi, ut Pathologicae collectionis, qua Museum curae meae concreditum augere aggressus sum, extensionem, dispositionem, tuni, etiam, ni fallor, opportunitatem plane intelligatis. Quod inceptum, si probaveritis, alaceriter, et quanta potero diligentia, atque perseverantia persequar.



# ALOYSII CASINELLI

## DE AEQUATIONUM ALGEBRAICARUM RESOLUTIONE

### OBSERVATIONES ANALYTICAE

Aequatio quaecumque algebraica formula generali

$$x^n + Ax^{n-2} + Bx^{n-3} + Cx^{n-4} + \text{ec.} + T = 0$$

exprimatur

Sint ejus radices  $A', B', C'$ , ec.  $L', M'$ , atque  $1, a, b, \dots, l, m$  radices nesimae unitatis seu aequationis  $y^n - 1 = 0$ ; quaevis ex illis radicibus ex gratia  $A$  ita dividi potest in  $n-1$  partes  $r, s, t, \dots, u, z$  ut sit

$$A' = r + s + t + \text{ec.} + u + z$$

$$B' = ar + a^2s + a^3t + \text{ec.} + a^{n-2}u + a^{n-1}z$$

$$C' = br + b^2s + b^3t + \text{ec.} + b^{n-2}u + b^{n-1}z$$

ec.                    ec.

$$L' = lr + l^2s + l^3t + \text{ec.} + l^{n-2}u + l^{n-1}z$$

$$M' = mr + m^2s + m^3t + \text{ec.} + m^{n-2}u + m^{n-1}z.$$

Cum numerus incognitarum  $r, s, t$  ec. sit  $n-1$ , numerus vero aequationum  $n$ , ut omnes simul subsistere possint opportet, ut, deffinitis, prioribus  $n-1$ , quantitatibus  $r, s, t$  ec., earum valores etiam postremae aequationi satisfaciant, seu quod idem est, aequatio postrema in caeteris includatur.

Notum vero est esse

$$M' = -A' - B' - C' \text{ ec.} - L',$$

atque loco  $A', B', C'$  ec. positis seriebus aequivalentibus,

$$\begin{aligned}
 M' = & -r - s - t - ec. - u - z \\
 & - ar - a^2 s - a^3 t - ec. - a^{n-2} u - a^{n-1} z \\
 & - b r - b^2 s - b^3 t - ec. - b^{n-2} u - b^{n-1} z \\
 & \quad ec. \qquad \qquad \qquad ec. \\
 & - l r - l^2 s - l^3 t - ec. - l^{n-2} u - l^{n-1} z
 \end{aligned}$$

Sed

$$\begin{aligned}
 m = & -1 - a - b - ec. - l \\
 m^2 = & -1 - a^2 - b^2 - ec. - l^2 \\
 m^3 = & -1 - a^3 - b^3 - ec. - l^3 \\
 & \quad ec. \qquad \qquad \qquad ec. \\
 m^{n-1} = & -1 - a^{n-1} - b^{n-1} - ec. - l^{n-1},
 \end{aligned}$$

ergo

$$M = m r + m^2 s + m^3 t + ec. + m^{n-2} u + m^{n-1} z.$$

Quae aequatio cum sit illarum postrema, evidenter in aliis includitur; ergo ec.

Sit ex. gr. aequatio tertii gradus

$$x^5 + A x + B = 0$$

unde

$$\begin{aligned}
 A' = & r + s \\
 B' = & a r + a^2 s \\
 C' = & b r + b^2 s.
 \end{aligned}$$

Ex duabus prioribus habemus

$$\begin{aligned}
 r = & \frac{B' - a^2 A'}{a - a^2} \\
 s = & \frac{a A' - B'}{a - a^2},
 \end{aligned}$$

positis valoribus hisce quantitatuum  $r, s$  in tertia aequatione, deducemus

$$C' = \frac{b(B' - a^2 A') + b^2(a A' - B')}{a - a^2};$$

sed  $b = a^2, b^2 = a$ ; ergo

$$C' = \frac{a^2(B' - a^2 A') + a(a A' - B')}{a - a^2}$$

$$= \frac{a^2(B' + A') - a(B' + A')}{a - a^2} = -A' - B'.$$

Sit etiam aequatio quarti gradus

$$x^4 + Ax^2 + Bx + C = 0$$

ideoque

$$A' = r + s + t$$

$$B' = ar + a^2s + a^3t$$

$$C' = br + b^2s + b^3t$$

$$D' = cr + c^2s + c^3t,$$

Ex tribus prioribus aequationibus habemus

$$r = \frac{A' - B'}{4} + \frac{A' + 2C' + B'}{4\sqrt{-1}}$$

$$s = \frac{A' + B'}{2}$$

$$t = \frac{A' - B'}{4} - \frac{A' + 2C' + B'}{4\sqrt{-1}}$$

in quibus radices  $a, b, c$  eliminatae sunt, notum enim est esse  $a = -1, b = \sqrt{-1}, c = -\sqrt{-1}$ .

Substitutis hisce valoribus quantitatum  $r, t, s$  in aequatione quarta, reductionibus peractis inveniemus

$$D' = -A' - B' - C'$$

Verum expressiones quantitatum  $r, s, t$  ec. includunt radices  $A', B', C'$ , ec. quae incognitae sunt, ideoque et erunt incognitae ipsae  $r, s, t$ , ec. nisi aliquo peculiari artificio radices illae  $A', B', C'$  ec. eliminari possint. Reapse harum radicum eliminatio in aequationibus cuiuscumque gradus obtineri potest, sed aequationibus tertii et quarti gradus exceptis, aequationes inter quantitates  $r, s, t$  ec. quartum gradum superant ita ut nullo modo ipsae determinari possunt. Quod ut clarius appareat consideremus speciatim aequationes tertii, quarti, et quinti gradus.

Pro aequationibus tertii gradus

$$x^3 + Ax + B = 0$$

evehantur aequationes

$$A' = r + s$$

$$B' = ar + a^2 s$$

$$C' = br + b^2 s$$

ad secundam et tertiam potentiam; atque expresso simbulo  $P_1$ , aggregatum secundarum potentiarum radicum, et  $P_3$ , aggregatum potentiarum tertiarum habebimus

$$P_1 = (1 + a^2 + b^2)r^2 + 2(1 + a^3 + b^3)rs + (1 + a^4 + b^4)s^2$$

$$P_3 = (1 + a^3 + b^3)r^3 + 3(1 + a^4 + b^4)r^2s +$$

$$+ 3(1 + a^5 + b^5)rs^2 + (1 + a^6 + b^6)s^3$$

sed

$$1 + a^2 + b^2 = 0, 1 + a^3 + b^3 = 3, 1 + a^4 + b^4 = 0$$

$$1 + a^5 + b^5 = 0, 1 + a^6 + b^6 = 3.$$

ergo

$$P_1 = 6rs, P_3 = 3r^3 + 3s^3$$

Venit ut notum est,  $P_1 = -2A$ ,  $P_3 = -3B$

ergo

$$6rs = -2A, 3r^3 + 3s^3 = -3B;$$

ex quibus aequationibus deducitur

$$r = \sqrt[3]{-\frac{B}{2} \pm \sqrt{\frac{B^2}{4} + \frac{A^3}{27}}}$$

$$s = \sqrt[3]{-\frac{B}{2} \mp \sqrt{\frac{B^2}{4} + \frac{A^3}{27}}}$$

Unde

$$A' = \sqrt[3]{-\frac{B}{2} \pm \sqrt{\frac{B^2}{4} + \frac{A^3}{27}}} + \sqrt[3]{-\frac{B}{2} \mp \sqrt{\frac{B^2}{4} + \frac{A^3}{27}}}$$

$$B' = a \sqrt[3]{-\frac{B}{2} \pm \sqrt{\frac{B^2}{4} + \frac{A^3}{27}}} + a^2 \sqrt[3]{-\frac{B}{2} \mp \sqrt{\frac{B^2}{4} + \frac{A^3}{27}}}$$

$$C' = a^3 \sqrt[3]{-\frac{B}{2} \pm \sqrt{\frac{B^2}{4} + \frac{A^3}{27}}} + a \sqrt[3]{-\frac{B}{2} \mp \sqrt{\frac{B^2}{4} + \frac{A^3}{27}}}$$

quae radices sunt ea ipsa forma, qua obtinentur quacumque alia methodo hucusque excogitata.

Sit etiam aequatio quarti gradus

$$x^4 + A x^3 + B x^2 + C = 0$$

ideoque

$$A' = r + s + t$$

$$B' = ar + a^2 s + a^3 t$$

$$C' = br + b^2 s + b^3 t$$

$$D' = cr + c^2 s + c^3 t$$

sed  $a = -1, b = \sqrt{-1}, c = -\sqrt{-1}$  ergo

$$A' = r + s + t$$

$$B' = -r + s - t$$

$$C' = r\sqrt{-1} - s - t\sqrt{-1}$$

$$D' = -r\sqrt{-1} - s + t\sqrt{-1}$$

Hinc

$$P_1 = 8rt + 4s^2$$

$$P_2 = 12r^2s + 12t^2s$$

$$P_3 = 4r^3 + 4s^3 + 4t^3 + 48rst + 24r^2t^2$$

Sed

$$P_1 = -2A$$

$$P_2 = -3B$$

$$P_3 = 2A^2 - 4C$$

ergo

$$8rt + 4s^2 = -2A$$

$$12r^2s + 12t^2s = -3B$$

$$4r^3 + 4s^3 + 4t^3 + 48rst + 24r^2t^2 = 2A^2 - 4C$$

Ex duabus prioribus aequationibus habemus

$$rt = -\frac{2A + 4s^2}{8}$$

$$r^2 + t^2 = -\frac{3B}{12s}$$

ideoque

$$r^3 + 2rs + t^3 = -\frac{3B}{12s} - \frac{2A + 4s^2}{4}$$

$$r^3 - 2rs + t^3 = -\frac{3B}{12s} + \frac{2A + 4s^2}{4}.$$

¶

Hinc

$$r+t = \sqrt{-\frac{3B}{12s} - \frac{2A+4s^2}{4}}$$

$$r-t = \sqrt{-\frac{3B}{12s} + \frac{2A+4s^2}{4}}$$

ex quibus

$$r = \frac{1}{2} \sqrt{-\frac{3B}{12s} - \frac{2A+4s^2}{4}} + \frac{1}{2} \sqrt{-\frac{3B}{12s} + \frac{2A+4s^2}{4}}$$

$$t = \frac{1}{2} \sqrt{-\frac{3B}{12s} - \frac{2A+4s^2}{4}} - \frac{1}{2} \sqrt{-\frac{3B}{12s} + \frac{2A+4s^2}{4}}$$

Manet nunc ut quantitas  $s$  determinetur, et ad id obtinendum in aequatione.

$$4r^2 + 4s^2 + 4t^2 + 48rst + 24r^2t^2 = 2A^2 - 4C$$

substituantur loco  $rt$ ,  $-\frac{2A+4s^2}{8}$  atque aggregato  $r^2 + t^2$ ,

$-\frac{3B}{12s}$ ; reductione peracta habebimus

$$s^6 + \frac{A}{2}s^4 + \frac{A^2 + 4C}{16} - \frac{B^2}{64} = 0$$

Ex hac aequatione quae est et ipsa quae quavis alia methodo obtinetur in aequationibus quarti gradus, quaeque reductae nomine designatur, habebimus valorem quantitatis  $s$ , hincque valores quantitatum  $r, t$ , hincque radicum aequationes propositae.

Eodem fere modo calculo subjicere possumus aequationem quinti gradus

$$x^5 + Ax^3 + Bx^2 + Cx + D = 0$$

et habebimus

$$10rn + 10st = P_1$$

$$15rs^2 + 15r^2t + 15su^2 + 15tu^2 = P_2$$

$$20r^3s + 30s^2t^2 + 120rstu = P_3$$

$$+ 20rt^3 + 30r^2u^2$$

$$+ 20s^3u$$

$$+ 20tu^3$$

$$\begin{aligned}
 & 5r^5 + 100rs^3t + 150r^2s^2t^2 \\
 & + 5s^5 + 100r^3tu + 150r^2s^2u = P_5 \\
 & + 5s^5 + 100rsu^3 + 150s^2tu^2 \\
 & + 5u^5 + 100st^3u + 150rt^2u^2
 \end{aligned}$$

Ita radices  $A'$ ,  $B'$ ,  $C'$ ,  $D'$ ,  $E'$  eliminatae sunt, atque in hisce aequationibus incognitae sunt tantum  $r, s, t, u$ , etenim  $P_1, P_2, P_3, P_4, P_5$  sunt functiones notae coefficientium  $A, B, C, D$ . Sed quantitates  $r, s, t, u$  primum gradum superant, neque oportet ullum calculum instituere ad dignoscendum aequationem finalem seu reductam quintum gradum superare, ideoque difficultioris resolutionis esse aequatione ipsa proposita.

Sed quamvis et exposita methodo aequationes ultra quartum gradum resolvi nequeant, possumus tamen aequationes inumeros ejuscumque gradus resolvere, miliisque videtur aequationes omnes resolvibiles in classes determinatas reduci posse, atque criteria seu conditiones generales definire ad dignoscendum an aequatio data resolvi possit, aut non. Ad hunc scopum vertunt disquisitiones quas hic expositurus sum.

Primum igitur resolvi possunt aequationes omnes cuius radices sunt forma  $ar + a^2s$ . Incipiamus ab aequationibus gradus imparis radices habentibus formae  $ar + a^2s$ .

Sit igitura aequatio quinti gradus

$$x^5 + Ax^3 + Bx^2 + Cx + D = 0.$$

Erit

$$A' = r + s$$

$$B' = ar + a^2s$$

$$C' = br + b^2s$$

$$D' = cr + c^2s$$

$$E' = dr + d^2s$$

atque

$$A'^2 = r^2 + 2rs + s^2$$

$$B'^2 = a^2r^2 + 2a^3rs + 2a^4s^2$$

$$C'^2 = b^2r^2 + 2b^3rs + 2b^4s^2$$

$$D'^2 = c^2r^2 + 2c^3rs + 2c^4s^2$$

$$E'^2 = d^2r^2 + 2d^3rs + 2d^4s^2$$

Est vero

$$1 + a^2 + b^2 + c^2 + d^2 = 0$$

$$1 + a^3 + b^3 + c^3 + d^3 = 0$$

$$1 + a^4 + b^4 + c^4 + d^4 = 0$$

$$1 + a^5 + b^5 + c^5 + d^5 = 5$$

etc. etc. etc.

et generatim  $1 + a^k + b^k + c^k + d^k = 0$  si  $k$  non est divisibile per 5, atque  $1 + a^k + b^k + c^k + d^k = 5$  si  $k$  est 5 vel multiplo numeri 5, atque  $A'^2 + B'^2 + C'^2 + D'^2 + E'^2 = P_2$ , ergo

$$P_2 = 0.$$

Erit quoque

$$A'^3 = r^3 + 3r^2s + 3rs^2 + s^3$$

$$B'^3 = a^3r^3 + 3a^2r^2s + 3a^2rs^2 + a^6s^3$$

$$C'^3 = b^3r^3 + 3b^2r^2s + 3b^2rs^2 + b^6s^3$$

$$D'^3 = c^3r^3 + 3c^2r^2s + 3c^2rs^2 + c^6s^3$$

$$E'^3 = d^3r^3 + 3d^2r^2s + 3d^2rs^2 + d^6s^3$$

Sed

$$A'^3 + B'^3 + C'^3 + D'^3 + E'^3 = P_3$$

ergo

$$P_3 = (1 + a^3 + b^3 + c^3 + d^3)r^3 = 15rs^2$$

$$+ 3(1 + a^4 + b^4 + c^4 + d^4)r^2s$$

$$+ 3(1 + a^5 + b^5 + c^5 + d^5)rs^2$$

$$+ (1 + a^6 + b^6 + c^6 + d^6)s^5$$

Item

$$A'^4 = r^4 + 4r^3s + br^2s^2 + 4rs^3 + s^4$$

$$B'^4 = a^4r^4 + 4a^3r^3s + ba^6r^2s^3 + 4a^7rs^3 + a^8s^4$$

$$C'^4 = b^4r^4 + 4b^3r^3s + bb^6r^2s^3 + 4b^7rs^3 + b^8s^4$$

$$D'^4 = c^4r^4 + 4c^3r^3s + bc^6r^2s^3 + 4c^7rs^3 + c^8s^4$$

$$E'^4 = d^4r^4 + 4d^3r^3s + bd^6r^2s^3 + 4d^7rs^3 + d^8s^4$$

ergo

$$P_4 = (1 + a^4 + b^4 + c^4 + d^4)r^4 = 20r^3s$$

$$+ 4(1 + a^5 + b^5 + c^5 + d^5)r^3s$$

$$+ 6(1 + a^6 + b^6 + c^6 + d^6)r^2s^2$$

$$+ 4(1 + a^7 + b^7 + c^7 + d^7)rs^3$$

$$+ (1 + a^8 + b^8 + c^8 + d^8)s^4$$

Tandem inveniemus

$$\begin{aligned} A'^5 &= r^5 + 5r^4s + 10r^3s^2 + 10r^2s^3 + 5rs^4 + s^5 \\ B'^5 &= a^5r^5 + 5a^6r^4s + 10a^7r^3s^2 + 10a^8r^2s^3 + 5a^9rs^4 + a^{10}s^5 \\ C'^5 &= b^5r^5 + 5b^6r^4s + 10b^7r^3s^2 + 10b^8r^2s^3 + 5b^9rs^4 + b^{10}s^5 \\ D'^5 &= c^5r^5 + 5c^6r^4s + 10c^7r^3s^2 + 10c^8r^2s^3 + 5c^9rs^4 + c^{10}s^5 \\ E'^5 &= d^5r^5 + 5d^6r^4s + 10d^7r^3s^2 + 10d^8r^2s^3 + 5d^9rs^4 + d^{10}s^5; \end{aligned}$$

ergo

$$\begin{aligned} P_5 &= (1 + a^5 + b^5 + c^5 + d^5)r^5 = 5r^5 + 5s^5 \\ &+ 5(1 + a^6 + b^6 + c^6 + d^6)r^4s \\ &+ 10(1 + a^7 + b^7 + c^7 + d^7)r^3s^2 \\ &+ 10(1 + a^8 + b^8 + c^8 + d^8)r^2s^3 \\ &+ 5(1 + a^9 + b^9 + c^9 + d^9)rs^4 \\ &+ (1 + a^{10} + b^{10} + c^{10} + d^{10})s^5 \end{aligned}$$

Sed ut notum est  $P_5 = -2A = 0$ ,  $P_4 = -3B$ ,  $P_3 = -4C$ ,

$P_2 = -5D$  ergo

$$-2A = 0, -3B = 15rs^2, -4C = 20r^3s, -5D = 5r^5 + 5s^5,$$

atque si loco  $B$  ponatur  $5B'$ , et loco  $C$ ,  $5C$ ,  $B = -rs^2$ ,  
 $C = -r^3s$ ,  $D = -r^5 - s^5$ .

Ex duabus prioribus deducemus

$$r = \sqrt[5]{\frac{C^2}{B}}, s = \sqrt[5]{\frac{B^3}{C}}.$$

ideoque

$$-D = r^5 + s^5 = \frac{C^2}{B} + \frac{B^3}{C}.$$

Aequationes igitur quinti gradus ejus radices sunt formae  
 $ar + a^5s$  resolvibiles sunt. Earum forma generalis est

$$x^5 - 5Bx^4 - 5Cx^3 - \frac{C^2}{B}x^2 - \frac{B^3}{C}x = 0$$

eiusque radices

$$A' = \sqrt[5]{\frac{C^2}{B}} + \sqrt[5]{\frac{B^5}{C}}$$

$$B' = a \sqrt[5]{\frac{C^2}{B}} + a^2 \sqrt[5]{\frac{B^5}{C}}$$

$$C' = b \sqrt[5]{\frac{C^2}{B}} + b^2 \sqrt[5]{\frac{B^5}{C}}$$

$$D' = c \sqrt[5]{\frac{C^2}{B}} + c^2 \sqrt[5]{\frac{B^5}{C}}$$

$$E' = d \sqrt[5]{\frac{C^2}{B}} + d^2 \sqrt[5]{\frac{B^5}{C}}$$

Eodem calculo subjiciendo aequationem septimi gradus

$$x^7 + A x^5 + B x^4 + C x^3 + D x^2 + E x + F = 0$$

habebimus

$$A' = r + s$$

$$B' = a r + a^2 s$$

$$C' = b r + b^2 s$$

$$D' = c r + c^2 s$$

$$E' = d r + d^2 s$$

$$F' = e r + e^2 s$$

$$G' = f r + f^2 s$$

Ex hisce aequationibus methodo superiori adhibita deducenmus

$$P_1 = 0$$

$$P_3 = 0$$

$$P_4 = 28 r s^3$$

$$P_5 = 70 r^3 s^2$$

$$P_6 = 42 r^5 s$$

$$P_7 = 7 r^7 + 7 s^7$$

Sed  $P_1 = -2A = 0$ ,  $P_3 = -3B = 0$ ,  $P_4 = -4C = 0$ ,  $P_5 = -5D = 0$ ,  
 $P_6 = -6E = 0$ ,  $P_7 = -7F = 0$ ; ergo

$$\begin{aligned} -2A &= 0 \\ -3B &= 0 \\ -4C &= 28rs^3 \\ -5D &= 70r^3s^2 \\ -6E &= 42r^5s \\ -7F &= 7r^7 + 7s^2 \end{aligned}$$

Ponatur  $-7C$  loco  $C$ , atque  $-14D$  loco  $D$ , et erit  $C = rs^3$ ,  $D = r^3s^4$ .

Hinc

$$r = \sqrt[7]{\frac{D^3}{C^2}}, s = \sqrt[7]{\frac{C^3}{D}}$$

Unde  $A = 0$ ,  $B = 0$ ,  $C = -7C$ ,  $D = -14D$ ,  $E =$

$$-7r^2s = -\frac{D^2}{C}, F = -r^7 - s^7 = -\frac{D^3}{C^2} - \frac{C^3}{D}.$$

Aequationes igitur septimi gradus hujus generalis formae

$$x^7 - 7Cx^5 - 14Dx^3 - \frac{D^2}{C}x - \frac{D^3}{C^2} - \frac{C^3}{D} = 0$$

resolvibiles sunt, earumque radices erunt

$$A' = \sqrt[7]{\frac{D^3}{C^2}} + \sqrt[7]{\frac{C^3}{D}}$$

$$B' = a\sqrt[7]{\frac{D^3}{C^2}} + a^2\sqrt[7]{\frac{C^3}{D}}$$

$$C' = b\sqrt[7]{\frac{D^3}{C^2}} + b^2\sqrt[7]{\frac{C^3}{D}}$$

$$D' = c\sqrt[7]{\frac{D^3}{C^2}} + c^2\sqrt[7]{\frac{C^3}{D}}$$

$$E' = d\sqrt[7]{\frac{D^3}{C^2}} + d^2\sqrt[7]{\frac{C^3}{D}}$$

$$F' = e\sqrt[7]{\frac{D^3}{C^2}} + e^2\sqrt[7]{\frac{C^3}{D}}$$

$$G' = f\sqrt[7]{\frac{D^3}{C^2}} + f^2\sqrt[7]{\frac{C^3}{D}}$$

Eumdem calculum instituendo pro aequationibus noni gradus, pro aequationibus scilicet

$$x^9 + A x^7 - B x^6 + C x^5 - D x^4 + E x^3 - F x^2 + G x - H = 0$$

inveniemus

$$\begin{aligned} P_1 &= 0, P_2 = 0, P_3 = 0, P_4 = 45 r s^4, P_5 = -180 r^5 s^5, P_6 = 189 r^5 s^4, \\ P_7 &= -72 r^7 s, P_8 = 9 r^9 + 9 s^9 \end{aligned}$$

Sed uti notum est,

$$\begin{aligned} P_1 &= -2 A, P_2 = 3 B, P_3 = -4 C, P_4 = 5 D, P_5 = -6 E, P_6 = 7 F, \\ P_7 &= -8 G, P_8 = 9 H. \end{aligned}$$

ergo, posito  $9D$  loco  $D$ , atque  $-30E$  loco  $E$ ;

$$\begin{aligned} A &= 0, B = 0, C = 0; D = 9D = 9r s^4, E = -30E = -30r^5 s^5, \\ F &= 27r^5 s^4, G = -9r^7 s, H = r^9 + s^9; \end{aligned}$$

ex aequationibus  $9D = 9rs^4$ ,  $30E = 30r^5s^5$  habemus

$$r = \sqrt[9]{\frac{E^4}{D^5}}, s = \sqrt[9]{\frac{D^5}{E}}.$$

Hinc.

$$F = 27r^5s^4 = 27 \frac{E^5}{D}$$

$$G = -9r^7s = -9 \frac{E^5}{D^2}$$

$$H = r^9 + s^9 = \frac{E^4}{D^5} + \frac{D^5}{E}.$$

Sunt igitur resolvibiles aequationes noni gradus generalis formae

$$x^9 - 9Dx^4 - 30Ex^5 - 27 \frac{E^5}{D}x^2 - 9 \frac{E^5}{D^2}x - \frac{E^4}{D^5} - \frac{D^5}{E} = 0$$

earumque radices erunt

$$A' = \sqrt[9]{\frac{E^4}{D^5}} + \sqrt[9]{\frac{D^5}{E}}$$

$$B' = a\sqrt[9]{\frac{E^4}{D^5}} + a^2\sqrt[9]{\frac{D^5}{E}}$$

$$C = b \sqrt[9]{\frac{E^4}{D^3}} + b^2 \sqrt[9]{\frac{D^5}{E}}$$

$$D' = c \sqrt[9]{\frac{E^4}{D^3}} + c^2 \sqrt[9]{\frac{D^3}{E}}$$

$$E' = d \sqrt[9]{\frac{E^4}{D^3}} + d^2 \sqrt[9]{\frac{D^3}{E}}$$

$$F' = e \sqrt[9]{\frac{E^4}{D^3}} + e^2 \sqrt[9]{\frac{D^5}{E}}$$

$$G = f \sqrt[9]{\frac{E^4}{D^5}} + f^2 \sqrt[9]{\frac{D^5}{E}}$$

$$H = g \sqrt[9]{\frac{E^4}{D^5}} + g^2 \sqrt[9]{\frac{D^3}{E}}$$

$$K' = h \sqrt[9]{\frac{E^4}{D^5}} + h^2 \sqrt[9]{\frac{D^5}{E}}$$

Eadem methodo calculo subjectis aequationibus undecimi gradus inveniemus resolvibiles esse aequationes

$$x^{11} - 11Ex^5 - 55Fx^4 - 77\frac{F^2}{E}x^3 - 44\frac{F^3}{E^2}x^2 - 11\frac{F^4}{E^3}x - \frac{F^5}{E^4} - \frac{E^5}{F} = 0$$

earumque radices formam habere  $ar + a^2s$ , exprimere a  
quamcunque radieem undecimam unitatis, et esse

$$r = \sqrt[9]{\frac{F^5}{E^4}}, s = \sqrt[9]{\frac{E^3}{F}}.$$

Aequationes hucusque deductae ad sequentes facile reduci possunt.

$$x^5 - 5Bx^2 - 5 \frac{2.3}{2.3} C x - \frac{C^2}{B} - \frac{B^3}{C} = 0$$

$$x^7 - 7Cx^5 - 7 \cdot \frac{3.4}{2.3} Dx^3 - 7 \cdot \frac{2.5}{2.5} \frac{D}{C} x = -\frac{D^3}{C^2} - \frac{C^3}{D} = 0$$

$$x^9 - 9Dx^4 - 9\frac{4.5}{2.3}Ex^3 - 9\frac{3.6E^2}{2.5F}x^2 - 9\frac{2.7E^3}{2.7D}x - \frac{E^4}{D^3} - \frac{D^5}{E} = 0$$

Ex quibus inductione deducitur aequationes omnes disparis gradus  $2n+1$ , formam habentes sequentem

$$\begin{aligned}
 x^{2n+1} - (2n+1)Mx^n - (2n+1)\frac{n(n+1)}{2\cdot 3}Nx^{n-1} \\
 - (2n+1)\frac{(n-1)...(n+2)}{2\cdot 5}\frac{N^2}{M}x^{n-2} \\
 - (2n+1)\frac{(n-2)...(n+3)}{2\cdot 7}\frac{N^3}{M^2}x^{n-3} \\
 - (2n+1)\frac{(n-3)...(n+4)}{2\cdot 9}\frac{N^4}{M^3}x^{n-4} \\
 \quad \text{etc.} \\
 - \frac{N^n}{M^{n-1}} - \frac{M^5}{N} = 0
 \end{aligned}$$

resolvibiles esse, atque earum radices habere formam  $a r + a^2 s$ , experimente  $a$  radicem quamcumque  $(2n+1)$  esimam unitatis, et esse

$$r = \sqrt[2n+1]{\frac{N^n}{M^{n-1}}}, \quad s = \sqrt[2n+1]{\frac{M^5}{N}}.$$

Si  $n=1$  habebimus aequationes tertii gradus

$$x^3 - 3Mx - N - \frac{M^3}{N} = 0$$

enjus radices erunt

$$A' := \sqrt[3]{N} + \sqrt[3]{\frac{M^3}{N}}$$

$$B' = a\sqrt[3]{N} + a^2\sqrt[3]{\frac{M^3}{N}}$$

$$C' = b\sqrt[3]{N} + b^2\sqrt[3]{\frac{M^3}{N}}$$

Haec autem aequatio quamcumque aequationem tertii gradus complectitur.

$$x^3 + Ax + B = 0,$$

posito enim

$$M = -\frac{A^3}{3}, N = -\frac{B}{2} \pm \sqrt{\frac{B^2}{4} + \frac{A^3}{27}},$$

erunt radices formae notissimae

$$\begin{aligned} A' &= \sqrt[3]{-\frac{B}{2} \pm \sqrt{\frac{B^2}{4} + \frac{A^3}{27}}} + \sqrt[3]{-\frac{B}{2} \mp \sqrt{\frac{B^2}{4} + \frac{A^3}{27}}} \\ B' &= a \sqrt[3]{-\frac{B}{2} \pm \sqrt{\frac{B^2}{4} + \frac{A^3}{27}}} + a^2 \sqrt[3]{-\frac{B}{2} \mp \sqrt{\frac{B^2}{4} + \frac{A^3}{27}}} \\ C' &= b \sqrt[3]{-\frac{B}{2} \pm \sqrt{\frac{B^2}{4} + \frac{A^3}{27}}} + b^2 \sqrt[3]{-\frac{B}{2} \mp \sqrt{\frac{B^2}{4} + \frac{A^3}{27}}} \end{aligned}$$

Aequationes igitur tertii gradus omnes sunt resolvibiles non peculiari earum proprietate, sed quia comprehenduntur omnes in forma generali aequationum disparis gradus, quae resolutionem admittunt, et quarum radices formam habent  $ar + a^3s$ .

Consideramus nunc aequationes item disparis gradus quarum radices sint forme  $ar + a^3s$ , quae omnes item resolvibiles sunt; eae autem formas diversas habent prout gradus aequationis vel est  $6n+1$ , vel  $6n+3$ , vel  $6n+5$  ut infra videbimus, Sit igitur primum aequatio.

$$x^7 + Ax^5 - Bx^4 + Cx^3 - Dx^2 + Ex - F = 0$$

Quapropter

$$\begin{aligned} A' &= r + s \\ B' &= ar + a^3s \\ C' &= br + b^3s \\ D' &= cr + c^3s \\ E' &= dr + d^3s \\ F' &= er + e^3s \\ G' &= fr + f^3s \end{aligned}$$

Atque

$$P_1 = 0, P_3 = 21rs^2, P_4 = 0, P_5 = 35r^4s, P_6 = 105r^8s^4, P_7 = 7r^7 + 7s^7$$

Est autem

$P_1 = -2A$ ,  $P_3 = 3D$ ,  $P_4 = -4C$ ,  $P_5 = 5D$ ,  $P_6 = 147B^2 - 6E$ ,  
 $P_7 = 7F$ , ergo posito  $7B$  loco  $B$ ,  $7D$  loco  $D$ ,

$$21B = 21rs^2$$

$$35D = 35r^4s$$

$$147B^2 - 6E = 105r^2s^4$$

$$7F = 7r^7 + 7s^7$$

Ex duabus prioribus habemus  $r = \sqrt[7]{\frac{D^2}{B}}$ ,  $s = \sqrt[7]{\frac{B^4}{D}}$ ,  
et ideo

$$E = 7B^2, F = \frac{D^2}{B} + \frac{B^4}{D}$$

Aequationes igitur septimi gradus radices habentes formae  
 $ar + a^3s$  sunt resolvibiles, sumtque formae

$$x^7 - 7Bx^4 - 7Dx^2 + 7B^2x - \frac{D^2}{B} - \frac{B^4}{D} = 0.$$

Hujus radices sunt autem

$$a\sqrt[7]{\frac{D^2}{B}} + a^3\sqrt[7]{\frac{B^4}{D}}$$

exprimente  $a$  quancumque radicem septimam unitatis

Eodem modo calculo subjiciendo aequationes decimi tertii gradus quarum radices sint formae  $ar + a^3r$ , inveniemus eas omnes resolvibiles esse, atque earum formam generalem

$$\begin{aligned} x^{15} - 13Dx^8 - 65Fx^6 - 52\frac{F^2}{D}x^4 + 26D^5x^3 - 13\frac{F^5}{D^2}x^2 \\ - 13DFx - \frac{F^4}{D^3} - \frac{D^4}{F} = 0 \end{aligned}$$

earumque radices esse  $a\sqrt[15]{\frac{F^4}{D^3}} + a^3\sqrt[15]{\frac{D^4}{F}}$  exprimente  $a$  quancumque radicem decimali tertiam unitatis.

Inveniemus quoque resolvibiles esse aequationes omnes decimi noni gradus radices habentes ejusdem formae  $ar + a^3s$ , omnesque contineri in hac forma generali

$$\begin{aligned}
 & x^{19} - 19 F x^{18} - 266 H x^{16} - 570 \frac{H^2}{F^1} x^8 - 418 \frac{H^3}{F^2} x^6 \\
 & + 57 F^2 x^5 - 133 \frac{H^4}{F^3} x^4 - 133 F H x^3 - 19 \frac{H^2}{F^4} x^2 \\
 & + 19 H^2 x - \frac{H^6}{F^4} - \frac{F^4}{H} = 0.
 \end{aligned}$$

Aequationes deductas attente considerando videbimus eas in sequentes conutari posse; distincti vero sunt termini continentes potentias impares  $x$ , a terminis continentibus potentias pares ejusdem incognitae, diversa enim est lex qua procedunt eorum coefficientes.

$$\begin{array}{lll}
 x^7 + 7 \frac{2}{2} B^2 x = 0 & x^{15} + 13 \frac{4}{2} D^2 x^3 = 0 & x^{19} + 19 \frac{6}{2} F^2 x^5 = 0 \\
 & - 13 \frac{2..5}{2..5} D F x & - 19 \frac{4..7}{2..5} F H x^3 \\
 & & + 19 \frac{2..8}{2..8} H^2 x \\
 - 7 B x^4 & - 13 D x^8 & - 19 F x^{12} \\
 - 7 \frac{2..4}{2..4} D x^2 & - 13 \frac{4..6}{2..4} F x^6 & - 19 \frac{6..8}{2..4} H x^{10} \\
 - \frac{D^2}{B} - \frac{B^4}{D} & - 13 \frac{3..8}{2..7} \frac{F^2}{D} x^4 & - 19 \frac{5..10}{2..7} \frac{H^2}{F} x^6 \\
 & - 13 \frac{2..10}{2..10} \frac{F^3}{D^2} x^2 & - 19 \frac{4..12}{2..10} \frac{H^5}{F^2} x^6 \\
 - \frac{F^4}{D^3} - \frac{D^4}{F} & & - 19 \frac{3..14}{2..13} \frac{H^4}{F^5} x^4 \\
 & & - 19 \frac{2..16}{2..16} \frac{H^5}{F^4} x^3 \\
 & & - \frac{H^6}{F^5} - \frac{F^4}{H}
 \end{array}$$

Atque ex his aequationibus deducemus formam generalem aequationum gradus  $6n+1$  radices habentium formae  $ar+a^3s$ , esse

$$\begin{aligned}
& x^{6n+1} + (6n+1) \frac{2^n}{2} M^2 x^{2n-1} \\
& - (6n+1) \frac{(2n-2)(2n+1)}{2 \cdot 5} MN x^{2n-3} \\
& + (6n+1) \frac{(2n-4)(2n+2)}{2 \cdot 8} N^2 x^{2n-5} \\
& - (6n+1) \frac{(2n-6)(2n+3)}{2 \cdot 11} \frac{N^3}{M} x^{2n-7} \\
& \quad \text{etc.} \qquad \qquad \qquad \text{etc.} \\
& - (6n+1) M x^{4n} \\
& - (6n+1) \frac{2n \cdot (2n+2)}{2 \cdot 4} N x^{4n-2} \\
& - (6n+1) \frac{(2n-1) \cdot (2n+4)}{2 \cdot 7} \frac{N^2}{M} x^{4n-4} \\
& - (6n+1) \frac{(2n-2) \cdot (2n+6)}{2 \cdot 10} \frac{N^3}{M} x^{4n-6} \\
& \quad \text{etc.} \qquad \qquad \qquad \text{etc.} \\
& - \frac{N^{2n}}{M^{2n-1}} - \frac{M^4}{N} = 0.
\end{aligned}$$

Erunt autem

$$a \sqrt[6n+1]{\frac{N^{2n}}{M^{2n-1}}} + a^3 \sqrt[6n+1]{\frac{M^4}{N}}$$

radices ejus, exprimente  $a$  quamecumque radicem  $(6n+1)$  esimam unitatis.

Eodem modo inveniemus formam generalem aequationum gradus  $6n+3$ , habentium radiees formae  $ar+a^3s$ ; inveniemus scilicet aequationes.

$$\begin{aligned}
& x^9 - 3Bx^6 - 18Dx^4 + 3B^2x^5 - 9\frac{D^2}{B}x^2 - 9BDx - \frac{D^3}{B^2} - B^3 = 0 \\
& x^{15} - 3Dx^{10} - 75Fx^8 - 140\frac{F^2}{D}x^6 + 3D^2x^5 - 75\frac{F^3}{D^2}x^4 \\
& - 50DFx^3 - 45\frac{F^4}{D^3}x^2 + 45F^2x - \frac{F^5}{D^4} - D^3 = 0
\end{aligned}$$

$$\begin{aligned}
 & x^{14} - 3Fx^{14} - 196Hx^{10} - 882\frac{H^3}{F}x^{10} - 1155\frac{H^3}{F^3}x^8 + 3F^2x^7 \\
 & - 63\frac{H^4}{F^5}x^6 - 147FHx^5 - 168\frac{H^5}{F^4}x^4 + 196H^2x^3 \\
 & - 21\frac{H^6}{F^4}x^2 - 21\frac{H^5}{F}x - \frac{H^7}{F^6} - F^5 = 0
 \end{aligned}$$

Quae aequationes reduci possunt ad sequentes.

$$\begin{array}{lll}
 x^9 + 3B^3x^3 = 0 & x^{15} + 3D^2x^5 = 0 & + x^{11} + 3F^2x^7 = 0 \\
 - 9\frac{2.3}{2.3}BDx & - 15\frac{4.5}{2.3}DFx^3 & - 21\frac{6.7}{2.3}F^2Hx^5 \\
 & + 15\frac{2.6}{2.6}F^2x & + 21\frac{4.8}{2.6}H^2x^3 \\
 & & - 21\frac{2.9}{2.9}H^3x \\
 - 3Bx^6 & - 3Dx^{10} & - 3Fx^{14} \\
 - 9\frac{3.4}{2.3}Dx^4 & - 15\frac{5.6}{2.3}Fx^8 & - 21\frac{7.8}{2.3}Hx^{12} \\
 - 9\frac{2.6}{2.6}\overline{B}^2x^8 & - 15\frac{4.8}{2.6}\overline{D}^2x^6 & - 21\frac{6.10}{2.6}\overline{H}^2x^{10} \\
 - \frac{D^5}{B^3} - B^3 & - 15\frac{3.10}{2.9}\overline{F}^5x^4 & - 21\frac{5.12}{2.9}\overline{F}^2x^6 \\
 & - 15\frac{2.12}{2.12}\overline{D}^3x^2 & - 21\frac{4.14}{2.12}\overline{H}^4x^6 \\
 & - \frac{F^5}{D^3} - D^3 & - 21\frac{3.16}{2.15}\overline{F}^4x^2 \\
 & & - 21\frac{2.18}{2.18}\overline{H}^6x^2 \\
 & - \frac{H^7}{F^6} - F^5 = - &
 \end{array}$$

Ex quibus inductione habemus sequentem formam generalem  
aequationum gradus  $6n+3$ , quarum radices sunt formae  
 $ar + a^5s$ .

$$\begin{aligned}
 & x^{6n+3} + 3M^2x^{2n+1} \\
 & - (6n+3) \frac{2n(2n+1)}{2\cdot 3} MNx^{2n-1} \\
 & + (6n+3) \frac{(2n-2)\dots(2n+2)}{2\cdot 6} N^2x^{2n-3} \\
 & - (6n+3) \frac{(2n-4)\dots(2n+3)}{2\cdot 6\cdot 9} \frac{N^3}{M} x^{2n-5} \\
 & + \text{etc.} \\
 & - 3Mx^{4n+2} \\
 & - (6n+3) \frac{(2n+1)(2n+2)}{2\cdot 3} Nx^{4n} \\
 & - (6n+3) \frac{2n\dots(2n+4)}{2\cdot 6} \frac{N^2}{M} x^{4n-2} \\
 & - (6n+3) \frac{(2n-1)\dots(2n+6)}{2\cdot 6\cdot 9} \frac{N^3}{M^2} x^{4n-4} \\
 & - \text{etc.} \\
 & - \frac{N^{2n+1}}{M^{2n}} - M^3 = 0
 \end{aligned}$$

Hae aequationes omnes resolvibiles sunt, eruntque radices

$$a \sqrt[6n+3]{\frac{N^{2n+1}}{M^{2n}}} + a^3 \sqrt[6n+3]{M^3},$$

exprimente  $a$  quamcumque radicem  $(6n+3)$  esimam unitatis.

Si  $n=0$  emergit aequatio tertii gradus

$$x^3 - 3Mx^2 + 3M^2x - M^3 - N = 0$$

seu

$$\begin{aligned}
 x^3 - 3Mx^2 + 3M^2x - M^3 &= N \\
 (x - M)^3 &= N
 \end{aligned}$$

$$x - M = \sqrt[3]{N}$$

$$x = M + \sqrt[3]{N}$$

Quae radix deducitur quoque ex expressione

$$a \sqrt[6n+3]{\frac{M^{2n+1}}{M^{2n}}} + a^3 \sqrt[6n+3]{M^3}$$

posito  $a = 1$  et  $n = 0$

Tandem examini subjiciemus aequationes gradus  $6n+5$  quarum radices sunt formae  $ar+a^3s$ . Inveniemus ita aequationes

$$\begin{array}{lll} x^{11} - 11 \frac{B^3}{D} x^5 = 0 & x^{17} - 17 \frac{D^3}{F} x^5 = 0 & x^{23} - 23 \frac{F^3}{H} x^5 \\ + 11 \frac{2..4}{2..4} B^2 x & + 17 \frac{4..6}{2..4} D^2 x^3 & + 23 \frac{6..8}{2..4} F^2 x^5 \\ - 17 \frac{2..7}{2..7} F D x & - 23 \frac{4..9}{2..7} H F x^3 & \\ - 23 \frac{2..10}{2..10} H^2 x & & \\ - 11 \frac{4}{2} B x^6 & - 17 \frac{6}{2} D x^{10} & - 23 \frac{8}{2} F x^{14} \\ - 11 \frac{3..6}{2..5} D x^4 & - 17 \frac{5..8}{2..5} F x^8 & - 23 \frac{7..10}{2..5} H x^{12} \\ - 11 \frac{2..8 D^2}{2..8 B} x^9 & - 17 \frac{4..10 F^2}{2..8 D} x^6 & - 23 \frac{6..12 H^2}{2..8 F} x^{10} \\ - \frac{D^3}{B^2} - \frac{B^5}{D^2} & - 17 \frac{3..12 F^3}{2..14 D^2} x^4 & - 23 \frac{5..14 H^3}{2..14 F^2} x^8 \\ - 17 \frac{2..14 F^4}{2..14 D^3} x^2 & - 23 \frac{4..16 H^4}{2..14 F^3} x^6 & \\ - \frac{F^5}{D^4} - \frac{D^5}{F^2} & - 23 \frac{3..18 H^5}{2..17 F^4} x^4 & \\ - 23 \frac{2..20 H^6}{2..20 F^5} x^2 & & \\ - \frac{H^7}{F^6} - \frac{F^5}{H^2} & & \end{array}$$

Ex quibus deducitur haec forma generalis

$$\begin{aligned}
 & x^{6n+5} - (6n+5) \frac{M^5}{N} x^{2n+1} \\
 & + (6n+5) \frac{(2n+2)(2n+4)}{2 \cdot 4} M^2 x^{2n-1} \\
 & - (6n+5) \frac{(2n-2)(2n+3)}{2 \cdot 7} MN x^{2n-3} \\
 & + (6n+5) \frac{(2n-4)(2n+4)}{2 \cdot 10} N^2 x^{2n-5} \\
 & - \text{etc.} \\
 & - (6n+5) \frac{2n+2}{2} M x^{4n+2} \\
 & - (6n+5) \frac{(2n+1)(2n+4)}{2 \cdot 5} N x^{4n} \\
 & - (6n+5) \frac{2n(2n+6)}{2 \cdot 8} \frac{N^2}{M} x^{4n-2} \\
 & - (6n+5) \frac{(2n-1)(2n+8)}{2 \cdot 11} \frac{N^5}{M^2} x^{4n-4} \\
 & \quad \text{etc.} \qquad \quad \text{etc.} \\
 & - \frac{N^{2n+1}}{M^{2n}} - \frac{M^5}{N^2} = 0
 \end{aligned}$$

Hae aequationes omnes resolvibiles sunt eruntque radices

$$a \sqrt[6n+5]{\frac{N^{2n+1}}{M^{2n}}} + a^3 \sqrt[6n+5]{\frac{M^5}{N^2}};$$

exprimente  $a$  quamcumque radicem  $(6n+5)$  esimam unitatis.  
Si  $n=0$  habemus aequationem quinti gradus

$$x^5 - 5Mx^2 - 5 \frac{M^5}{N} - N - \frac{M^5}{N^2} = 0$$

quae posito  $M=B$ ,  $\frac{M^3}{N}=C$ , reducitur ad

$$x^5 - 5Bx^2 - 5Cx - \frac{C^2}{B} - \frac{B^5}{C} = 0$$

superius inventam, et cujus radices sunt

$$A' = \sqrt[5]{\frac{C^2}{B}} + \sqrt[5]{\frac{B^5}{C}}$$

$$B' = a\sqrt[5]{\frac{C^2}{B}} + a^2\sqrt[5]{\frac{B^5}{C}}$$

$$C' = b\sqrt[5]{\frac{C^2}{B}} + b^2\sqrt[5]{\frac{B^5}{C}} \quad (a)$$

$$D' = c\sqrt[5]{\frac{C^2}{B}} + c^2\sqrt[5]{\frac{B^5}{C}}$$

$$E' = d\sqrt[5]{\frac{C^2}{B}} + d^2\sqrt[5]{\frac{B^5}{C}}$$

Verum ex expressione

$$a\sqrt[6n+5]{\frac{N^{2n+1}}{M^{2n}}} + a^2\sqrt[6n+5]{\frac{M^5}{N^5}}$$

posito

$$n=0, M=B, \frac{M^5}{N} = C,$$

deducimus radices ejusdem aequationis quinti gradus esse

$$A' = \sqrt[5]{\frac{B^5}{C}} + \sqrt[5]{\frac{C^2}{B}}$$

$$B' = a\sqrt[5]{\frac{B^5}{C}} + a^2\sqrt[5]{\frac{C^2}{B}}$$

$$C' = b\sqrt[5]{\frac{B^5}{C}} + b^2\sqrt[5]{\frac{C^2}{B}} \quad (b)$$

$$D' = c\sqrt[5]{\frac{B^5}{C}} + c^2\sqrt[5]{\frac{C^2}{B}}$$

$$E' = d\sqrt[5]{\frac{B^5}{C}} + d^2\sqrt[5]{\frac{C^2}{B}}$$

Opportet ergo ut hae expressiones convenienterum expressio-  
nibus radicum (*a*), equationes enim quinti gradus plusquam quin-  
que radices habere non possunt. Id facile comprobatur consideran-  
tibus radices quintas unitates esse

$$1 = 1$$

$$a = -\frac{1 + \sqrt{5} + \sqrt{-10 - 2\sqrt{5}}}{4}$$

$$b = -\frac{1 - \sqrt{5} + \sqrt{-10 - 2\sqrt{5}}}{4}$$

$$c = -\frac{1 - \sqrt{5} - \sqrt{-10 + 2\sqrt{5}}}{4}$$

$$d = -\frac{1 + \sqrt{5} - \sqrt{-10 + 2\sqrt{5}}}{4}$$

et eveliendo has expressiones ad secundam et tertiam potentiam inveniemus

$$a^2 = b, \quad b^2 = d, \quad c^2 = a, \quad d^2 = c$$

$$a^3 = c, \quad b^3 = a, \quad c^3 = d, \quad d^3 = b$$

Hinc si in expressionibus (a), (b) substituemus loco  $a^2, b^2, c^2, d^2, a^3, b^3, c^3, d^3$  valores aequivalentes, tam ex prioribus quam ex posterioribus deducemus radices aequationis quinti gradus de qua agitur esse

$$\sqrt[5]{\frac{C^2}{B}} + \sqrt[5]{\frac{B^3}{C}}$$

$$a \sqrt[5]{\frac{C^2}{B}} + b \sqrt[5]{\frac{B^3}{C}}$$

$$b \sqrt[5]{\frac{C^2}{B}} + d \sqrt[5]{\frac{B^3}{C}}$$

$$c \sqrt[5]{\frac{C^2}{B}} + a \sqrt[5]{\frac{B^3}{C}}$$

$$d \sqrt[5]{\frac{C^2}{B}} + c \sqrt[5]{\frac{B^3}{C}}$$

Simili methodo invenire poterimus aequationes disparis gradus raddices habentes formae  $ar + a^4s, ar + a^5s$ , etc., atque ex omnibus hisce deducere formas generales aequationem quarum radices sint formae  $ar + a^ks$ . Sed hoc generale problema calculo faciliori resolvi potest ex nonnullis considerationibus quae fieri possunt super aequationibus hucusque deductis. Sed resolutio generalis hujus problematis subjectum constituet alterius dissertationis.

# JOSEPHI BERTOLONII FIL. M. D.

*In Bononiensi Archigymnasio Botanices Professoris.  
Commentarius de BUPRESTE FABRICII, deque damnis  
ab eruca ejus illatis.*

**I**nter fructus, quibus delectamur in mensis, praestant pyra, quia grati saporis, et apta stomacho, praesertim vero quia quoquo tempore haberi possunt perfectae maturitatis. Hac de causa cultura arboris, quae pyra fert, antiquissima, et ex illa tot tantaeque varietates pyrorum dimanarunt, quae agricultorum sedulitatem summopere exercuerunt, et hactenus exercent.

Pyrus est arbor Italiae indigena; ipsemet sylvestrem inveni in montibus Bononiensibus. In hoc statu plerumque caespitosa est, aut formam induit arbusculae, quae altitudinem quatuor, vel sex pedum tantum attingit; sed ope culturae fit magna molis, et aevum plus quam seculare ducit. In hoc mitiori statu peculiaribus noxis in flore, et in fructu sive coeli intemperie, sive insectorum causa saepe afficitur; sed cum scriptores rei agrariae de hisce noxis satis superque pertractaverint, animadversiones meas ad graviorem pyrorum morbum antea non descriptum convertam, qui frequentissimus habetur in agro Bononiensi, et arborem hanc cito dicit ad interitum. Eruca cuiusdam insecti late corredit lignum ejus, et destruit, quod quidem nullus rei agrariae peritus hactenus cognovit; quare nullus hominum cogitavit de animali tam infenso ab arboribus pyri prohibendo. Praeterea nullus ex cultoribus naturalis historiae hactenus investigavit mores hujus insecti, quod *Buprestis Fabricii* appellatur a Rossio, et pertinet ad ordinem Coleopterorum, ad divisionem Pentamerum, et ad familiam Serricornum.

*DESCRIPTIO ERUCAE.*

*Eruca Buprestis Fabricii* in maxima evolutione sua habet longitudinem duorum pollicum cum dimidio (*Tab. VIII. fig. 2.*), latitudinem quatuor linearum; apoda est, et conflatur annulis duodecim, quorum, qui pertinet ad caput, caeteris multo crassior, coriaceus, luteus, transverse parallelogrammus, superficie superiore, et inferiore plana, limae instar, qua lignum abraditur, seaber (*Tab. VIII. fig. 1.a. facies superior; fig. 2.a. facies inferior*). Os hiat in parte media anteriore, et prominente hujus annuli (*Tab. VIII. fig. 1.b. fig. 2.b.*). Circumlitio oris ferrugineo-fusca, nitens; utrinque in latere exterius, et quidquam superius antenna brevis (*Tab. VIII. fig. 3.c.c.*), constans articulis tribus, quorum, qui basilaris, crassior, tuberculiformis, albo-diaphanus, reliqui minores, obtusi, sere translucentes, ferruginei. Mandibula utrinque una, articulata intra cavum oris (*Tab. VIII. fig. 3.d.d.*), cornea, brevis, firma, nigra, nitida, apice obtuse bidentata, dente inferiore longiore. Cavum oris superius inter mandibulas fert appendicem oblongam, lingulatam, sitam contra linguam veram, quae appendix fit articulis duobus, latis, pellucidis (*Tab. VIII. fig. 3.e*), et ad natum animalculi protruditur extra os, vel intra os retrahitur, cum animal extrudit, vel retrahit mandibulas, et linguam. Adeo vero translueet, ut, cum eruca hiat mandibulis, detegatur per illam basis mandibularum subpositarum se moventium. Articulus exterior hujus appendicis fert margine suo anteriore villos brevissimos, fulvos, juxta quos notatur lineola transversa fulvo-fusca, et maculis duabus minus fuscis pone lineolam. Maxillae subjiciuntur mandibulis (*Tab. VIII. fig. 4.f.f. quae figura exhibet os ab inferiore parte*). Animalculum eas sponte protrudit, et tunc magis prominent, quam mandibulae. Unaquaque earum desinit in protuberantias duas brevissimas, sive articulos, qui sistunt palpos duos maxillares, validos, cavum oris versus incurvos; horum interior brevior, scatens pilis fulvis, exterior longior. Maxillae, de quibus sermo est, totae nitent, et sere totae translucent, ferunt tantum circa mediatem suam maculam fulvam; fulvus quoque est, pilosusque

apex palporum. Lingua jacet inter maxillas, imo basi sua cum illis conjungitur, et continuatur. Eadem est crassa, oblonga, obtusa (*Tab. VIII. fig. 4.g.*), pellucida, protuberantiis duabus lateralibus fuscis, margine anteriore ciliato pilis brevissimis, fulvis. Animal lente protrudit maxillas, linguam, et appendicem sitam contra linguam, et promptius retrahit, cum inferre cupit intra cavum oris lignum, quod corrosit, et in pulverem ope mandibularum redegit. Annulus annulo capitis proximus, idest secundus, angustior est, et brevior, vix terciam partem illius exceedens. Annulus tertius, et quartus gradatim angustiores, sed annulo secundo paulo longiores. Quintus multo longior, ideo non transverse, sed longitudinaliter parallelogramus. Reliqui omnes convenient cum quinto tum proportione latitudinis, et longitudinis, tum forma; sed gradatim mole decrescent usque ad ultimum. Quisque annulus utrinque ad latus, et anteriora versus fert stoma ferrugineum, nitens, quibus stomatibus carent annulus capitis, tertius ab hoc annulo, et extrenus in corpore. Praeterea omnes annuli a quinto post annulum capitis usque ad extrellum statim sub stomatibus lateribus suis utrinque ferunt marginem longitudinali-lem cuticularem valde prominentem, undulatum, pellucidissimum. Linea pariter pellucidissima, per quam conspici possunt viscera subposita, dirimit totam longitudinem superiorem corporis ab annulo quinto anteriore ad prostremum. Linea simillima inferne dividit annulos septimum, octavum, nonum. Color animalis lactens quidquam sordidus. Animal sub pleno sole translucet, facile undequaque flectitur sine noxa, quia substantiae mollissimae est, imo saepe ita flexum degit per longum tempus, ut mortuum videatur, nec tamen vita laboret. Ipsem et vidi sub flexione acutissima sex integros dies constitisse, et interea cibo indulsisse. Lentissime graditur, at eget ad gradiendum cuniculis, quos terebrat in ligno. Ad motum obtinendum animal laxat utramque partem capitis, quae limae instar scabra est, et ita laxatas impellit contra parietes cuniculi, ut caput suum fixet, ad quod lente, et successive reliqui annuli corporis retrahuntur; neque abstinet a motu, licet imperfectius moveatur, si collocetur supra chartam, vel quancunque superficiem planam; quia caput, qua parte easdem

tangit, scabritie sua in illas aliquomodo figitur. Cuniculi, quos animal terebrat in ligno, sunt irregulares, flexuosi; omnes gaudent apertura obliqua, suntque plus minus ampli ratione animalculi, quod illos efforinat; maiores, quos vidi, appropinquabant superficiem arboris diametrum semipollucarem fere habentes. Erucae tenuiores, ideoque juniores semper degunt in penitiori ligno, quae quidem, prout crescunt, ad exteriora gradinuntur, tandem corrodunt lignum alburno propinquius, ipsumque alburnum. Num eruca haec, antequam in aureliam convertatur, corrodat corticem, an potius cortex corrodatur ab insecto perfecto, postquam exierit a cuniculo, id me latet. Novi tantum, partem extimam cuniculi, quae hinc pertinet ad corticem, inde ad recentius lignum, esse ampliorem, atque sententia mea eruca hic loci veluti in nido transit in aureliam. Quo tempore eruca ab ovo prodeat, hactenus ignotum. Frustra quoque per plures annos ipsam erucam perquisivi in pyrorum caudicibus, a quibus exhibant insecta perfecta, quae quidem magna manu, et ad plura centena colligebam. Demum anno 1836 cum in horto scholae agrariae Bononiensis *pyrus antiqua* praecideretur, plures erucas ex concussione, ictibusque securis mortuas, aut semimortuas deprehendi, quas inter una tantum erat vegetior, et vivax; hanc per dies quatuor intra frustula lignea ejusdem arboris diligenter custodivi, quibus elapsis, vita laborare caepit, abstinuitque a cibo; quare, ne ignota periret, circumlitionem ejus illico mihi comparavi, mox in pristinum locum restitui. Rediit aliquis vigor, et animal cibum sumpsit, qua re sumimopere gavisus sperabam, posse demum in aureliam transmutari, sed frustra; cumque pervenisset ad junium anni 1837., quo mense insecta perfecta prodeunt a foraminibus pyrorum (haec autem foramina sunt semper per longum, aut per obliquum, nunquam per transversum), eruca attenuari caepit, et in atrophiam labi, in qua hactenus degit; hujus forte rei causa sicut lignum siccum, et durum, in quo eruca detinebatur, quod maxillam ejus dexteram infregit, et destruxit, atque ita animal a cibo prohibuit. Igitur, quo intervallo idem animal a forma erucae transeat in aureliam, mihi compertum non est; nihil tamen secius, cum sciām, insectum perfectum copulari junio, vel julio decedente, cum plu-

res ericas molis longe diversae in una eademque arbore deprehenderim, juvat conjectare, eas, quae minores sunt, aetatem sex mensium portendere, quae magnitudinis mediae, anni unius cum dimidio, majores vero, prout illa est, a qua figuram desumpsi, triennium vixisse; neque tamen putandum est, novissimam hanc evolutionis suae apicem attigisse, si id licet arguere a foraminibus majoris amplitudinis, quae in arbo-re occurunt, a quibus insecta perfecta evolarunt; quare ultimum hunc evolutionis statum, sicuti statum aureliae, quem nunquam vidi, mihi non datum est describere.

Petrus Rossius in Lycaeo magno Pisano Doctor pubblicus primus omnium novit hoc animal, sed novit tantum in statu perfecto, in quo illud descriptis in volumine secundo Mantis-sae insectorum pag. 100. 101., figuramque ejus in tab. VI. B. b. minus feliciter exhibuit. En autem ejus descriptio.

\* 62. *BUPRESTIS Fabricii*

“ elytris serratis integris, fusco-aenea, thorace, elytrisque sub-  
“ rugosis, punctatis, fronte impressa sulcata, scutello nullo, aut  
“ vix apparente.

“ Maxima nostratum, et *B. mariana* oblongior. Color totius corporis obscure purpurascenti-aeneus. Antennae nigrae,  
“ sulco medio impresso. Oculi fusco-nigri. Thorax subcana-  
“ liculatus, undique punctatus, punctis minutissimis, conflu-  
“ entibus. Scutellum fere nullum, puncto vix apparente excava-  
“ vato. Elytra laeviter rugosa, ad apicem serrulata, integra.  
“ Abdomen sub elytris obscure inauratum. Alae fuscae. Pro-  
“ xima *B. mariana*, et distincta magnitudine, statura, co-  
“ lore. Caput angustius, fronte diversimode impressa; oculi  
“ magis approximati, obscuriores; thorax ac elytra laeviora,  
“ neque excavata rugis longitudinalibus, latis, cavitatesque ef-  
“ formantibus.

“ In honorem summi Entomologiae instauratoris Fabricii.  
“ Habitat in sylvis Pisani, rara.

In tabula nostra VIII. fig. 5. 6. habetur insectum perfectum, ab utraque facie exhibitum, quod feci magis agricolarum utilitate, quam naturae studiosorum. Rossius non cognovit, in qua ar-

bore hoc degat, monuit tantum esse rarum in sylva Pisana, quo forte volaverat a locis propinquis, in quibus pyrus colebatur. Juvat autem hic describere mores hujus animalis, de quibus et Rossius, et reliqui hactenus siluerunt.

*Mores insecti perfecti.*

Insectum perfectum Junio, et Julio mensibus evolvitur, praesertim vero ab idibus junii ad idus julias. Prodit hoc tempore a foraminibus ovalibus, quibus cortex pyrorum majorum terebratur, quae foramina, ubi recentia sint, facile distinguuntur a foraminibus anni superioris, vel ab antiquioribus, cum in cavo suo prae se ferant lignum albens, nondumque immutatum. Vix ac ne vix quidem exiit ab illis, repit super corticem, deinde volitat ad ramos. Venatus ejus difficilis, quia animal altiora arboris petit, magna pollet agilitate, volatus subitus, promptus, suspicione vel minima excitus. Tamen cum foemina mane circa horam nonam constanter descendat ad truncum, forte ut ova deponat in cortice ejus, vel in foraminibus, unde exiit, mas eam sequitur, et uterque tunc facile prehenditur. Post meridiem, cum aeris temperies calidior est, iterum a trunco disparet, nec nisi sub vesperam ad illum reddit, ut nocte quiescat vel intra foramina corticis, vel supra ipsum corticem. Esca ejus folia pyri. Insectum hoc quam longam agat vitam, dicere nequo, cum mortuum senio non viderim; hoc unum scio, individua quaedam hibernare in cavitibus profundioribus ligni, in quibus bis, annisque diversis deprehendi; quin imo horum alterum dominum attuli, ubi totam hyemem lethargicum transegit, at circa idus martias caepit exergesceri, nondum tamen cibo nti, quia temperies hactenus frigida vires ejus non exciverat, prout mensibus aestivis contingit.

Ab eo tempore, quo Rossius insectum hoc detexit, magnae raritatis semper habitum, coque carebant Musaea. Postquam vero plura centena ejus ipsem et legi, omnes fere Entomologi Europae obtinuerunt a me, et possident. Cum tamen Entomologi Hetruriae, ubi pyrus late colitur, a me saepe quaescierint, puto, ibi non tam copiosum haberi, quam in agro

Bononiensi, in quo forte uberius invenit, quae ad promptiorum evolutionem ejus ducunt.

Ingens est noxa, quam eruca ejus infert in arbores pyri, quia undique late terebrat penitiora ligni (*Tab. VIII. fig. 7.*), cuius rasura vescitur, dum altera rasurae pars innum canaliculorum petit; hinc brevi annorum lapsu solutio continuatatis in ligno, aqua pluvia in cavis ejus subsidens, et insecta, quae magna manu illuc penetrant, veluti sunt *Formicae*, ( quibus agricolae injuria tribuunt terebrationem, et ruinam arboris ) cariem, destructionem, mortem candidis fernant. Haec ratio est, cur arbores pyri in agro Bononiensi citius pereant, et vigore, quo alibi fruuntur, careant, quo vigore profecto non carerent, si hoc morbo non laborarent. Hic vero morbus, dum vitam arboris contrahit, lignum torno, et aliis operibus ineptum reddit, quod quidem aptissimum duritie sua est, maxime cum, si nigro pigmento afficiatur, ebenum imitetur.

At quaenam medela est tantae aerumninae? Destructio insecti. *Hecaerge Celtis* Fab. tam in statu erucae, quam in statu insecti perfecti ope venationis, ad quam exciveram horiulanos horti Botanici nostri, disparuit; arbores nunc quotannis ornantur, et servant folia sua, quae antea cibo illius insecti miserrime cedebant. Igitur villicorum pueri munusculis excitentur ad venationem *Buprestis Fabricii* in statu perfecto, cum minus facile sit destruere in statu erucae, et insectum evanescent. Praesertim vero destruendae sunt foeminae, antequam ova ponant. Venatio fienda in caudicibus pyrorum junio et julio mensibus quotidie mane inter horam nonam, et meridiem vel manibus, vel rete venatorio; hoc enim tempore mares, et foeminae connubiis indulgent. Animalcula quaerenda in cortice caudicis, inque ejus fissuris, aut foraminibus, et ubique solutio continuatatis habetur in exteriori caudice. Ipsemet hoc pacto, cum *Buprestem Fabricii* annis praeterlapsis mihi compararem, ut mitterem ad Entomologos, qui undique petebant, fere destruxi in rure Bantiano, quod extra portam Florentinam Bononiae est, et sic totum illud ambulacrum pyris consitum, et sane longum, a noxa, qua antea laborabat, liberavi. Antequam finem faciam huic sermoni, dicam panca de alio insecto pyris infenso. Audouinius in conventu Societa-

tis Entomologicae Parisiensis habito die 21. Decembris ann. 1836. (*Annal. de la Societ. Entom. de Franc.* 4.<sup>me</sup> trimes. pag. LXX. LXXI.) obtulit erueam quamdam, quae pyrorum corticem, et exterius ligni stratum laedit, dixitque eam pertinere ad insectum ex ordine Coleopterorum, et forte e familia Serricornuum. Carolus Passerinius per celebris Entomologus Florentinus monuit me per litteras, hauc probabiliter esse erueam *Buprestis berolinensis*. Figura ejus caremus, nee tamen confundi potest eum eruea *Buprestis Fabricii*, quia novissima haec non solum corticem, et lignum exterius, verum etiam lignum penitus pyrorum pessundat. Haec autem non habetur (quod sciām) circa Parisios, ubi *Buprestis berolinensis* copiosissima est; cuius *Buprestis* unum tantum individuum reperire mihi datum fuit in pyris ambulae Bantiani, et pauca alia alibi circa Bononiā. Quidquid sit, utraque species pyro infensa, at magis nostra, utraque a caudicibus pyrorum sollicite prohibenda.

Denique non erit abs re hic summatim recensere Buprestes omnes, quas in agro Bononiensi detexi, et quae in collectio-  
ne mea insectorum (Capsula N. 12. A) conspici possunt. Hu-  
jusmodi sunt.

- BUPRESTIS Fabricii* Ross.  
*berolinensis* F.  
*taeniata* F.  
*tenebrionis* F.  
*aenea* L.  
*austriaca* F.  
*rutilans* F.  
*decostigma* F.  
*aurolenta* F.  
*cyanicornis* F.  
*inanca* F.  
*laeta* F.  
*salicis* F.  
*nitidula* F.  
*4-fasciata* Rossi.  
*gemellata* Dej.  
*9-maculata* F.

Tom: V.


Tab: VIII.



F. 1.



F. 2.



F. 3.

F. 4.



F. 5.



F. 6.



F. 7.



C. Bettini ad nat. et in lap. del.

Lit. Bettini.



# MARCI PAOLINI

*De casu quodam veneficii a fungo quem Agaricum  
pantherinum vocant inducti.*

(*Sermo habitus in conventu Academiae X. Kal. Dec. 1838*)

Cum ego transacto mense Monterentii Paraeciam adiissem, quae decem et octo circiter millia passuum ab urbe distans, in vertice montis, unde nomen hausit, inter omnium editissimos Appennini bononiensis, late sparsimque locata est, optimus milique a teneris addictissimus Doctor Aloysius Barbierius medicus-chirurgus eodem aere communitatis conductus quemdam casum fortuiti veneficii, quod paulo ante fungorum causa acciderat, mihi comunicavit; quem vobis haud injucundum auditu fore confido, Academicci praestantissimi; si quidem et ex phoenomenorum genere, quibus stipatus est morbus; et ex subita, qua cessit, ratione; et ex eo praincipie quod illius fungi, unde tanta veneficii vis exarsit, species inodolesque a celeberrimo Botanico optime sane cognita est (quae quidem res et multi profecto est, et saepissime in plurimis hujusmodi observationibus desiderata), perutilia sibi ium Toxicologia tum publica Hygiaena documenta potest comparare.

Pridie nonas Octobris sub fere meridiem festine amicus meus accitus est ut domum in supradicta paraecia sitam, quam *Serraglio* appellant, statim adiret: narrabat enim qui missus fuerat, famulum suum Aloysium Sassatellum, quatuordecim annos natum adolescentem, illico insanivisse; luc illuc nullo rationis consilio furenter ita cursitare ut vix contineri posset, quaerentibus non respondere, vultum mutatum et terrificum gerere. Barbierius ea siscitatus a nuntio quae hunc morbum praecesserant, cognovit, adolescentem paullo ante se optimie

habuisse, imo duabus antequam id accideret horis fungos pru-  
nis usus saleque conditos opipare jentavisse. Haec satis erant  
ut in eam sententiam veniret, praepositum phoenomenorum  
apparatum qui statim in adolescente insurexerat a fungis ve-  
nenatis ingestis esse repetendum. Quoniam vero in ipso tem-  
poris articulo amicus meus illi praesto esse non poterat, quip-  
pe qui aegrum quemdam in maximo vitae discrimine pericli-  
tantem visurus erat, id peragi monuit, quod utilitatem alla-  
turum confidit, ut scilicet aegrotum interea adigerent qui un-  
ciam, quam ipse tradidit, salis anglici in aqua calida soluti  
pro emeto-catartico sumeret. Tertia tandem post meridiem ho-  
ra aegri inspiciendi Barbierio potestas facta est. Remediū praescripti  
impossibilem ministracionē narrarunt adstantes: ad us-  
que ejus adventum assidue per silvam casae proximam dis-  
curisse motibus convulsivis toto corpore concussum, ac postre-  
mo, ne in p̄acep̄itia quae extant rueret, illum lectulo vin-  
cire coactos fuisse; ibique a sopore fuisse captum a quo eum  
revocare incassum frustraque conati erant. Lectulo jacentem  
adolescentem invenit, supinum, immobilem, soporosum, con-  
scium tamen sibi, suisque intellectus facultatibus ad interval-  
la bene valentem: quamvis enim alta voce appellatus et ex-  
cussus verbis non responderet, quaerentis tamen in aspectum  
se se convertebat, quidquid ab adstantibus proferebatur claris-  
sime intelligebat, quemadmodum ad sanitatem restitutus post-  
ea patefecit. Oculi aperti et fixi haerebant, pupilla dilatata,  
vultus compositus vixque a naturali recedens, trismo labora-  
bat, cumque maxillae vi diducebantur ad medicamenta intro-  
ducenda motibus clonicis toto corpore et contractionibus tetra-  
nicis muscularum praesertim deglutitioni inservientium jacta-  
batur; trunei calor naturali minor, inferiora frigida et frigido  
sudore perfusa; pulsus parvi, contracti, profundi percipieban-  
tur; abdomen vero, ut sano convenit, manebat. Oleum Ricini  
Barbierius secum tulerat, cuius, patienti usus manu, ut  
integram unciam sorbillaret obtinuit, atque mandibulis vi di-  
ductis in guttura pruritum ciere. calamo obverso nitus est. His  
ad vomitum provocandum, alvumque movendum irrite adhi-  
bitis, cumque ob locorum longinquitatem nulla aliorum quae  
hisce remedio sunt, praesto esse possent, solutionem salis an-

glici paullatim introducere caepit, quo tam feliciter usus est ut sub hora sexta fungorum vix mollitorum vixque indecompositorum fragmenta aeger vomitu ejecerit, quo factum est ut mirifice fuerit recreatus sopore seilicet et trismo imminutis. Vomitu iterato, alia fungorum fragmenta una cum pulte ex turcico frumento expulit: tunc puer convaluit, quodam solummodo virium languore superstite, cui, jusculis vinoque quantum satis erat adhibitis, ita consultum ut ad opera sua obeunda posterio die incolumis redierit.

Quamvis autem fortunati hujusce veneficii specimen et magnum quid sibi enucleatum prae se ferre, et ad rerum intelligentiam multum conducere mihi videretur; ut tamen inde ad scientiam utilitas, quae major poterat, redundaret, fungi, unde tam venefica malignitas erupit, speciem peculiarem clare aperteque perspectam habere operae pretium duxi; quo id etiam assecuti erimus ut hujus fungi characteres illorum montium accolas edoceremus, quibus communiorem per aliquot menses victimum fungi suppeditant. Quamobrem una cum amico meo rusticum rogavi, ut fungos iis similes qui malo suo causam praebuerant colligeret; ille voluntati meae obsecundavit, et nonnullos attulit, quos statim ac clarissimo Professori Eq. Antonio Bertolonio obtuli; ipse non minori sapientia quam humanitate ornatus, fungum illum Agaricum pantherinum esse super omnes, qui ad haec usque tempora cognoscuntur, venenosa virtute praeditum mihi non modo significavit, verum nonnullos etiam de fungis excellentissimos libros singulari benignitate largitus est, ut illos consulerem, notionesque necessarias ex iis colligerem. Quare amplissimas gratias hic illi referens sacrum officii munus explere, gratique animi sensus persolvere gestio.

Agariens Pantherinus D. C. quem Hetrusci appellant nomine *Tignosa bigia rigata*, vulgo a rusticis nostris *Sblesch rugnauis* nuncupatur, quod idem ac Lubricus scabiosus sonat, quibus vocabulis duos ex ejus characteribus qui facillime intuentibus sub oculos cadunt designare volunt, viscidum nempe humorem quo pileus perfunditur, et papulas seu verrucas quemadmodum in scabie occurrit quibus pileus ipse adspersus est. Hic fungus, juxta doctissimi Vittadini descriptio.

nem (1), cum sit perfecte absolutus hisce characteribus designatur (V. Tab. IX. fig. 2.) = Pileus plano-convexus, vel leviter in centro depresso, margine vix striatus, adspersus verrucis parvis, albis, floccoso-farinosis, formae irregularis, plus minus haerentibus subpositae epidernidi, quae est tenuis, viscidula, pellucida, facile avellenda, texturae omogeneae, gummoso-gelatinosae, coloris non multum variabilis, fuscō-olivacei, vel fuligineo-lividī, nunc in album, nunc in castaneum vergentis. Lamellae inaequales, potius tenues, dilute albentes, margine denticulatae; maiores numerosae, et ab apice stipitis paulisper recessae; minores paucae, extremitate interiore abscissae. Stipes albus, apice expansus, basim versus leviter, et gradatim crassescens, et desinens in bulbum insignem, subrotundum, verruculosum, superne circumscriptum circulo prominulo, facto partim a substantia corticali stipitis revulsa, et reflexa, partim a reliquiis volvae (Fig. 1.). Annulus tenuis, membranaceus, albus, superne striatus, inferne levis, margine libero tumens, et lacero-laciatus. Caro pilei pauca, alba, uniformis. Caro stipitis pariter alba, exterior stipata, et veluti fibrosa, superficiem versus maculis pallidis adspersa, interior, sive in axe stipitis, subsfloccosa, et plus minus aetate evanescentia =. Agaricus pantherinus in umbrosis castanetis et quercetis, secus aprica vinearumque margines nascitur solitarius, autumno jam declinante vegetat: crudus dentibus mansus dulce quidam non insuave sapit, odor ejus minimus et nauseosus, indole et formis ab Agarico muscario, fungo altero venenatissimo vix distat. Hi sunt characteres Agarico pantherino peculiares, quos suse referre amavi eorum sectatus opinionem, qui haud nisi iis notis, quas veluti fungis edilibus a veneniferis dignoscendis aptas contendit vulgus (vident enim illas saepenumero deesse) hujuscemodi cognitionem non nisi a characteribus botanicis rite perspectis sumi posse scienter affirmant.

Nunc vero quaenam hujus fungi sit actio in animali oeconomia inquirendum, seu cuinam venenorū generi referri ipse

(1) Vittadini Carlo. Descrizione dei funghi mangerecci più comuni dell' Italia ec. Milano 1835. pag. 306.

debeat, perscrutandum: in qua maximi momenti investigatione, ex hujus si quidem rei cognitione indicationes, delectusque remediiorum veneficium tollere pollutum sumuntur, quasdam generales animadversiones juvat summatis praemittere de iis scilicet quae interdum fungos ingestos subsequuntur. Quotidiana observatio multique lacrymabiles casus beneficij a fungis geniti ab auctoribus enarrati variam testantur phoenomenorum naturam quibus ipsum in aperto venit, variisque pariter pharmacorum genus, quorum ope integra valetudo restituitur. Dyspepsia enim, ventriculi dolores breves, termina, nausea, fungorum dein devoratorum per os rejectio, sive alvi egestiones, haec interdum fungorum usum solummodo consequuntur incomoda, et aeger nullo praesidio, vel aliquo ad summum cathartico adhibito, citissime ad sanitatem reddit. Alias vero phoenomena longe graviora adoriuntur, dolores minirum ventriculi atrocissimi, viscerum calor acer, sitis urens, pulsus duri et frequentes, ventris inflatio et distensio, anxietas, vomitus deinde contumacissimi, immodicae faecum dejectiones nigricantium interdum etiam cruentarum, quemadmodum in cholera morbo videre est, clonicæ modo hujus modo illius corporis partis jactationes: his in casibus emetico in primis vel purganti propinato, si prudenter judicari possit fungos jam in canalem intestinalem esse delatos, balnea tepida, potus tepentes, emollientes, mucilaginosi, lac, oleum amigdalorum dulcium, cataplasmata, hirudines abdomini applicatae, clysteres ex decocto malvae sive seminum lini una cum olivarum oleo parati efficacissime succurrunt. Quod si haec omnia, quae Therapeutica praebet, morbi impetuim, quippe quae vel inopportuno vel suspensa nimis et timida manu admota, aut omnino compescere aut saltem lenire haud valeant, ita ut aegrum ille interimat; instituta cadaveris sectio tunicas canalis alimentorum plus minus ingentem inflammationem passas, ventriculum, intestina maeulis rubris vel rubro-lividis distincta, erosionibus, crustisque gangraenosis passim scatentia ostendit. Aliis in casibus veneficium aliis characteribus designatur, modo vertiginibus, veterno, quem insensibilitas, altusque sopor excipit; modo furioso delirio, novis, mirabilibusque idearum simulacris observatis, a terrificis somniis, ab invincibili quadam

circumcurrenti propensione absque ullo rationis consilio: accedunt saepe crampi, trismus, generales aut particulares convulsiones, deliquia; pulsus contractus, convulsus, intermitens fit, corpus gelido sudore madet, fatiscent vires, mors denique collacrimabili tragædia scenam tēterram claudit. Quibus symptomatibus, noxiarum substantiarum expulsione in primis curata, stimulantibus medicamentis saepius occurritur, ammonia, aethere sulphurico, laudano liquido Sydenhamii, vinis generosissimis, nec non frictionibus membrorum et abdominis ex alcohol camphorato, aliisque substantiis diffusilibus. Eorum autem cadaveribus perlustratis, quos medentium ars morti subtrahere non potuit, injectiones per universum capillare sanguinem, atque vasa membranarum quae axem cerebro-spinalē circumdant, ipsiusque nervosi textus congesto sanguine turgida in primis deprehenduntur; interdum vero et seri effusio conspicitur. Aliis postremo in casibus et symptomata quae irritationem ac inflammationem gravissimam systhematis gastro-enterici, et quae notabilem systhematis nervosi offenditionem praenunciant fungorum comestionem simul consequuntur: tum vero curationis ratio ita se habet, ut remedia mucilaginosa, sedantia, et antispasmodica vel alternativam vel simul adhibeantur prout sibi symptomatum ratio exquirit: rebus vero in contrarium cedentibus, cadaverum incisio easdem omnino laesiones, ac in recensis duobus sane diversis veneficii generibus præ oculis patescit.

Ex hucusque dictis loculentissime patet, funesta accidentia quae fungorum esum saepenumero consequuntur in quatuor classes merito esse redigenda, quae propterea proprium, accommodatumque medelae genus sibi volunt. Symptomata in prima harum classium recensita quae ad leves perturbationes, substantias digestu difficultiores saepe comitantes, facile reducuntur, quaeque levissimam ventriculi irritationem denunciant, a fungis esculentis plerumque procraeantur nimia sive copia sumptis, sive non apte paratis, sive jam senescentibus et putrescentibus collectis (tunc enim et Agaricus edulis seu pratensis, ejusque varietates officere possunt), sive tandem quadam data constitutione et idiosincrasia. Caetera, quae tres reliquas classes conficiunt, ad venenatos fungos vere spectant. In harum prima

locandum est veneficium a fungis acri qualitate praeditis quemadmodum symptomata, quibus prodit, ostendunt, quae actionem venenorum acrum in primas vias significant; utilitas quae, in eo ejusque consequentiis medendis, ab emollientibus, mucilaginosis, antiphlogisticis mira percipitur: illudque vitiorum genus, quae in canali gastro-intestinali post mortem deprehendimus. Hisce casibus, ut Letellierius contendit, fungi contactu solum in canalem intestinalem agunt per illud principium acre quod continent, quodque exsiccatione, ebullitione, maceratione in acidis debilibus, in alcohol, inque alcali statim tollitur. Principium hoc acre esset ne acidum *fungicum* a Vauquelinio et Bracconotio in multis fungis repertum, quod cum in quibusdam speciebus vel liberum pluriimum vel concentratum, vel majori quantitate insideat, idem ac venena actione chemica instruta in ventriculum ageret? Lubens ego crederem, quamvis a laudatis auctoribus fungorum principium activum seu venenosum in ea tantum crassa et oleosa materie collocetur, quae in quibusdam veneficis speciebus deprehenditur: crassa haec enim materies, ut infra notabo, licet summopere noxia, aliter tamen ac acria in oeconomiam animalem agere videtur (1). In secunda veneficium considerari potest inductum

(1) Clarissimorum Chymicorum Bracconotii et Vauquelinii sententia fungi omnes materiem fibrosam peculiarem continent majori minorive quantitate *funginae* nomine distinctam, principium quoddam naturae animalis, materiem quamidam crassam seu oleosam, osmazam, sacchari speciem quamidam, gummam, resinam, albuminam, adipoceram, et sales nonnullos. In aliis acidum quoddam particulare invenerunt fixum, inodorum, plurima parte liberum vel commixtum, quod acidum *fungicum* appellarunt. Principium fungorum activum seu veneficium insidet, ex ipsorum sententia, in materie crassa et oleosa quae in aliquot noxiis speciebus reperitur, quaeque juxta illos solvit in alcohol, in aethere, in acidis, in aqua alcali alicuius, potassae puta vel sodae saturata, ita ut fungi in hisce liquidis mace rationem aliquandiu passi facultate venefica prorsus destituantur (\*). Si Letellierium contra audire volumus, fungi praeter super memoratas materies duas alias valde noxias continent; quarum altera in acri

(\*) Roques. *Histoire des champignons comestibles et vénéneux.*  
Paris 1832. pag. 24.

a principio quodam nonnullarum specierum proprio, quod actioni exerceat narcoticam ac stupefacentem in sistema nervosum, quippe quod ea symptomatum acie se se ostendit quae venenis sunt propria hujusmodi virtute pollutibus, cuiusmodi sunt nunc lactuca virosa, hyoscyamus, atropa-belladonna, et nunc acidum hydro-cianicum, et venenum viperinum. Quae fungorum actio in animalem oeconomiam per illud principium vitae apprime adversans indolis deprimentis vel contrastimulantis habeuda merito mibi videtur, non eo tantum quod convulsiones, delirium, animi deliquia, frigor cutis, pulsuum defectus ea sint phoenomena quibus venena hac actione donata designantur, verum quod cadaveris inspectio nullum protendit praegressae inflammationis vestigium, si injectionem excipias systematis capillaris convulsionibus, juxta illustris Requesii sententiam, diuturnaque collectationi probabiliter tribuendam, quodque tandem ad ammoniacam, ad aetherem, ad opium hisce in casibus veluti ad unas salutis anchoras confugimus. Ammoniaca maximo est adjumento, eodem affirmante, non quia sit contravenenum (si hac voce uti fas est) vel iniqui principii fungorum antidotum, verum quod utope stimulans diffusile languescentes vires mirifice sublevat et reficit. Actio venenosa horum fungorum, prout testantur complurima a celebri Vauquelinio in Agarico muscario instituta experimenta, in ipsa substantia crassa insidet, quam Letellierius libens *amanitinam* nuncuparet, si quidem in fungis quibusdam sectionis Amanitarum potissimum occurrit. Tertiae denique classi veneficium assignatur inductum a venenatis fungis narcotico-acribus ut appellantur: ipsi enim acrem facultatem substancialium irritantium et chymice agentium cum vi venenorum stupefacentium copulant.

quodam principio, quod maceratione, ebullitione, exsiccatione facile tollitur, locata est; altera a principio illo venefico constituitur materiae crassae Vauquelinii et Braeconotii, ut videtur, respondentem, cuius vim nec a maceratione, nec ab exsiccatione, ut aeri substancialia sit, retundi praefatus Latellierius affirmat (\*\*).

(\*\*) *Omodei. Annali Univ. di Medicina. Vol. 39. pag. 508.*

Nunc vero iis omnibus huicisque dictis ad casum, quem nuper attuli, accommodatis, quis, quae, inficiabitur Agaricum pantherinum facultate quadam instructum venefica in sistema nervosum, narcotica, contrastimulantia esse judicandum? Id enim et symptomatum genus conclamat ab aegroto nostro exhibitorum, citusque quo convaluit modus quin ulla ex iis ventriculi perturbationibus quae gignuntur a substantiis acribus et irritantibus supereriset. Quae opinio de modo agendi principii vitae infensi hujus fungi, ab alio singulari quoque casu a laudato Vittadinio descripto, eique quem attuli fere simili roboratur. Ipse narrat paucis abhinc annis in provincia Pavensi familiam integrum ab Agarico pantherino fuisse venenatam eo quod hunc pro Agarico excuriato crasso nimis errore manducaverat. Symptomata eadem fere extiterunt ac quae in veneficio a morsu viperae observantur: summa corporis lassitudo quam et anxietas, et crebrae animi defectiones comitantur, delirium cum alto stupore vicissim, extermorum frigor, pulsus parvi vix sensibiles. Emeticus, paullo post symptomatum apparitionem, ministratus, ac dein ammoniaca impendens fatum a misericordia arcuit (1).

Quare cum, Roquesio quoque assentiente, post scientiarum naturalium et medicarum miros progressus dimidio abhinc saeculo, nullam adhuc substantiam principium fungorum venenosum neutralizzare valentem cognoscamus; cumque acida vegetabilia, aether sulphuricus et ammoniaca, caeteraque hujusmodi veluti antidota praedicata, nonnisi sint accessoria quae post venenum e corpore rejectum possunt cum aemolumento in auxilium vocari; nobis propterea, in veneficio a fungis dummodo recenti, expulsionem substantiarum noxiarum cire totis viribus curandum est: deinde prout postulat et symptomatum natura et fungi qualitas, si innotescat, a quo veneficium ortum, modo emollientibus et mucilaginosis, modo stimulantibus et antispasmodicis fidemus, modo denique pro varia phoenomenorum, aliarumque, in quibus aeger est circumstanciarum natura, illa cum istis consociabimus.

(1) Vittadini Op. Cit.

T. v.

Ad ea autem praecavenda quae non sine magno detri-  
miento fungorum esum consequuntur, quaeque non inter ru-  
sticos solum et plebem, at in vastis etiam urbibus quotannis  
incidunt, certa ne patet via? Quamquam una quae certa su-  
peresset ad hoc ratio nequaquam singulis cuiusvis Commun-  
itatis par sit; ea enim in Botanica studia oportent, ea  
requiri retur experientia quae dubio procul plerorumque et  
media et intelligentiam exsuperant, cum fungorum, ut supra  
innui, characteres botanici sedulo examine sint disquirendi,  
firmissimeque in mentem figendi ne veneficæ species cum e-  
dulibus misceantur; non desunt tamen quaedam notæ, quæ ri-  
te perspectæ nescio quid lucis ad eorum qualitates caute digno-  
scendas possunt afferre. Etenim vero, auctoribus omnibus una  
satentibus, de iis fungis generatim licebit suspicari qui sapo-  
rem acrem, acidum, amarum, urentem habent, odorem her-  
baceum, foetidum, nauseosum, sive virosum spargunt, verti-  
ginesque inducunt; quorum scissorum pulpa subflavo, livido,  
cyanœ, viridi, atroque colore tingitur; qui superficiem visco-  
sam, carnem verruculosam et flaccidam, pileum verrucis sive  
pelliculis vel albescensibus vel coloratis passim adspersum ge-  
runt: denique animadvertisendum est, venenatores species persae-  
pe nasci in locis imis, uliginosis, et in silvis soli invisis, quod  
jam a Venosino poeta notatum quando cecinit:

» Pratensibus optima fungis

Natura est, aliis male creditur. »

Quod si haec indicia, quae et doctissimi rerum naturalium  
magistri commendant, in errorem possunt aliquando trahere  
(sunt enim nonnulla et veneficæ et esculentis speciebus com-  
munia), quid de suis iis dicam quae a vulgo non solum,  
immo in divitum quoque coquinis fungorum qualitatis digno-  
scendæ causa adhibentur? Si fungus annulo sit instructus illum  
statim innoxium, edulemque concludant; et ita fallacissimo  
hunc signo innixi saepissime contigit, ut species nonnullæ etsi  
venenatae edantur eo quod annulum, ut Agarico pantheri-  
no sit, gerant; alias vero species hoc signo carentes veluti  
noxias damnent, quae optimum gratumque cibum suppedita-  
rent. Nec ea minus ridiculi habet multorum consuetudo indo-  
lis fungi experiendæ caepe, vel argenti cochleare in ollam in

qua decoquitur fungus immissus, quod si forte nulla macula fuedetur, statim omnem suspicionis metum abesse decernitur, et fungus in cibum admittitur. Bonum nobis quod et ebullitio, et maceratio in aqua salita, et exsiccatio quibus fungi in coquinis subjiciuntur, si non utrumque noxiun principium, acre saltem in quibusdam speciebus contentum, adiuunt: sin minus exitiosi effectus malo hominum sato frequentiores evaderent, duce tantum et magistro charactere annuli, ejusque natura *experimento*, ut vocant, *crucis* caepe et argenti solummodo tentata.

In hac igitur tanta praeceptorum fallacia quae communiter adhibentur, inque impossibilitate populi de iis Botanices rebus edocendi quarum ope veneficos fungos ab innocuis salubribusque secernere valeat, Magistratus erit publicae tuendae saluti praepositi, quod saltem ad urbes attinet, sua auctoritate succurrere; praecipere, ut ipse summus Petrus Frankius sentit, fungos nonnisi in publicis foris vendi; peritos viros praeficere qui vigili oculo venditionibus quotidie intersint. In agris vero et rure cum nequeat Magistratus huic malo allatis modis occurrere, quid remedii statuendum ne terribiliores casus exoriantur? Cui quaesitioni nullum melius responsum mihi affiri posse videtur, quam si a nuper laudato Scriptore sapientissime proposita exponam, quae huic fini attingendo praestabunt » Calendaria, ipse inquit, libri sunt populo edocendo aptiores; quamobrem optimum quidem foret et necessarium seriem quamdam fungorum venenatorum quovis anno describere; characteres certos cognituque faciles indicare (et ego tabulas cum imaginibus e vero depropria adderem), speciesque esculentas accurate designare. Populus sensim illas distinguere addisceret, multarumque gentium quas barbaras nuncupamus morem secutus, poterit victus partem ex hac uberrima vegetabilium classe sibi comparans alimentorum inopiae prospicere (1) ».

Ego vero non possum, Academici doctissimi, quin Vobis patesciam cogitationem, quae mihi, hujusce oratiunculae ve-

(1) Frank. Sistema compiuto di Polizia Medica. Vol. V. pag. 317.


la jam contrahenti, in mentem venit: utrum videlicet cum medica ars, tum ipsa humanitas a fungis etiam beneficis, et ab iis praesertim qui principio aliquo pollent in sistema nervosum activo, narcoticō, et contrastimulanti, ullam possent adipisci utilitatem. Nam si sapientissimus Salomon affirmavit, *venena non ad inferendum damnum sed bonos in usus destinata sunt*; si alia venena vegetabilia vitae summopere infensa, cuiusmodi sunt digitalis, cicta, atropa-belladonna, immo ipsum acidum hydro-cyanicum plurimis gravibusque curandis morbis efficacissime subveniunt; haec opinio, ni fallor, non futilis, non falsa, ideoque non rejicienda per se satis appetat. Retulisse quidem constat medicarum rerum Scriptores, Agaricū muscarium epilepsiae, convulsionibusque curandis subiectum aliquando fuisse non sine utilitate; et haec pariter fungorum species adhibita fertur ad serophulas aliasque lymphatici systematis lentes affectiones tollendas; nec ignoro Boletum Laricis in hydrope praescriptum ut drasticum; Agarico autem piperato Dufresnoysium usum fuisse in pl̄tisi tuberculari, et vomicis pulmonaribus: sed certum tamen est usum fungorum interius adhibitorum multis abhinc annis relictum esse, adeo ut cum Aliberto dicendum sit, cum fungorum ad morbos tollendos exigua adeo sit experientia, studia medicarum qualitatum quae in fungis hujusmodi latent, novum, et fere dicam incalcatum currículum aperire. Quapropter ego convenientissimum existimarem quid hujusmodi fungi prosint tum virides tum exsiccati atque in pulverem redacti ( virtus enim benefica substantiae crassae haudquam perit exsiccatione ), quid ipsa quoque crassa haec substantia, cum pura potuisse a Chymicis haberi, peritos medicos experiri in brutis tum sanitate pollutibus tum morbo vexatis, effectusque quammaxima diligentia observare. Quibus peractis, si exitus tentamina comprobarent, in illis morbis possent ea medicamina parva quidem dosi multaque prudentia et cautela adhiberi, in quibus ea pharmaca vegetabilia prosunt, quae incaute a sano homine sumpta ipsissima producunt morbi phoenomena ac illa quae in beneficio a praedictis fungis inducto deprehenduntur. Forte lapsu temporis ( haec equidem mihi non defutura pollicor ) hae conjecturae felici exitu firmabuntur, fungique venenosī nec nu-

mero pauci nota inter remedia in medicae artis utilitatem, aegraeque humanitatis solamen atque subsidium, ut sane in votis est, adscribentur.

Ea mihi mens erat, Academici praestantissimi, cum hoc opus sum aggressus, casum veneficii exponere illa prorsus ratione qua ab amico meo accepi; sed illum ipsum mihi scribenti res tanti ponderis visa est, ac ita propinque hominum vitam et sanitatem respicere, ut meum putaverim, doctrinis usus recentium Scriptorum clarissimorum, relatas considerationes adjicere de ratione qua diversae fungorum veneficiorum species agunt, de cura quam varii veneficii casus expostulant, nec non brevem subdere expositionem de argumentis aptis tales effectus praecavendo: nam si nemo, quoad ejus fieri potest, nullam praeterire debet occasionem qua bono similium consulere possit, tanto magis hoc praestare debet Medicus, cuius praecipue est vitam hominum tueri, eorumque saluti, studio cura diligentiaque, quantum in se est opitulari.



Fig. 2.



*Agaricus pantherinus*. DC.

Villadini ex nat. del.

Bettini in lap. del.

Lit. Bettini



# ALOYSII CALORI

*Descriptio anatomica branchiarum maxime  
internarum gyrini ranae esculentae, unaque praecipuum  
discrimen, quod inter branchias adinvicem et  
batrachiorum urodelorum intercedit (\*).*

Quod hodierna die, Sodales Praestantissimi, a me accipietis, erit anatomica tractatio de organis, quae in gyrrinis ranarum, tum speciatim ranae esculentae respirationi inserviunt, argumentum ut puleritudinis et delectationis, ita utilitatis ad rerum naturalium historiam plenissimum, quod investigationem extimulavit cum veterum tum recentium hominum doctissimorum, et cui, haud ita pridem, per celebres anatomes comparatae cultores Van-Hasseltius, Steinheimius, Rathkius, Huschkius, et prae caeteris Rusconius satis feliciter insudarunt. Rusconius in sua laudatissima dissertatione epistolari ad Brocchium missa, cui titulus est — Descrizione anatomica degli organi della circolazione delle larve delle Salamandre aquatiche — Papiae edita anno 1817, cum forte incidisset in eam orationis partem, in qua disquirendum ei fuerat, an salamandrarum larvae et generatim batrachia sive nrodelia sive anura branchiali sistimate deciduo aut permanente instrneta respirationem branchiarum et pulmonum ope uno eodemque tempore concipere possent, nec ne; et cum ad hanc, quam in medium adducebat, quaestionem solvendam, novamque doctrinam statuendam et comprobandum oportet, ut non solum

---

(\*) Haec dissertatio lecta fuit in Conventu Accademico quarto idus Ianuarii anno MDCCCXXXIX.

hae larvae experimentis subderentur, sed et quae aliorum batrachiorum noscuntur, cuiusque tandem illi demonstrandum esset, ne quae ex experimentis consequerentur minus recta et indubia forent, organa respiratoria ad duas larvarum species pertinentia inter se nequaquam differre, nobis sat clare descripsit internas gyrini ranae communis branchias, eamque metamorphoses tum praesertim vasorum sanguiferorum: ad haec respirationem tantum per alterna respirationis organa, nimis aut per branchias solum aut solum per pulmones, nunquam vero per hos et illas eodem tempore fieri posse monstravit. At quoniam in progressione hujusce dissertationis ad novum profecto lumen tendentis, si tantum licuerit meis investigationibus, circa organa gyrinorum respirationi attributa, hasce meas observationes meum erit comparare cum descriptionibus, quae usque ad hanc diem hac super re prodierunt, cumque Rusconii descriptio anatomicorum consensu praevaleat, atque ex illo nil pene processerimus, ita referendo tantum summa ipsius capita necessitati meae satis consuluisse putabor.

Rusconius adstruit quatuor gyrinorum branchias in cavitate pectoris abditas, totidemque arcus branchiales, et unicuique dno vasa attribuit, arteriosum, quod nuncupat truncum principem, qui nil aliud est quam continuatio arteriae ad singulas branchias pertinentis; et venosum, quod illi est seu ramus ipsiusmet trunci principis, cum ex hoc oriri videatur. Utraque incedunt parallela super convexam parvorum arcuum branchialium oram frequentes inter se contrahentia anastomoses, ex quibus evidentiores sunt ubi ad hyoideam arcum extremitatem exit ramus e trunco principe, atque ubi ad extremitatem eorumdem occipitalem intra ipsum truncum principem ramus redit. Lumen, quod his duobus vasis est, e converso augetur, et minuitur: truncus enim princeps, ramo emissso, nonnihil attenuatur, sed primam diametron sat cito recuperat; contra ramus quo magis ab origine recedit, eo gracie scilicet, donec exilissimus effundatur in truncum principem juxta situm, ubi truncus ipse branchias relinquit caussa coenendi cum sociis arcusque aorticos constituendi una cum arteriis sessa per caput et pulmones disseminantibus. Non minus autem e trunco principe quam ex ejus ramo producitur par nume-

rus arteriolarum venularumque, quae parallele incedunt, dividuntur et subdividuntur, ut desinant in penicillos branchiales, quorum extremitates mutua osculatione continuantur. Quamobrem fluviae sanguinis venosi oxygenationem appetentes et ad rannum spectantes transeunt in penicillos artericos artericosque rannulos, et ex his in truncum principem, et cum hic plurimas anastomoses cum ramo ineat, et quamdam sanguinis quantitatem, quae ab oxygenis actione substrahitur, semper retineat, efficitur, ut perennis evadat non modo circulus a ramo ad truncum, verum etiam sanguinis arteriosi cum sanguine venoso commixtio. Anno 1826 hujusmodi argumentum idem ipse auctor denio aggressus in venusta elaborataque dissertatione gallico idiomate conscripta de ranae communis evolutione (1) confirmavit, quod novenno ante ediderat, opusque etiam iconibus elegantibus illustravit. Attamen nomina, quae vasis branchialibus affixerat, permutavit arteriam permanentem numerans, quem truncum principem pronuntiaverat, et vas recurrens seu arteriam transitoriam, quem trunci principis rannum praeviderat. Descripsit exteriores, vel primitivas gyrinorum branchias, et internas exteriorum repetitionem esse probavit. Formam exiguum soliorum, quibus rami branchiales exornantur, contulit cum forma soliorum, quae linearia vocantur a botanicis. Typi analogiam cum branchiis larvarum tritonis salamandrae et branchiis Protei anguini rursus perpendit, et in foliatura tantummodo alias ab aliis discrepare contendit. Tandem, cum ad peculiarem descriptionem singularium partium singulas branchias componentium devenisset, et earum officia pvestigasset, affirmavit, appendices membranaceas formam semilunae praeserentes, notamq; plicularum tortuosarum in suis ipsis faciebus habentes, quae pendunt de concava cujusque arcus branchialis ora, et liberae fluctuantesque adparent in duabus branchiis mediis intra guttulis cavum, et adhaerent ipsius guttulis parietibus in prima et

(1) Développement de la grenouille commune depuis le moment de sa naissance jusque à son état parfait p. le D. M. Rusconi ec. p. p. ornée de quatre planches; pag. 50 usque ad 53 ec. Milan. 1826.

quarta , destinatas esse ad detinenda in ore corpuscula , quae una cum aqua gyrinus continuo deglinit , et sic impedire , quominus ista caperent viam branchiarum , et canalis branchialis , qui , ni ita fieret , temporis processu obstrui potuisset : in hac porro hypothesi iis appendicibus *philtrorum* nomen convenire autumavit .

Inter illud temporis spatium , quod ab editione primae dissertationis Itali Anatomici fluxit ad usque secundam , prodierunt in Germania Huschki observationes , quae , prout a Celebris Burdachii physiologia (1) colligitur , tam similes Rusconianis sunt , ut , quoad descriptionem , sin illarum iteratio , saltem confirmatio haberi possit . Quod discrimen hos inter observatores dispicitur , in eo situm , ut primus admittat plurimas anastomoses inter duo vasa branchiarum praecipua , et alter duas dumtaxat brevissimas inter arteriam et venam , id est inter trunci principem et ejus ramum . Inferius videre liceat ipsos de metamorphoseos sententia quoque inter se differre ; nam Rusconius putat branchias omnino deleri , contra Huschkius contendit earum vestigia permanere (2) et raepresentari a glandula hyoidea seu carotidea a Carusio detecta , et superiorum animantium glandulae thyroideae analogae .

Huc usque spectarunt de organis circulationis ac respirationis gyrinorum ranarum utriusque Auctoris excitationes et inventa , quae , etsi suminorum viorum auctoritate fulciantur , subiecta tamen iteratae et accuratiore observationi in eam , qua factum sat perpensum integrumque solet gignere , persuasionem minime pertrahunt . Quod jam animo ante tenueram , nimirum a verno tempore superioris anni 1838 organa circulationis , et generatim metamorphoses nonnullorum amphibiorum , et praecipue ranarum rimatus . Ad quod studiorum genus me potissimum impulerunt et dignitas praestantiaeque respirationis ad evolutionem corporum organicorum , et specia-

(1) V. Tom. VI. hujusce operis p. 185 Parisiis gallico Sermone editum an. 1837.

(2) Isis Vol. 20. Sect. 4 et 5 pag 401 ubi §. 39 Professor Huschkius loquitur de arcubus vasisque branchialibus gyrinorum , et ovorum incubatorum avium .

um existentia apparatus branchialis transitorii in embryonibus vertebratorum superiorum ad classem piscium nuper prime comperti a Ratchkio, Baerio ec. et prae omnibus in batrachiis descripti a Celeberrimo Rusconio; factum quidem profecto ex majoribus ac mirabilioribus, quod unitas compositionis organicae nobis sistere potuisset. Et jam vasa branchialia deprehenderam persequens formationem evolutionemque vasorum in ovo pulli gallinacei; jam caveas branchiales ad latera colli quorundam embryonum mammalium, arcusque aorticos a Baerio demonstratos videram, sed clarius magisque duraturum hoc magnum, admirandumque phaenomenon conspicere gestiebam, ut illud possem pro libitu et penitus perscrutare. At nonnisi ab embryonibus larvisque batrachiorum expleri poterat hujusmodi desiderium, quo percitus me jam operi accinxii, et confirmatis primum Rusconii observationibus de organis circulationis larvarum tritonis salamandrae, ut constat ex anatomicis præparationibus, quas volbis trado, studium ad organa circulationis et respirationis ranarum, nec non ad evolutionem et metamorphoses earumdem germinum transmitendum e vestigio fuit.

Tertia circiter die a faecundatione ovorum, nimirum ea formationis ac evolutionis periodo, qua ova, forma sphærae amissa et laminis dorsalibus efformatis, in longitudinem produci incipiunt et caput a trunco separari, adparent ad utrumque colli latus, seu potius inter caput et massam vitelli constituentem abdomen duo tubera non tam lata, quam longa et a superioribus ad inferiora devixa, quae eo magis prominent, quo magis abdomen gracilescens in longum abit et sulco praecipue ab illis sejungitur, simulque carina, quae sere in orbem flectebatur, recta fit ac in oppositam primitivæ directionem curvatur. Quae tubera pro branchiarum cervicalium exteriorum, aut pro branchiarum primitivarum initii jure ab anatomicis habita sunt. Subter haec jacet cavitas quaquaversus clausa et vestita ex membranula crassiori et granosa, neque multum cohaerente, quae formatur eo tempore quo cutis embryonis, membranis mucosis, aut sero-mucosis omnimode aequiparanda. Non est dubium, quin haec cavitas cavitati branchiali aut branchio-gut-

turali (1) respondeat. Quapropter primitiva harum branchiarum rudimenta tenent latera hujusmodi cavitatis, et composita sunt exterius a cute, interius a membrana mucosa, aut, si mavis, sero-mucosa hanc cavitatem obvestiente. Haud ita post tubera branchialia, de quibus est sermo, dividuntur utrinque in duo minora aliquantulum complanata, quae scissio fieri solet post viginti quatuor horas ab apparitione priorum, maxime tamen cum amica sit caloris et aquae, qua mersa sunt germina, temperies, quae, ut seitis, eorum evolutionem mirum in modum accelerat. Ast brevi intervallo haec quatuor tubercula

(1) Primum naturae molimen, per quod germen ranarum et salamandrarum fecundatum transformatur in embryonem, eo tendit, ut haec cavitas interior efficiatur. Necessarium itaque est, quod globulus germinis materiem suam mollem ac prope liquidam coarcet et stipet, organicaque formae aptet, atque uno puncto congerat. Hoe perficitur favente quadam vi per germen interfusa, quae illud intus alit et movet, unde divisio ejusdem materiei saepe saepius repetita, et molitus granularum innumerabilem. De quo indicium habemus in apparitione sulcormi, quibus superficies ejus imprimitur. Ovum seu germen batrachiorum perfectum, quale conspicimus, cum genitum sit ac fecundatum, obvestitur involueris pellcentibus minime essentialibus ad ejus evolutionem, uti choriou et annios; namque etiam tum cum ex his spoliatur, nullum detrimentum accipit, ut plures expertus sum: quod jam Rusconius nos docuerat; atque insuper refert ovum istud phaenomenon singulare ac mirum analogiam habens cum plantarum germine, seu potius cum radicula et plumula, nimirum, quod pars ejus superior, quae dicitur haemispherium superius (respondet enim dimidio circiter superiori) videtur esse levior, nam quamvis sit more modoque inferioris plenum et tantum ab alio differat portiuncula materiei subcinereae et interdum nigritantis, ex. gr. in busone vulgari, nihil tamen secius sursum semper tendit, quamquam in oppositam directionem vertere nitaris: pars ejus inferior, quae dicitur haemispherium inferius, videtur esse gravior, properea quod tendit semper deorsum. Haec duo haemisphelia distinguuntur aliquoties et colore et macula quadam, vel puncto peculiaris, quod, cum adsit, observatur in haemispherio leviori, quodque habitum est a Prevostio et Dumasio, a Baerio, aliisque pro cicatriculae analogo. Haemispherium levius illud est, quod cavitatem branchio-gutturalem gignit se se intus cavans descensu a superioribus ad latera et ad inferiora, aut, aliis verbis, praecipitatione et stipatione materiei granosae in haemispherio opposito, ubi vitellus ex hac ipsa materie granosa qui-

branchialia sünduntur ad extremitatem liberam in quatuor, aut quinque filamenta, quae eitissime crescunt et elongantur ea tamen ratione, ut branchia anterior superet tantillum posteriorem longitudine. Satis porro ex se patet hasce branchias constructas esse a productionibus et duplicationibus cutaneis, aut cutaneo-mucosis, quae habent in se comprehensa vasa arterica et venosa conjuncta et flexa ad instar ansarum aut arcum vascularium, quorum apparitio eundem apparitionis filamentorum branchialium ordinem praesert. Cum autem illae jam pelluentes branchiae microscopio inspiciantur, tunc spectacu-

---

dem collatus in vesiculam se recipit, dum iam totum ovum de forma pene liquida ad solidam sensim demigrans obvolvitur cute, itemque cavitas dicta suapte membrana mucosa. Quam vero cavitatem iterata observatione comperi ampliari plusquam par est, et germen ferre totum occupare. Tunc istud prae ceteris majorem evolutionem consequutum esse videtur, atque in eo saepissime carina, aliaeque notae, in quas se induit germen formam embryonis assumens, delineari videntur. Sed processus formationis cito consistit, et germen, seu embrio de die in diem magis tumescit, et perit Haec igitur per ampla cavitas morbosa est, ejusque amplitudo originem dicit ex atrophia aut defectu substantiae granosae vitelli. At, cum normalis sit, habet totum haemispherium superius, inque eam prominet vitellus, et formam lunae crescentis illa praesert, cujns tamen cornua extrema videntur et subire aliquantulum haemispherii gravioris. Quum cutis, quae ab haemispherio leviori incipit, et paullatim extenditur ad alterum haemispherium (quod cum omne ipsa non occupaverit, vitellus clare patet, ut ita dicam, per foramen magnum umbelicale, quod perfectio ne cutis suffragante contrahitur, et obliteratur), totum germen obduxerit, tunc cavitas branchio-gutturalis tenet haemispherium levius, superque eam delineatur sulcus carinae, sub qua inspiciatur vas pro aorta jure meritoque habitum. Quare hae evolutionis periodo cavitas, de qua loquimur, trunco respondet; sed cum carina incipiat exsurgere et distingui, et cum producatur cauda, magisque caput evolvatur, haccce cavitas sensim ad anteriora pergit, et vitellus, qui prae illa erat inferior, posterior fit; ipsa autem, paullum coaretata, fit anterior. Quapropter inter caput et vitellum locatur, ibique protuberat utrinque in duas eminentias, et in cavitatem branchio gutturalem evidenter desinit; nam duae eminentiae sunt initia branchiarum externarum, jam composita, ut innisi, a membrana mucosa cavitatem obvestiente, et cute, quas inter membranas efformantur in posterum arcus branchiales et ausae vasculares, quae, cum magis magisque ef-

lum mirum et plenum delectationis nostris oculis subjicitur: unumquodque enim filamentum duas exhibet globulorum sanguineorum decolorium fluvias contiguas et parallelas, quae suum cursum in oppositam rationem dirigunt, simulque, sere quadam attractionis specie, continuantur ad anastomosim, arcus ad instar, duorum vasorum eas continentium. Qui globuli pro unaquaque fluvia neque ingeminantur, neque in multitudinem coacervantur, uti observare solemus in membranis translucidis animantium aetatis provectionis, sed fortasse prae exilitate vasorum unica serie fluunt ita, ut alter alterum mi-

florescant et multiplicentur, erumpunt secum trahentes productionem membranaceam praecipue cutis, et constituentem branchias externas, quae entanearum nomine distingui possent. Vitellus tardius mutationes subit, per quas de statu aut forma vesiculae demigrat ad formam intestini aliorumque viscerum; quod post harum branchiarum deletiōnē tantummodo evenit. En evolutio et metamorphosis hujusmodi cavitatis germinis in cavitatem branchio-gutturalem abiturae. Ejus porro origo, seu primita vestigia remotius ducenda sunt: nam multo ante, quam materies granosa germinis congeratur in haemispherio graviori, et septa fuerit vesicula membranacea vitelli, adparent. Cum germen evolvi incipiat, prima phaenomena sese nobis offarentia sunt quidam sulci, quorum apparitionis ratio mihi visa est differre ab ea, quam Auctores tradiderunt. Re quidem vera primus sulcus, qui ad haemispherium levius in duo dimidia dividendum illico imprimi affirmatur, quique paullatim extenditur ad haemispherium gravius, non una, ut dicitur, sed duabus vicibus sit: conflatur enim ex duobus sulcis minoribus oppositis non insimul exorientibus, sed successive ad punctum cicatriculae comparatum, qui invicem tamen junguntur ad centrum haemispherii levioris, ut sulcus illud totum dividentem constituant. Affirmare nescirem, utrum ipsi a centro haemispherii praedicti ad peripheriam, an a peripheria ad centrum producantur; namque in ictu singuli successive imprimuntur, itemque ictu coalescunt, praevia majori coloris saturitate et motu perobscurō inexplicabili. Atque itidem dicendū est de altero sulco, qui primo coit utrinque ad angulum saepe rectum, ut construatur sulcus cruciformis. Quatuor hosce sulcos in formam crucis convenientes pluries ipse vidi successive adparere in germine faecundato ranae esculentae, et speciatim salamandrae exiguae. Vidi quoque punctum cicatriculae adinstar non semper ex toto deleri statim ac primus sulcus impressus extat, et quandoque primi duo sulci; nam hi non tenent exactissime medium haemispherii superioris, eamdemque rationem duo reliqui, qui ad an-

rando ordine sequi jugiter conspiatur. Eorum motus ipsissimus non est ac motus globulorum pariter seriatim incedentium in vasis regionis caudalis, sed alternum contractionum cordis impulsu[m] experitur, et ad concussum sit. Una fluvia est globulorum, quam venosam nuncupabimus, quae ab insertione filamentorum branchialium incipit, pergitque ad arcum mutuae osculationis vasorum, ubi nixatur se effundere in alteram, quae arteriosa dicenda est, quaeque jam nil aliud resert, quam continuationem praedictae, quae, cum arcum superasset, et haematosim absolvisset, ad filamentorum insertionem reddit. Viae porro seu canales, per quas persicitur dictus globulorum circulus successive formantur, et videntur produci alterae ab alteris, nimirum ausae vasorum secundariae a primitivis, earumque dispositio et successiva formatio infertur quoque ex

---

gulum saepe rectum cum primis convenient, observant. His quatuor sulcis in crucem abeuntibus et haemispherium gravius corripientibus, alteque pervadentibus haemispherium levius, ubi horum impressio uti ocior, ita altior sit propter vim, qua illud gaudet, evolutionis potentiores, tunc adparet sulcus ad horizontem parallelus, qui gerumen dividit in duas partes, quarum altera respondet haemispherio leviori, et paullo minus extensa est prae altera, quae respondet haemispherio graviori. Si hac periodo seces gerumen ad perpendicularum, in oculos incurrit rima media, quae centrum germinis haud tenet, sed haemisphaerium superius, quaeque initium est cavitatis, quae pro sulcorum et granulorum multiplicatione magis magisque adaugetur, et fere centralis evadit. Aperto germine, quod ante ope acidii nitrici diluti obdurnerit, perimetros cavitatis offert superficiem inaequalem, nimirum conflatam ex lobulis cuneiformibus invicem appositis, et ad majorem soliditatem sic accomodatis, qui nil aliud sunt, quam granuli grandiusculi de minoribus in minimos delabentes. Qui granuli cum per sulcos sese continuo subigentes pluries divisorint, tunc incipiunt paullatim elabi haemispherio superiori, atque ad inferius transferri in vesiculam concludendi, donec vitellus constet. Inter haec cavitas videtur obliterari, sed nil aliud accidit, quam totius haemispherii superioris occupatio, et in cavitatem semilunarem desitio. En igitur comprobatum, quod supra adstrueram, idest inter primas germinis formationes recensendam injusinodi cavitatem in branchio-gutturalem abituram, quam manifestum est efformari a coaretatione materiei germinis, et a se-junctione ab haemispherio superiori, ut perficiatur substantia granosa vitelli, quae in haemispherio opposito conflatur. De reliquis formatiobibus non est hic disserendum utpote meo absonis argumento.

elegantissimis Rusconii iconibus, ut videre est in Tab. III. et IV. adjectis dissertationi praeccitatae de ranae communis evolutione, ubi et comperitur, quomodo haec circulationis sectio servat characterem, qui congruit circulationi reptilium, et quomodo arcus vasculares branchiarum communicant et cum trunco aortico et cum arteria ex unico cordis ventriculo derivante. Quae sanguificationis organa fugacissima sunt: nam, ut vix perfectionem attigerunt, statim contrahi incipiunt et dilabuntur, atque ob incrementum et productionem ab anterioribus ad posteriora duplicationis dermatio-mucosae pellucidae (1), quae pro branchiis internis vicem operculi facit abitque serius in sacci pectoralis parietem, obtenguntur, atque innis suscipiuntur, ubi maximum atrophiae gradum consequuntae penitus delentur: quod dextrorum prius, postea sinistrorum evinit, atque hic etiam remanet tantum apertura seu canalis branchialis, dum illae obliteratur eo quod duplicatio dermatio-mucosa opercularis cum cute ad confinia anteriora abdominis colligatur, et prorsus caveam pectoralem ibi claudat. Atque haec sunt prima organa respiratoria, quae ranarum embryonibus generatim tribuuntur. Dutrochetus tamen aliter sentit, cum contendat hos embryones, saetusve, sic enim eos appellat, antequam respirationem obeant per branchias cervicales exteriores jam descriptas, respirare per quoddam organum semicirculare situm ad posteriora oris futuri citius sese evolvens, quam illas. Huic organo branchiarum facialium (2) nomen facit. Hae branchiae faciales respondent iis tuberculis seu appendiculis, quas Rusconius uncos nominat. Inveniuntur duplices in embryone et gyriu ranae esculentae, duplices et ad mo-

(1) Per hanc duplicationem pellucentem pulcre videas microscopii ope branchias hasce exteriore ad modum floeci collectas partim intra, partim extra saccum pectoralem, quae ex intervallo contractione partium, quibus adhaerent, et praesertim motu arcus branchialis anterioris moventur. Duplicatio vero, quae jam inferius et superius glutinata est cum reliqua cute, in orbem ita assargit et disponitur, ut et ipsa introflecti pone judicetur.

(2) Mémoires pour servir à l'histoire anatomique et physiologique des végétaux et des animaux par M. Dutrochet ec. Bruxelles 1837. p. 407. et 408. ec.

dum filamentorum, aut antennarum productae observantur in larvis tritonis salamandrae; simplices et semicirculares sunt in larva bufonis vulgaris. Constat ex meis observationibus in rana communi et bufone dicto ad hoc institutis has branchias primitus adparere sub forma lineae, vel maculae cutaneae semicirculatae, quae sensim sensimque deprimitur, donec abeat in fossulam lacunam mucosam, quae in rana esculenta multo minus in medio, quam ad latera est profunda, atque in duas perfecte aequales cito vindit ob lineam ab anterioribus ad posteriora porrectam, et ori superius, minimum qua altior latiorque ipsa prius adest, respondentem. Limbus dermato-mucosus eas obiens videtur primum interne interruptus, et de die in diem magis assurgit, luxuriatque adeo, ut duae prominentiae in caecum cavum desinentes nascantur. At in bufone vulgaris aliter se habent; quia haec lacuna, cum cavetur, magis penetrat primo in medio, quam ad latera, et simplex permanet atque unica, et pene diceres evolutionis quadam anomalia, quae ad defectum accedit, se haudquam bipartiri: duo tamen, quibus lacuna circumdatur, margines prominuli retrorsum aequi ac antrosum minime continuari videntur; propterea quod margo posterior in medio interrupitur, cum designat in canaliculum ad confinia anteriora abdominis decurrentem, ibique evanescentem in cutis planitiem. In embryonibus ranarum esculentae uncos Rusconianos vidimus a se invicem de die in diem recedere, ellipticos fieri, minusque profundos, et paullatim immixti, ac redigi ad duo puneta subnigra, quae conspiciuntur prope augulos oris paullo postquam branchiae cervicales externae in saccum pectoralem iam se intulerint. Diutius vero in larva bufonis vulgaris vestigia branchiarum facialium, de quibus est sermo, perdurant, parvumque semicirculum prominentem ad labium inferius expriment. Organum, quod eas repraesentat, incipit, ut admonui, in bufone vulgaris eadem sub forma, qua in rana communi, sed, quum branchiae cervicales extiores se ostendere coeperint, et os delineaverit, figuram adinstar V. init; eumque hoc sit jam perfectum, et illae sint jam deletae, rursus revolvitur in figuram semicircularem. Adnotavi illud distare aliquantis per ab ore etiam dum operculum branchiale cuti coaluerat, et mucidum quod-

dam ab eo gemere. Se*l* ejus fossula paullatim minor evadit et obliteratur, nec aliud superest, quam margo aut linea semi-circularis prominens, quae pergit ad anteriora, sisticque ad labium inferius, atque etiam existit, cum artus posteriores gyrinus iam exseruerit. Dutrochetus asserit se vidisse vitreac leatis ope hoc organum vasis sanguiferis scatere in larvis tritonis salamandrae, et speciatim in larva bufonis monstrosa. Mihi autem nec in hisce larvis pluries ad hoc examinatis, nec in embryone ranae esculentae datum est deprehendere talem sanguinis circuitum, qui me in suspicionem branchiarnum, ejusque in sententiam trahere potuerit. Hoc inimi affirmare possum, quod per istud organum branchiale praesumptam embryones foetusve batrachiorum ad corpora circumambientia se appendere possunt, illisque valde adhaerescere, ut comprobatur ex resistentia, quam ipsi, maxime vero si sermo est de bufonis embryone, obtendunt, cum eas corporibus circumambientibus avelle-re tentemus. Quamobrem arbitror me a veritate non absuturum, si affirmavero Dutrochetum in errorem incidisse dene-gando hinc organo hanc proprietatem, utpote praecipuam et exclusoriam. Fas itaque est ex expositis concludere, ut branchiis facialibus sit locus, instituendas esse novas accuratioresque observationes, nec a periculis cessandum: facto et ratio-ne magis consona est significatio, quam de illis protulerat Rusconius, niminum quod pro uncis, vel, si mavis, pro quadam parte ad oris aperturam cuncurrente potius quam pro organo respi-ratorio primitivo habendae essent. Hactenus de branchiis exterioribus, nunc de interioribus, quae praecipuam meo ser-moni praebent segetem, fusius disseram.

Per has quidem branchias interiores gyrini ranarum respi-rant, ut scitis, sere exclusive in metamorphoseos cursu; et prima illarum lineamenta adparent ad latera cavitatis branchio-gnathialis eo ipso tempore, quo branchiae cervicales exteriores extant oppido evolutae: branchiae enim interiores, cum operculum dermat-mucosum jami in externum sacci pectoralis parietem abiturum nondum cuti abdominis coaluit, palam conspiciuntur, sed quam maxime rudimentariae, et vix ramulis et quasi solis exornantur, et cum secetur embryo ad perpendicularum in duo dimidia lateralia, mihi datum est aliquo-

ties deprehendere duas exiguae plicaturas membranaceas, quae philtris Rusconianis branchiarum mediarium respondent (1), neque hac periodo absunt vestigia arcuum branchialium jam membraniformium, et filorum praecipuis vasis branchialibus praebentium. Sicut autem hae branchiae non prorsus evolvuntur ac perficiuntur, nisi post quoddam temporis spatium, ita eas, non aliter ac sint in gyrinis deductis ad eum statim et incrementum, quod repraesentatum est in Figur. 1, 2 et 3 Tab. X, descripturus ero. Sublatis igitur productionibus cutaneis eas operientibus, statim in conspectum veniunt duae prominentiae *cc* fig. 3., *bb* fig. 4. Tab. XI, ovatae, in gyrino adhuc vivo subrubeae, atque in demortuo et spiritu vini asservato subcineraceae, quae tenent latera cavitatis pectoris, et sunt anterius multo propiores, quam posterius, inter quas jacet cor pericardio septum, et arteria branchialis, aut si malueris aorta. Superficies, quam ipsae offerunt, convexa est, et in gyrino ad tertiam metamorphoseos periodum, scilicet aliquanto post exteriorum branchiarum deletionem se sistit sub forma ramulorum potius infrequentium, qui quotidie magis florescendo, foliisque se exornando adeo alii in alios applicantur, ut primo immixtu superficies illa ex toto continuari, aut conjungi videatur. Sed si in hanc alte penetres spathula argentea, ejusdemque naturalem divisionem explices; aut si ramulos praedictos forniculis planis tondeas (hac enim tonsione, ut pluries expertus sum, nec animal vivum se pati ostendit, nec, salvis latioribus vasis, multum sanguinis manat); si utaris, inquam, hac ratione, statim agnoveris illam superficiem a tribus vacuitatibus aut rimis profunde penetrantibus diripi in quatuor partes dimensionibus impares, arcuatas, et oblique ab exterioribus ad interiora, et ab anterioribus ad posteriora tendentes, quae sunt ipsae branchiae, quatuor pro unoquoque latere. Cum tomentum, sive tonsionem residnam speculemur adeo super vitrum dispositam sub aqua, ut absit a coacervatione et impli

(1) Philtra branchiae anterioris ac posterioris non adparent propterea quod cum parietibus cavitatis branchio-gutturalis confundantur. Serius, formatione progrediente, assurgunt, et manifestissime distinguuntur, inque facie libera exornantur soliis, ut in posterum etc.

catione, conspicimus lente simplici et vix objecta angente ilani referre imaginem exiguorum feliorum melius cum foliis acanthi, quam cum aliis se conseruentur, quae communni ramo ita adnectuntur, ut pars circumferentiae rami ipsius intacta et nexibus libera permaneat. Tam folia, quam ramus, de quo ipsa pendent, efformantur a tenui et porosa membranula comprehendente minutis propagines vasorum, quae penicillos branchiales constitunt. Branchiae autem ita sunt ordinatae, ut in veras vel completas, et in falsas vel incompletas distingui possint. Inter falsas recensentur anterior sive prima, et posterior sive ultima, quae adhaerent parietibus cavitatis branchio-gutturalis et pectoris, et simpliciores brevioresque sunt: inter veras duas falsis mediae, idest secunda et tertia, quae sunt liberae, extensiores, longiores, ramisque branchialibus ditiores, ac omnino stiores foliis. Utique quatuor pro singulis lateribus branchiac, quatuor item sunt exigui arcus branchiales fig. 4. *bbbb* Tab. XI. natura cartilaginei, qui cum extremitatibus anterioribus ac inferioribus junguntur corpori ossis hyodei pariter cartilaginei, cum extremitatibus oppositis ad regionem occipitis adnectuntur per substantiam membranaceam et musculariem; cum margine convexo respiciunt ad inferiora, nec non ad exteriora, et sufficiunt ramos branchiales jam descriptos: cum margine tandem concavo respiciunt ad superiora nec non ad interiora latae gutturis cavitatis, et sufficiunt membranulam instar semilunae, quam philtri nomine Rusconius distinxit.

Talis tantique ponderis est, Academici Doctissimi, ista branchiarum portio ad meum propositum, ut non possim non de ea fusi et accuratius, quam caeteri usque adhuc, profari. Membrana mucosa cavitatem branchio-gutturalem obvestiens ea est, quae sese induit in hasce plicaturas, seu productiones membranaceas ab exignis arcibus branchialibus pendentes. Iam supra innui rudimenta illarum, quae ad veras branchias pertinent et liberae sunt, clare conspici posse etiam tum branchiac cervicales externae adsunt: serins et duas aliae distinguuntur falsis branchiis respondentes, quae videntur exilire parietibus praedictae cavitatis, iisdemque magna ex parte adhaerent. Simplices ac laeves, destitutae nimirum sulcis plicaturisque tortuosis sunt, nec forma ipsis consona, quaque earum characteres

organici constant, non plane cognosci licet, nisi in gyrinis ad quartam metamorphoseos periodum pertingentibus. Qua in periodo, cum cavitas branchio-gutturalis aperiatur, illico cadunt ob oculos octo duplicationes, seu productiones membranaceae *iii i fig. 5. Tab. X*, quatuor pro unoquoque latere, invicem proximae, et distantes eo tantum intervallo, quod ad ipsas distinguendas sat est, quodque evidenter infertur a transitu membranae mucosae a formatione productionis, seu plicaturaे antecedentis ad formationem subsequentis: namque in eo transitu membrana mucosa deprimitur rediens in contactum parietis cavitatis branchio-gutturalis, ex quo profecta erat. Memoratae vero plicaturaе, si initium facimus ab occipitali regione, descendunt, eodemque tempore a se paullum recedunt, et obtinent singulae marginem concavum, sive internum, et ex uno latere superficiem etiam exigui arcus respondentis, quem cum percurrent, a sese sensim sensimque rursus accedunt, et, cum ejus extremitatem hyoideam attigerint, minutum, quem liquerant, contactum sibi restituunt, atque itidem, ut adnotavi ubi earum originem posui, dенно coagamentantur. Hic porro membrana mucosa sese evolvens undique circum ipsas conficit oram, qua conlecta per plicaturam semicircularem, ad quam se singit ambiens ad latera et ad inferiora os hyoideum, continuatur super internam superficiem hujus ossis, et hinc in gullam saccosque pulmonum, illinc versus oris aperturam producitur. Descriptarum duplicationum forma aliquantulum inter eas differt, nec similitudinem habet lunae crescentis, ut docuit Rusconius, sed vergit potius ad figuram rhomboidalem, maxime in branchiis veris: nam hic duplicationum ora fluctuans et soluta in cavitate branchio-gutturali est inordinate convexa, et convexa est pariter altera earum ora, per quam ipsae exiguis arcubus vinciuntur. Duplicationes completarum branchiarum propriae duabus gaudent faciebus, quarum una respicit ad exteriora et anteriora, altera ad interiora et posteriora. Cæterum duplicationes omnes, idest et quae ad completas et quae ad incompletas branchias attingent, sequuntur directionem obliquam, quae reperta sunt in exiguis arcubus mucicuque duplicationi respondentibus; et videntur ita aliae in alias cum oris internis applicari posse, ut spatium ipsas sejungens penitus clau-

dant, et in speciem receptaculi adeo vertant, ut liquida inter easdem fluentia detineri queant, atque idcirco ramosas branchias sensim sensimque permeare. Quod ad generales earum qualitates spectat, colorem habent subfuscum, sunt molles, pulposae, potius crassae, et semper imbibitae humore, qui magna ex parte, ut arbitror, provenit ex eminente gradu illius textuum proprietatis, quae imbibitio seu endosmosis dicta est: ex natura sunt opacae, sed super vitrum expansae et siccatae sunt pellucidae. Ut earum superficies inspecta est, obviae sunt oculis exiguae plicaturae tortuosae a Rusconio descriptae, quae per sulculos nonnihil profundos aliae ab aliis distinguuntur. Sed si ejusmodi plicaturae aliqua attentione, et simplici lente vitrea examinentur, mox comperies eas non jam constituere speciem exiguorum plicaturarum tortuoso incessu, sed seriem exignorum foliorum analogorum illis, quae sunt branchialibus ramis superius descriptis fig. 4. Tab. X. Pro unaquaque praesumpta exigua plicatura duae exiguorum foliorum extant series, quae parallelae incedunt inter se et ad latera tenuissimae lineae albidae sese ducentis ab una ora convexa ad alteram pariter convexam philtrei, atque efformantes speciem rami, cui exigua folia cum perbrevi petiolo appenduntur. In duabus branchiis mediis, seu veris super ambas facies plicaturae membranaceae philtrei conspicuntur hae duplices exiguorum foliorum series, quarum numerus ascendit ab octo ad duodecim, et, ut videtur, differt, prout discernunt individua, et forte etiam metamorphoseos periodi. Notandum est autem, quod illae super faciem externam sunt longiores, et viderentur fere continuari cum ramis branchialibus, nisi ipsas dividere siliculos arcuatim, ubi consistentes elegante denticulum extrahunt.

Cum jam, quae ad internas ranarum gyriorum branchias pertinent, conformatio et structura descriptae, neque minus de monstratae sint, prout iterum iterumque a me fuerunt detectae et comprobatae non parum dissimiles illis, quas nobis Auctores declaravere, nunc ad eamdem branchiarum texturam veniam, et brevius ac dilucidius quoad fieri possit, ordinem dispositionemque vasorum sanguiferorum iisdem inhaerentium exponam. A corde initium sit. Cor larvarum ranarum,

quod ad ejus essentialia elementa, non discrepat a corde animalis perfecti, cum ex ventriculo et auricula constet. Auricula recipit praecipuas corporis venas, cavam nempe posteriorem, binas anonymas ec, et ventriculus, qui etiam in gyriis admodum juvenibus habena subnigra, qua pericardio vincitur, gaudet, originem tribuit arteriae unicae, cui nomen alii fecerunt arteriae branchialis, alii arteriae aortae. Haec arteria ad anteriora versus animalis rictum producitur sese proferens prout recedit ab origine, et incedendo sese flectens fere adinstar litterae S. Sub finem prius tumescit in bulbum comparandum bulbo arteriae branchialis piscium, et deinceps dividitur utrinque in duos ramos, fig. 4, 5 et 7 Tabulae XI., videlicet in duas arterias, quae iter capiunt versus exiguo arcus branchiales, quos antequam attingant, dividuntur singulæ imparibus intervallis in duos ramos ita, ut, juxta antedictum, observentur ex unoquoque latere quatuor vasa, quae ad quatuor branchias respondentes pertinent. Haec porro exiguo arcus branchiales pone legunt, adparentque evidentissime in gyriis junioribus etiam non praeparatis ob foliorum infrequentiam, et in proiectioribus, cum diligenter ramuli branchiales tunc foliis referti praecidantur, divisa in duos ramos super convexam exiguum arcum oram acquidistanter sitos, qui, nulla opere injectione, sunt, quod ad speciem, duae curvilineae subnigrae, parallelae, inter se communicantes per anastomoses transversas, et conjunctae tam qua incipiunt, quam qua desinunt: quare haberi possunt eeu insula vel magna ansa vascularis comprehendens tot parvas insulas sive ansas secundarias, quot sunt anastomoses, quae inter vasa et vasa intercedunt, sive quot sunt intervalla vacua, quae inter ejusmodi communicationem apparent. Ex memoratis autem duobus vasis arteriae et venae branchiali Iluschkianis, seu trunco principi ejusque ramo Rusconii respondentibus exiliunt rami venosi et arteriosi, qui sese subdividentes constituunt penicillos branchiales, quorum minimae extremitates plurimos canaliculos efficiunt, qui simul omnes ita continuantur, ut sane quidem repeatant dispositionem, quam videre licuit in duobus praecipuis vasis, e quibus omnes praedicti rami originem duxerunt. Sed res ita simplex non est, cum cum auferuntur branchiae injec-

tione prius oppletae et protenduntur super vitrum, ut ad maiorem evidentiam siccentur. Mox enim perspicitur vas tertium praecipuum e fig. 6. Tab. XI, quod legit concavam exiguorum arcum oram, et praecedentibus objicitur. Hoc vas a caeteris, quantum scio, non antea inspectum una cum truncu principe disseminans ramos inter binas laminas duplicationis membranaceae philtrei extruit rete admodum complexum, ubi distinguuntur vasa inferentia atque efferentia, et altera circulatio per quam affinis ei, quae branchiarum ramosarum est propria, cui et nomen assui potest circulationis branchialis philtrei. Vasa porro duplicationis memoratae primitus mihi innuerant vasa fore nutritia, et plane erectilem textum, qui tumescendo idem praestaret, quod ab eadem duplicatione Rusconius repetivit, ad impedientium, quominus corpora extranea os subeuntia inter branchias sese immitterent, atque ita canalem branchialem obstruerent. Sed perpensa vasorum sanguiferorum quantitate juxta relationem partis, quae ipsis erat nutrienda et conservanda; revocata ad examen maxime illarum praevalentia circa partem eandem; detecta in exiguis plicaturis serie exiguorum foliorum ordinate dispositorum parum exiguis foliis ramorum branchialium; repertis novo in vase iis ipsis characteribus, quos citatus Zootomus trunci principis ramo tribuerat; ac demum observatis tum relationibus inter truncum principem ejusque ramum intercedentibus, tum mutuis communicationibus destinatis mixtioni sanguinis arteriosi cum sanguine venoso; e vestigio suspicionem exui in eo sitam, quod illa vasa tantum essent inservitura nutritioni partis, qua fulciebantur, sive erectilem textum conficerent, et in mea mente persuisi, quod ipsa constituerent alterum sanguificationis organum, alteram cireulationem, nimiri quae est branchialis philtrei. Ex his itaque animadversionibus liquet, novum vas a me compertum non esse, nisi secundum ramum trunci principis, ex quo illud inferius anteriusque enascitur, et in quem ad superiora versus occiput exoneratur. Hic autem secundus ramus lumine uniformi prorsus omnis non gaudet: nam eo est arctior, quo termino propior, et contra; praeterea comparatus ramo, qui parallelus incedit vasi principi, huic similis constat. In eodem, ut dispicies in fig. 6. Tab. XI, inseruntur rami, qui numero a

branchiis ad branchias, forsitanque etiam a periodis ad metamorphosium periodos nonnihil discrepant, et oppositam directionem habent: alteri enim sunt externi, et ad truncum principem vergunt; alteri sunt interni et inter binas laniinas membranaceas philtri ascendunt. Hi postremi, qui littera *ff.* ibidem indicantur, dum transeunt per ejusmodi laminas, dividuntur et subdividuntur in ramos, qui magis magisque multiplicantur et attenuantur, donec exilissimi saeti exigua philtri folia pervadant, gignantque rete maxime complicatum, quod nudo oculo conspicitur effictum latis matulis, quarum intra aream lente vitrea et lucee nitida inspectum aliae minores matulae panduntur, quae alias semper minores capiunt, quodque ad oram liberam philtri, seu oram respicientem faucium cavitatem magis, quam alibi exertum efficit totum continuum cum rete altero praecente originem novo ramorum *gg* ibidem ordini, qui descendit, et in veris branchiis philtri portionem obtinet a latere externo exiguos arcus obtegentem et occludentem. Quod ad latus hi rami descendentes deducti accipiuntur a ramis externis *hh*, aut istos accipiunt, et brevi lapsu jam in unum coacti ramum, finem suum obtinent sese in truncum principem effundendo. Antequam tamen rami externi in descendentes inserantur, aut a descendantibus accipientur, mitunt et ipsi, accipientque ramiculos, qui saepe inter se, et cum rete descripto anastomosim ineunt. Addendum est etiam, ramos externos haud semper in ramis descendantibus, sed aliquando in principe trunco finem direete sortiri. In falsis branchiis, et praecipue in quarta dispositio haetenus descripta eadem ad amussim non est eo quod philtrum ex una tantum pagina construitur, nam facies, qua adhaeret cavitati branchio-guturali, hae structura branchiformi vaeat. Rami externi sunt longiores et evolutiores, eosque dieeres conditores ramorum descendantium, qui instar spectantium ad veras branchias accipiunt ramiculos collaterales provenientes a rete ab internis ramis efformato. Constat igitur ordinem et distributionem vasorum sanguiferorum in philtro ingredi ordinem et distributionem generalem vasorum sanguiferorum, quae ad branchias ramosas pertinent; rami interni sunt vasa inferentia philtri analogiae, quae emitit ramus, qui trunco principi parallelus abit:

rami externi in anastomoses, per quas fit mixtio sanguinis venosi cum sanguine arterioso, desinunt, anastomoses, inquam, iis similes, quae inter duo vasa antedicta intercedunt: rami descendentes sunt vasa efferentia, quae sanguinem oxygenatum in principem truncum transferunt. Non vacat hic significare unicum discrimen inter ramos branchiarum ramosarum, et ramos philtrei in hoc consistere, quod rami in branchiis ramosis dividuntur et disponuntur in penicillos, et rami in philtro retia componunt: de quo quidem insimulanda est philtrei constitutio, quae non ex tot parvis sectionibus liberis, aut inter se disjunctis, sed ex membrana prorsus continua derivetur.

Ex hactenus dictis facile intelligitur, quomodo in gyriorum branchiis circulatio perficiatur. Sanguis a corde pulsus in unicam arteriam, quae e cordis ipsius ventriculo oritur, atque ideo in quatuor ramos, qui ex hujusmodi arteriae divisione nascentur, et tandem in octonos principes ramos, qui ad octonas branchias pertinent, antequam in easdem influat, subdividitur in tres portiones, quarum unaquaeque in canale respondentem recipitur. Prima portio directe penetrat in truncum principem seu receptaculum commune efformans continuacionem praecipui vasis, quod singularum branchiarum proprium, et ceu branchialis earundem arteria est. Reliquae duae portiones innunciant in collaterales trunci principis ramos, quorum alter, ut dictum, exiguorum arcuum convexitati, alter concavitati obsequatur, et uterque venarum munere fungitur. Cum sanguis pervenerit in binos canales descriptos transit in ramos ex ipsis proficiscentes, et deinceps in ramulos et penicillos, si agatur de branchiis ramosis; si vero de membranacea philtrei duplicatione in ramulos et retia ab his concinnata. Ita sanguis pergit ad divisionem et subdivisionem super latissimam superficiem, atque sibi comparat eas omnes conditiones, quibus necesse est, ut elementum ambiens illum afficere, et spoliare carbonio possit. Sanguis indecirco ad immediatum elementi ambientis contactum deductus carbonium amittit, et oxygeno imbutus partim transit in penicillos arteriosos, partim in retia arteriosa jam cum venosis continua, ab his retibus et penicillis progrediendo viam sibi parat ad ramulos, atque inde in ramos ex his conflatos, et postremo in arteriam sive truncum

principem effunditur. Non omnis tamen sanguis per branchias fluens haematoseos mutationes patitur: nam parva ejus quantitas, quae a via rannorum de venis proficiscentium evadit, et intra venas manet ad eas percurrendas, sumum iter absolvit in arteriam immutatus revertens: quoniam duae venae, ut compiperimus, in hanc inseruntur versus occipitalem arcum branchialium extremitatem, et altera major sanguinis quantitas in philtro deflectit pari modo ab actione fluidi oxygenum impertientis, aut per externorum ramorum anastomoses cum ramis descendantibus sive arteriosis, aut per ramos tantum externos ut in falsis branchiis; et in branchiis ramosis per ramos ansam præbentes anastomosibus transversis inter arteriam et venam huic parallelam. Sanguis igitur, qui se per venas ab arteria subduxerat, totus redit in ipsam, ubi ultimam mutationem oblit cum sui portione, quae in ejusmodi vase excipitur, et cuncta dein massa sic oxygeno ditata et commixta circulationem et diffusionem peragit per universum corpus sese effundendo in arterias capitis, et pulmonum, et in arcus aorticos, quae omnia vasa nascentur ex mutua coniunctione, ad quam arteriae branchiales veniunt statim ac respondentes branchias deseruerint.

En ergo, Sodales Praestantissimi, due circulations in gyrorum ranarum branchiis evictae, quarum una, jam cognita, est circulatio branchiarum ramosarum, altera non descripta non modo, sed ne antedicta quidem ab aliquo est circulatio branchialis membranaceae philtri duplicationis: ambae autem, salvis discriminibus fortuitis, super eundem typum effictae, et strictam relationem inter se habentes. Quocirca duplices sunt internae larvarum praedictarum branchiae, et vocabulum philtri a Rnsconio adhibitum ad designandam membranaceam duplicationem, quae per meas observationes erecta est ad officium organi haematosi inservientis, novarum nempe branchiarum, nec accommodatur, nec amplius congruit structurae, textriae, usque præcipuo duplicationis ejusdem. Itaque si ad philtrum indicandum sufficeret exinde appellationi philtri alteram branchiarum accessoriarum, seu accuratius branchiarum membraniformium, non idcirco arbitror me nomenclature præjudicium aliquod novitatis attulisse, quando et facta et circumstantiae id omnino postulare videntur.

Pro se quisque sat videt, quantum ob harum branchiarum inventum extendatur superficies ad haematosim comparata, et quousque tanta extensio conseniat cum apparatus caeteris componentibus sistema, cuius sunt multiplices operationes functionesque vitae organicae, et praesertim cum superficie chylificante, quae longior decies aut duodecies longitudine togis larvae extenditur super internam circumferentiam tubi involuti ad modum geminatae spirae hand aliter atque geminae cochleae, quarum altera alteri circumducitur. Ratio quoque agnoscitur celeris incrementi, vegetationis, visque membrorum corporis in gyriis, et facilis citaeque redintegrationis eorumdem. Liquido item perspicitur, cur sanguinis creatio et copia major sit, pro rata portione, in gyro, quam in animale transformato, idest cum pulmonibus exclusive respirante, et quomodo hic character nos ducat ad analogiam instituendam cum embryonibus, aut foetibus piscium praecipue cartilagineorum, qui branchiis internis externisque gaudentes, magis ipsi quoque, quam animal perfectum, sanguinem pariunt. Nec tandem mihi opus erit sequi opinionem a Carusio in piscibus speciatim acceptam, quod membrana mucosa tubi digerentis gyronorum, quippe scatet immensa vasorum sanguiferorum copia et humectatur continuo ab aqua cum cibis sese in eum introducente, deserviet et ipsa respirationi euidam intestinali: verum enim quidem est vasa ejusmodi tubi mucosam legentia esse innumera et minima, atque addam etiam referre multum dispositionis, quae in elegantibus minimisque retibus pulmonum ob oculos ponitur; sed extensio, quam dedimus respirationi branchiali, non indiget hujus rationis accessoriae et forsitan hypotheticae, ut tota sanguinis massa contactum elementi ambientis adeat, atque ita novam vitam pro generali aconomiae ministerio capessere possit.

Ut vero redeam ad primum argumentum, a quo sum parumper digressus, praec oculis habere juvat duplicitatem et extensionem circulationis branchialis, atque ideo duplicitatem branchiarum descriptarum satis esse ad constituendum discrimen, sin essentiale, luculentissimum saltem et maximum inter ranarum gyrios, salamandrarumque larvas, nec non inter Proteum anguinum, Sirenem lacertinam, et quacque alia ba-

trachia urodelae a branchiis permanentibus, fugacibusve hac fere ratione adhuc perpensa: nam circulatio branchialis gyrinorum, excepta nota classis propria jam sita in provectione per corpus sanguinis mixti, nil simile praefert circulationi, quae memoratis amphibiis inest. Quod, si ad nanciscendum illius circulationis analogum, alio vertendum est, nos ad proximam piscium classem quidem sane configianus oportebit, et jam per Rudolphii et Ratchkii observationes scimus embryoues piscium cartilagineorum, et forte etiam nonnullorum, quos osseos vocant, habere branchias exteriores deciduas in internis permanentibus insertas: comperimus, auctore Geoffroy Saint Hilaire seniore, superesse nonnunquam in aliqua silurorum specie, in hetero-branco anguillari ex. gr., portionem branchiarum ramosarum in peculiari prolatione cavitatis branchialis inclusarum instar prope secundae ex branchiis primitivis per totum individui vitae cursum duraturae. Quae facta sin accuratam integrumque analogiam constituant, saltem hanc partim explent: nam dum ostendunt branchiale gyrinorum circulationem quantum vis complicatam non exceedere fines variationum, quae in piscium classe fiant, procul dubio confirmant novas observationes a me vobis hactenus expositas.

Apparatus respirationis branchialis, de quo nuper disserui-  
mus, plus minusve modificatus permanet toto metamorphoseos tempore, ultra quod, quid de illo contingat, hic declarandi locus est. Dutrochetus ratus se deprehendisse, qua extarent branchiae, ea auditus organum apparere, censuit branchias in partem hujus organi transilire, et in tubam Eustachianam speciatim converti. Huschkius huic hypotesi aliam non minus disputabilem subjicit affirmans branchias coire super carotidis punctum, et efficere glandulam carotideam conferendam cum tyroidea animantium superiorum glandula praeseruentem retis speciem, ubi videt vasa afferentia, et efferentia, in quae carotis ipsa resolvitur, et e quibus renascitur. Multoties sequutus sum gradatum branchiarum decrementum, donec ad totam earum deletionem perveneram, et in ea progressione vidi semper, ipsas decrementum ingredi recedendo a corde, et se ab hoc magis magisque sezjungendo per interpositionem muscularum quorumdam, qui inter branchias et cor ipsum paullatim evol-

vebantur: examen institui de exiguis arcibus branchialibus, quos sensim semisimique contrahi et minui dispexi: branchiales rami sunt rariores, longiores et tenuiores, inde celeriter decurtantur et videntur insimul confundi; atque ita modificati speciem fere corticis nucis pineae branchiis, jam coarctatis et compactis, exhibere: a qua mutatione parum abest harum deletio, et nudae evadunt branchiales arteriae, quibus nullum aliud vestigium est indicans ipsas ad circulationis branchialis systema pertinuisse, quam major crassities, nigritudo, et flexio ad modum ansarum in illo perbrevi spatio, super quod paullo ante ultima branchiarum rudimenta informabantur. Praeterea animadverti deletionem branchiarum ramosarum paullisper praevire deletioni branchiarum membraniformium; et, cum injectio mibi benevertisset, adnotavi, retia ultimorum injectionis matricie facilius oppleri, quam ramos primarum, qui mihi dein suspicionem ingesserunt impervias omnino evasisse. Ex quo processu quisque videt transformationem branchiarum in tubam Eustachianam, aut in glandulam carotideam ab observationibus et factis abhorrrere. Non est tamen censendum seenndam hypotesim e simplici imaginatione aut praecognitis principiis prorsus ortam, quod de prima pronuntiaremus: nam interdum, metamorphosi confecta, mihi contigit observare nonnullas branchiarum reliquias super arterias branchiales; quae anomalia seu evolutionis retardatio probabiliter inducere potuit ad statuendam hypotesim reductionis branchiarum in glandulam carotideam. Quibus observationibus et considerationibus concludendum est de branchiis evenire, quod de tot aliis embryonum et foetuum organis, quae, cum transformatentur, non supersunt ad alias partes organicas componeendas; sed transformatio ex absorptione et atrophia procedens non reducitur, nisi ad quaedam obliteranda, et nudanda praecipua vasa branchias inumentia; quae quoniama ex ipsis egressa coibant etiam ante metamorphosim, Rnsconio jam praemonente, ad capitis, pulmonumque arterias et aortam efficiendum, sic eadem permanent excepto discrimine quopiam refundendo in lumen aliquanto majus, quod a pulmonali arteria aquiritur. Comprobatum ergo et perspicuum fit, quod branchiae, prout assumentes alienjus organi permanentis formam et officia, non perstent, sed omnino delectantur,

et lenta atque gradata earum deletio relationem habet cum modificationibus maximi momenti novisque formationibus organicis aliorum apparatus, et speciatim cum insigni decurta-  
tione et perfectione canalis digerentis, cum plena evolutione apparatus uro-pojetici, cum apparitione venae umbilicalis aut abdominalis, et si sermo est de mare cum formatione et evolutione duarum vesicarum, quae ad gutturis latera inveniuntur, quasque laryngeas vocant (1) et potissimum cum majori vi activa et perfectione apparatus acriae respirationis.

Ecce autem nos pertracti, Ac. Pr., ad examinationem pulmonum, sive permanentium respirationis organorum, quae batrachiis generatim insunt. Fertur in eorum larvarum nota contineri pulmonum angustia et longitudine ita ut descendendo fere totum diametron antero-posteriorem cavitati abdominis metiantur. Haec nota omnibus metamorphoseos periodis non plane respondet, atque idecirco modis praedictis enunciata nimis generalis et accurationis expers est, nec in gyri-  
no ranarum observatur, nisi cum artus posteriores apparuerint et aliquantis per creverint. Intuentibus Figuram primam Tab. XI. haec reperire licet: pulmone sinistro exhiberi per-  
brevem sacculum caecum protensum usque ad renem respon-  
dentem, pulmonem vero dexterum paullo longiusculum ire ita  
tamen, ut pusillum membranatam libellam excederet. Neminem latet imparem longitudinem esse notam pulmonibus horum reptilium inhaerentem, quae, ut patet, non ab alio derivanda est, quam a forma primigenia, aut archetypa, ut vocant.  
Saccus, quem nuper diximus, est atro-fuscus, flacidus, et spe-  
cie vesiculari aut spongiosa fere destitutus, nec non praeditus

(1) Hie character sexualitatis non secus ac alii, et organorum genitalium interiorum perfectio non adparent, nisi post metamorphosim. Quare, si in juvenibus ranulis externos characteres species, non est cur assimes ad quenam sexum ipsae pertineant: namque huic praeceps non est locus. Cum autem eas secemus, fere in eadem manemus haesitatione: frustra enim laboratur ad oviductum inveniendum, quippe qui est ultima apparatus generationis pars, quae formam edit. Ex inspectione testium et ovariorum minutissima ova decoloria et pellucida se inter metamorphosim confecta continentium elici tan-  
tum potest nota, qua sexus distinguantur.

habena subnigra, quae aesophagum supergreditur, applicaturque visceribus abdominis prope duplicitis cochleae intestinalis modiolum, et cum liene relationem init. Haec habena sinistrorum est libera, et dextrorum partim comprehenditur a plicatura peritonaei, quod pulmones aesophago revineit, gaudetque libera appendice, quae laborum corporis adiposi spatia trahiendo ad idem viscis descendit. Si comparemus autem figuram descriptam cum figuris 5 et 7 Tab. XI, sese offerunt pulmones longiores, et fere ad posteriorem abdominis cavitatis parietem pervecti, in quibus adnotantur color minus obscurus, exertissima vesicularum species ad exteriora, probe esiformatae areolae, seu cellulae ad interiora, totus saccus ab aere elastico leviter explicatus, antedicta habena subnigra, et modica jugulatio super habenae ipsius originem. Cum gyrini ad quartam vel quintam metamorphoseos periodum, injectioni subjiciantur, si haec benevertat, videre erit, ut in fig. 5 et 7 Tab. praed, externam pulmonum superficiem minimis retibus vascularibus venosis arteriosisque operiri, et parietes cellularum pulmonearum ardenti rubore suffundi, qui incerti oculo totum indistinctum conflare videtur, sed lente vitrea inspectus quamplurima et minima vero retia vascularia venosa et arteriosa ostentat. His addendum me aliquoties deprehendisse, ni observando graviter deceptus sum, nonnullas exiles venulas quodam tractu super habenas subnigras, quas superius descripsi, versus lienem perduci, sed eas sequi non fuit datum ad hoc usque viscus, venososque truncos venae portarum. In suspicionem adductus, quod injectionis materies ex nimia distan-  
tia partis, qua injicere solebam, nimirum principis arteriae, quae e basi unici ventriculi cordis attollitur, ipsas omnes non pervaderet, ego, riuiatus iam renes rubeo colore cinnabaris, quo ad injiciendum utebar, non parum infici ob innumeras venas, quibus magna ex parte compinguntur, constitui per haec duo organa instituendam injectionem esse, quae licet plus minusve sistema venosum oppleret, consilio tamen, quo eam ita suscepseram, non satisfaciebat. Si adjumenta, quibus opns est in præparationibus tam minutis et delicatis, exactiora reddi possent, facultatemque sufficerent injiciendi in gy-

rinos minimos, tum fortasse planum fieret, utrum illae venulae ad praedictum habenet punctum subsistant utpote in gyrrinis evoluntioribus imperviae, an vero appendices tantummodo dicendae vasorum pulmonalium nullam relationem contrahentium cum venis per abdominis viscera diffusis. Hoc porro scire maxime interesset: nam, si revera essent venae, quod vero proximum esse videtur, communicantes cum systematis venosis ad memorata viscera pertinentibus, pararetur pulcherrima analogiae ratio inter pulmones larvarum batrachiorum et pulmonem ophidiorum, nec non inter vesicam simplicem aut duplificem, per quam piscibus nandi facultas suppetit.

Huic meo qualiusque opusculo finem non faciam, nisi ante disseruero de quaestione, utrum gyrini ranarum, cum duplici respirationis organo, branchiali et pulmonali, instruantur, spirent eodem tempore per pulmones et branchias, an modo per has, modo per illos prout circumstantiae et metamorphoseos periodi patiuntur. Celeberrimus Georgius Cuvierus opinabatur, antedictos gyrrinos duobus organis pari tempore uti, et fortiter asserebat, generalem sanguinis massam semel, et exiguum ejusdem portionem bis respirare. Haec sententia, quam anatomici, et physiologi diu tenuere, conatique sunt observationibus et experimentis roborare, visa est nimis audax Rusconio praetendentis, quod gyrini in cavea silis ferreis contexta inclusi et subter quaedam altitudinem limpidae aquae fluvialis molliterque profluentis continuo detenti proprias metamorphoseos phases explere, et tentamini subesse poterant, donec apertura branchialis clauderetur; ultra quod tempus, cum ipsi ad respirandum uti pulmonibus deberent, mortem appetissent, nisi eos ab aqua cito subtraxisset. Ex quo collegit sententiam Cuvieri fundamento destitui, aut saltem non evinci, videlicet nec respirationem pulmonalem et branchialem in quavis metamorphoseos periodo simul contingere, nec respirationem pulmonalem fieri, nisi clauso foramine branchiali, immo hanc necessariam non esse ad transformationem gyrrini in animal perfectum. Quac conclusiones depromptae ex tentamine speciem veritatis non modice praesuperante nullam objectionem pati videntur. Attamen non animo invehendi novas indubiasque de tam difficilibus rebus doctrinas, sed quiddam

in hono lumine collocandi, animadversiones, quae sequuntur, edam. Et primo experimentum supra relatum mihi videtur nihil aliud probare, quam animal instructum duobus organis ad eamdem functionem destinatis, et actionem in euntibus pro mediis duntaxat, in quibus illud versatur, usurum quidem esse eo organo, quod magis consonat medio, in quo animal exclusive vivere suapte natura potest; sed hoc non officit, quo minus idem ipsum animal semel liberum ingredi queat, in quibusdam circumstantiis, conditiones agendi pari tempore cum utroque organo; nec gyrini ranaruni cum pulmonibus respirare convineuntur mox ut claudantur branchiales aperturae; nec demum liquet respirationem pulmonalem, si qua est, essentialem non esse ad majorem celeritatem, qua transformationis periodi absolvendae sunt, licet metamorphosis itidem fieri possit. Ad quae dubia ex animo amovenda oportebat, ut in medium adducerentur facta et conclusiones comparativae, quae immediate ex phoenomenis, quae edebant gyrini tam qui continuo subter aquam vi detinebantur, quam qui liberi in conchis dimidiati aquam capientibus erant, consequerentur atque sufficiantur anatomicis inspectionibus adeo cautis, ut gyrini ab aeris elastici contaciu, aut aspiratione evassissent. Cum hujusmodi facta a ratione scientiae hactenus deficiant, neminem cavillationis me insinulaturum esse puto, si de anatomici Pa-piensis conclusionibus animi adhuc pendeam. Secundo, ubi exsecui gyrinos vivos ad quartam quintamque metamorphoseos periodum, quos effinctos videre est in fig. 2. 3. et 6 Tab. X, semper inveni eorum pulmones quadam fluidi aerii copia explicatos, atque idcirco aliquid respirationis evidenter pergesse; nisi tamen teneamus illum aerem profluxisse non ab extra, quod foret maxime inusitatum, sed a secrezione gasosa internae superficie pulmonum mucusac analoga secretioni natatoriae piscium vesicac. Cui observationi objici posse jam video, quod gyrinus ex aqua eductus, ut secetur, omni tempore, quo vivus manet in sicco, causa vivendi summa ope niti debeat, ut respiret; et, quum non possit cum branchiis, pulmonibus nti conetur. Sed objectio refelli omnino potest, quippe secans et gyrinos mortuos natura, aut arte in aqua ubi asservabam, et gyrinos vivos subter aquam,

postquam a vase in catilluum cum aqua ipsa transfuderam, idem phoenomenon detexi: hoc posito, quaerendum est, unde ille aer derivetur? Sane quidem ab externo, et cum intra vasis aquam gyrini libere natabant; nam animal, ut diximus, non a naturali suo liquore ablatum, sed mortuum in ipso, aut cum ipso transfusum erat. Ex quo infertur a gyriuis aquam incolentibus in proprios pulmones aerem introductum. Sin tunc temporis id agunt, agebant procul dubio respirantes etiam per branchias. Recta ergo videtur illatio, ut bina respirationis organa pari tempore operari possint. Quod autem gyrini ad quartam, quintam sextamque metamorphoseos periodum a me detenti intra vasa vitrea, aut conchas aquam dimidiari capientes et obtectas ramis latis foliis onustis summam aquam identidem peterent, ut aeris bullulas absorberent, nullus est observator, qui id nec viderit, nec testatus sit, et gyrini, quos sub oculis semper habebam, ut contemplari continuo possem, ascendebant et descendebant et circumvolvabantur et rursus ascendebant se occultando inferne interque folia, ubi consistentes prout ad umbram in ardentis meridie, captabant ore aerem, donec necessitate aut aliorum accessu ad memoratam cubationem linquendam coacti se illico remitterent in profundum eructando interdum ex osculis nimium acris hausti, qui sub pulera bullarum forma ad summum redire conspiciebatur. Quibus observationibus possibilitatem duplicis respirationis contemporaneae comprobantibus accrescit fides, cum, tertio, ea, quae eliciuntur ex anatomica pulmonum inspectione, animadvertiscantur: pulmones enim, exceptis conformati, longitudine et angustia in larvae statu eorumdem propriis, offerunt exterius speciem, quae observatur in pulmonibus gyrini transformati, interiusque cellulas aerias sat conformatas, nec non multiplicatas, quae per sepimenta, quibus se junguntur, mire prolatant superficiem, super quam sanguis extenditur ad haematosim explendam. Injectiones porro clare ostendunt ipsos non minori, quam pulmones animantis perfecti, copia vasorum sanguiferorum penetratu facilium muniri, ut fideliter repraesentatum est in fig. 7 et 5 Tab. praecit. Quam quidem vasorum multitudinem nunquam sustineam ibi se colligere ob nutritionem dumtaxat, ut cense-

ri facile posset, organorum ea excipientium, verum etiam ob alia officia praeter illud quod a nutritione est, et quoniam ipsa disseminatur per parietes dupliceis sacci, qui recipit retinetque aerem elasticum, uti demonstrare paullo ante studui, ita credendum est, tantam vasorum copiam destinari etiam ductioni sanguinis inclusi ad oxygenationem, et sic phaenomeno duplicis respirationis contemporaneae locum praebet. Postremo gyrini ex aqua in siccum translati respirationem, branchiarum ope, haud brevi continuare videntur. Iam motus angustarum narium eorumdem, quae quadam celeritate et sine intermissione contrahuntur et relaxantur, tibique idem duarum stigmatum renovant, dilucide comprobant, inspirationem et expirationem alterna et regulari vice fieri, sed non est omnino improbabile, quod et respiratio branchialis perseveret, aut protrahatur. Cum branchiae locentur intra saccum exterius communicantem per arctam aperturam, cumque tales sint structura et textura, quas superius descripsi, branchiarum ramosarum et membraniformium, ut ipsae non modo aqua imbuiri, verum nonnihil hujus etiam servare queant, in suspicionem adducor, quod respiratio aquatica effici possit intra quoddam tempus quo vel animal extra liquidum ambiens sit. Re quidem vera secans horum gyrorum nonnullos, qui aliquot horas in secco morati erant, vidi e pectorali eorum sacco humoris guttulas exire, itemque branchias perfusas esse humore, quem si quis forte duceret seu effectum exhalationis, aut secretionis interioris, non autem reliquum aquae, quae sese intra eas intulerit, respondebo, me secantem gyros, qui simplici vice in aquam coloratam conjecti, et paullo post ab ista extracti, et aliquo tempore in secco relictii fuerant, invenisse illum humorum ejusdem coloris liquidi, in quo mersi erant, et substantiam colorantem tam branchiis adglutinatam, ut adhibitis lotionibus iteratis, ejus deletio mihi integra non esset; quod comprobat respirationem branchialeam, utpote praeditam modo emergendi liquore, qui ad branchias humectandas supererat, non omnino abruptam fuisse, et durare, donec ipse inficiatur aut consumatur: ex quo quidem phaenomenon, quod in secco larva salamandrae minus quam larva ranae vivat: nam salamandris duplex satque lata branchialis apertura, et exteriores branchiae sunt, ita ut istae,

cum admodum afficiantur ab aeris afflatu et caloris temperie, celeriter exsiccentur, et branchialis respiratio suspendatur, ocyusque animal oecumbat. Quibus omnibus inspectionibus et animadversionibus haud me a veritate absuturum esse ducam, si affirmavero non satis experimento constare gyrinos ranarum liberos in memoratis metamorphoseos periodis et in circumstantiis quibusdam eodem tempore cum branchiis pulmonibusque respirare neutiquam posse, immo sat probabile videri duplici respirationi contemporaneae locum suppeteret: in cuius probabilitatis demonstratione et propugnatione sane quidem sentio, retinendum esse, quod usque ad certam periodum verins contingat respiratio branchialis, quum respiratio pulmonalis debeat pendentim incipere tertia aut quarta dumtaxat metamorphoseos periodo, ac inde sese cum altera prope librare et tandem quinta excuntem, aut sexta eam exceedere, et sic praevalere. Hoc consentaneum est generalibus legibus, quas natura sectatur ad transferendam functionem ab organo transitorio ad organum permanens intenta. Potius vero probabile, quam certum et essentiale dixi duplarem fieri eodem tempore respirationem: nam in re tam periculosa et ardua male observasse aut hallucinationem contraxisse facillimum est: nec de certitudine neque de essentialitate quidquam pronunciandum, donec sat confirmata fuerint facta comparativa, quae superius indicavi, quaeque tempus et multorum experientia nobis tantummodo suppeditabunt.

Ilic vero sentio. S. P., me ad alia atque alia transilientem-  
jam tempus huic sermoni concessum praeterisse. Quare o-  
mnia paucis complexus finem faciam enarrando deductiones, ad  
quas hactenus dicta nos conferunt. Sunt porro istae:

Primo: Embryones, factusque ranarum branchiis facialibus a Dutrocheto admissis nequaquam pollere: organa enim ab eo pronunciata pro hisce branchiis nil aliud praeseferunt, quam instrumenta, quibus ad corpora circumambientia ipsi adhaere-  
scunt, haud quidem iis absimilia, quibus mollusca cephalo-  
poda ex. gr. instruuntur. Non erit unquam, ut microscopii o-  
pe branchiale sanguinis circuitum in ipsis deprehendas, cum non nisi per reflexionem utpote opaca conspiciantur. Quapropter prima respiratio, quam embryones ranarum obeunt,  
per branchias cervicales exteriore unice perficitur:

Secundo: veram structuram, texturam, ususque singularum partium componentium sistema branchiale internum gyrinorum haud satis compertos videri; anatomici enim branchias membraniformes, nempe philtrum Rusconi, usque adhuc habuerunt ceu lamellam membranaceam branchiis adjectam pro usu prorsus dissimili ab illo, quo donatur organum, seu superficies mucoso-vascularis haematosi attributa; quae lamella ab iis assimilata est lamellae admodum simpliei, quae de exquisi articulis branchialibus larvarum salamandrarum pendet, ubi branchiarum officio profecto non fungitur.

Tertio: branchias gyrinorum ranarum interiores non esse simplices, nimirum consistentes in solis ramis penicillisve, sed duplices, atque distinctas in ramosas, quae iam descriptae erant et in membraniformes, quae, si quid judico, incogitatae quidem usque ad hanc diem fuerunt. Quae branchiae membraniformes, si demas discrimina in eorum explicatione super membranam continuam extantia, atque ideo ex nulla exiguum foliorum libertate consequentia, extrahuntur super ipsum typum branchiarum ramosarum, uti forma insidens exiguis foliis memoratis, nec non numerus, ordo, ac dispositio vasorum sanguiferorum clare demonstrant.

Quarto: cum probatum sit gyrios ranarum instrui branchiis interioribus duplicitibus, manifeste ex hoc consequi, quantopere ipsi a larvis salamandrarum differant, et magis accedant ad pisces, ut vocant, cartilagineos embryonis forma adhuc vestitos, et speciatim ad silurum anguillarem Geoffroy. Ex quo deduci potest hacc potissima differentia inter branchias batrachiorum anurorum, et branchias uodelorum, ut prima, nimirum anura, sint heterobrancha, aut diplobrancha, et superficiem mucoso-vascularem haematosi inservientem habeant admodum extensam et consonam superficie chylum efficienti, et altera, nimirum uodela sint monobrancha, aut aplobrancha.

Quinto: branchias sub forma officiisque novi organi animalis jam transmutati persistentes non inire, ut Dutrochetus et Hirschkins putaverunt, metamorphosim in tubam Eustachianam, glandulamve carotideam, sed evanescere ac prope deleri.

Sexto: probabile fore gyrios ranarum liberos ad quartam, quintam sextamque metamorphoseos periodum eodem tempore

cum branchiis pulmonibusque respirare, atque item per quod-dam tempus, etiam cum ex aqua, in qua natabant, extrahan-tur, habita ratione interiori branchiarum loco, angustiae foraminis, aut canaliculi jam unici, per quem ad exteriora com-municant, et potissime facultati, qua pollent, se aqua imbu-endii eamque retinendi.

Quae conclusiones si rectae huic sapientissimae coronae, cui-jus judicio plurimi facio, semperque fecero, videbuntur, tunc magnam in spem adducar hasce meas elocubrationes anatome historiaeque naturali super larvis amphibiorum istiusmodi non-nihil lucis fore allaturas.

## EXPLICATIO FIGURARUM

## TAB. X.

- Fig. 1.* Gyrinus inter tertiam et quartam metamorphoseos periodum inferne conspectus.
- Fig. 2.* Gyrinus obiens quartam metamorphoseos periodum a laeva inspectus, ubi observatur in
- a.* Apertura exterior canalis branchialis.
- Fig. 3.* Gyrinus provectionis aetatis supra praecedentem a facie ventrali spectatus ubi in
- a.* Cutis fit leviter prostans, quod innuit prominentiam a canali branchiali factam.
- Fig. 4.* Sistit branchiam integrum super vitrum extensam gyrini figurae praecedentis.
- a. a.* Branchia ramosa plurimis conferta ramis distinctis, quos et foliis pergraves suspicias.
  - b. b.* Branchia accessoria seu membraniformis, ubi inspiciuntur rami non liberi, sed adhaerentes et praeterea dupliciti soliorum serie instructi.
- Fig. 5.* Refert cavitatem branchio-gutturalen ab inferiori parte et ad latera prospectam.
- a. a.* Limbi a partibus dissectis facti.
  - b. b.* Cavitas praedicta.
  - c.* Oris apertura.
  - d. d.* Labium inferius barbulis munitum.
  - e.* Rudimentum linguae.
  - f.* Facies postica corporis ossis hyoidei obducta membrana muco-sa cavitatis branchio-gutturalis.
  - g. g.* Aperturae ad pulmonum saccos pervectae.
  - h.* Oesofagus.
  - i. i. i. i.* Branchiae accessoriae seu membraniformes.
- Fig. 6.* Gyrinus ad quintam metamorphoseos periodum perductus in quo per canalem branchiale prosiliit artus anterior sinister. Artus anterior dexter intus aut sub cute adhuc est, perque eam transpicitur.
- Fig. 7.* Gyrinus perductus ad sextam metamorphoseos periodum.
- a. a.* Duae aperturae transversales, quae ad branchias ferunt.
- Fig. 8.* Gyrinus sub fine metamorphoseos ubi in
- a.* Sinistrorum extat adhuc exiguis hiatus, qui est residua a-

pertura branchialis sinistra. Dextrorum apertura haec penitus obliterata est.

## TAB. XI.

*Fig. 1.* Sistit gyrum figurae primae Tab. praeced. ita dissecum, ut veniant in conspectum omnes partes ac viscera in cavitate pectoris et abdomine contenta.

- a. a. Limbi cutanei sectionem factam excipientes.
- b. b. Branchiae ramosae perraris foliis exornatae.
- c. Cor et aorta cum praecipuis arteriis ad branchias pergentibus.  
In corde inspicitur habena subnigra, qua pericardio vincitur.
- d. Septum membranaceum cavitate pectoris ab abdomine scjungens.
- e. Pulmo sinister, qui ope habenae nigrae vincitur modiolo duplicitis choceac intestinalis.
- f. Hepar.
- g. Duplex chocelea intestinalia a sua sede per aciculam revulsa.
- h. Intestinum rectum nondum a reliquo intestino distinctum abscessum.
- i. Renes.
- l. Acicula antedicta.

*Fig. 2.* Gyrum sig. secundae Tab. praeced., in quo dispicitur penitus canalis branchialis jam disseccatus.

- a. a. Limbi provenientes a sectione cutis canalem branchialem constituentis.
- b. Branchiae ramosae sinistre.
- c. Septum, quod pectus ab abdomine secernit.
- d. Punctum, in quo naturaliter fnditur saccus pectoralis in canalem branchialem. Hie adnotatur plica exigua ad superiora et ad exteriora.

*Fig. 3.* Sistit gyrum sig. tertiae Tab. praeced. dissecum a parte inferiori.

- a. Canalis branchialis apertus.
- b. b. Limbi cutis dissectae.
- c. c. Branchiae ramosae, quae prae illis a gyro sig. primae exhibitis sunt ramis foliisque copiosiores, et adeo alias in alias applicatae, ut ob oculos ponant superficiem continuam.
- d. d. Membrana sacciformis cavitatis pectoralis jam aperta, quae branchias obicit obvestitque.
- e. Punctum naturalis aperturae membranae sacciformis dictae.
- f. f. Artus anteriores rudimentarii in hac ipsa cavitate contenti.
- g. Pericardium apertum.
- h. Cor per habenam exilem pericardio revinctum.
- i. Septum speciem diaphragmatis praeseferens.
- l. Hepar.

- m.* Lobulus corporis adiposi.
- n. n.* Duplex intestinorum choceca.
- o.* Exigua portio renis dexter.
- p.* Rectum apertum seu cloaca.

*Fig. 4.* Offert os hyoideum quatuor exiguis arcibus branchialibus utrinqe munitum.

- a.* Os hyoideum seu corpus ossis hyoidei.
- b. b. b.* Breves arcus branchiales.

*Fig. 5.* Repraesentat gyrinum, extante adhuc quarta metamorphoseos periodo, ita dissectum, ut organa respiratoria et circulatoria, utnaque vasa, quae per ea perreptant, clare pateant.

- a. a.* Limbi cutanei sectionem factam excipientes.
- b. b.* Branchiae ramosae utriusque lateris.
- c.* Cordis ventriculus
- d.* Auricula aut sinus cordis venosus.
- e.* Truncus venae cavae posterioris.
- f.* Truncus aorticus aut arteriae branchialis utrinqe bipartitus.
- g. g.* Quatuor arteriae branchiales pro unoquoque latere.
- h. h.* Pulmones, quorum vasa conspicuntur optime injecta.
- i. i.* Arteriae pulmonales.
- l. l.* Venae pulmonales.
- m.* Habena pulmonis dexter, ob quam modiolo duplicitis cochleae intestinalis supra splenem vincitur. Habena alterius pulmonis obtigitur portione sinistra corporis adiposi.
- n.* Dimidium seu portio sinistra corporis adiposi praedicti.
- o.* Dimidium seu portio dextera corporis adiposi ejusdem. Adnotandum est portionem sinistram exsuperare in magnitudine dexteram et superius locari, itemque sinistrum saccum pulmonalem minori longitudine donari.
- p.* Oesofagus in ventriculum se immittens abscissus.
- q.* Intestinum rectum abscissum.
- r.* Lien.
- s. s.* Renes.

*Fig. 6.* Exhibit systema vasorum sanguiferorum in branchia vera ramosa, et praecipue in branchia membraniformi gyrini ad quartam metamorphoscos periodum perducti. Vasa sunt injectione oppleta. Confusionis vitandae causa in branchia ramosa unica tantum series ramorum et penicillorum vascularium adumbratur.

- a. a.* branchia ramosa.
- b. b.* Branchia membraniformis.
- c. c.* Arteria branchialis, quae indistincte ad duas branchias pertinet.
- d. d.* Vena, quae parallela incedit injusce arteriae, quaeque spectat ad branchiam ramosam. Hanc venam ab arteria amovere curavimus, ut in conspectum venirent et vasa communicantia et arteriolae influctes in arteriam branchialeam unicam.

e.e. Secunda vena branchialis, quae est propria branchiae membraniformis, quaeque legit marginem concavum arcus branchialis.

f.f.f. Rami ex hac vena proficentes, qui prae positione sunt interni, et nil aliud praeserunt, quam vasa inferentia aut afferentia seu venas secundarias quae hujusmodi branchiae folia pervadunt, et rete venosum constituant.

g.g.g. Rami alteri, qui originem trahunt ex rete vasorum maxime complicato hujuscemodici branchiae, quique arteriosum sanguinem vehunt in arteriam branchialem. Appellari possunt rami descendentes aut efferentes. Antequam influant in arteriam dictam incunt anastomosis cum ramis. h.h.h.a secunda vena branchiali productis.

h.h.h. Rami externi seu anastomotici, per quos perficitur mixtio sanguinis arteriosi cum sanguine venoso.

*Fig. 7.* Gyrinus sig. quintae, cui ademptum est corpus adiposum, et per sectionem corporis ossis hyoidei factam branchiae dexteræ sunt exterius relatae ad conspicienda vasa branchialia se in aortam immitentia, origo arteriae pulmonalis, arteriarumque capititis.

a. Branchiae ramosae sinistræ.

b.b. Branchiae quatuor membraniformes dexteræ.

c. Pulmo sinister.

d. Pulmo dexter.

e. Apertura in inferiori facie hujuscemodi pulmonis facta, ut conspiciatur intima structura cellulosa.

f. Auricula cordis.

g. Cava posterior.

h.h. Venæ pulmonales.

i.i. Cavæ superiores, seu anonymæ.

l. Truncus arteriac branchialis.

m. Arteriae branchiales sinistræ.

n. . . . . dexteræ.

o. Exitus harum arteriarum e branchiis.

p. Arteria pulmonalis.

q.q. Arcus aortici.

r. Eorum conjunctio in truncum unicum.

s. Arteria caeliaco-mesenterica.

t. Arteria capitis.

*Fig. 8.* Branchiae et pulmones gyrini sig. septimæ Tab. praeced.

a.a. Branchiac ramosae.

b. Cor.

c. Truncus aortæ divisus in arteriis branchialibus, ut in praeced. figuris.

d.d. Pulmones breviores, et paullo latiores.

e. Portiones musculares seu potius musculi sternohyoidei analogi, qui inter cor, aut vasa branchialia et branchias interponuntur.

*f.* Initium ventriculi jam abscissi.

*Fig. 9.* Branchiae et pulmones gyrini fig. octavae Tab. praeced.

Eadem litterae indicant eadem objecta, quae in praecedenti figura.

*Fig. 10.* Cor cum vasis praecipuis et pulmones ranulae vix metamorphosi perfecta.

*a.a.* Limbi cutis sectae.

*b.* Auricula cordis.

*c.* Ventriculus cordis.

*d.* Aortae truncus.


*e.e.* Vasa majora arterica arcuata, et fere serpentina atque in arcuacione induita materie nigra, quae est indicium existentiae branchiarum, quae jam atrophia et absorptione evanuerunt.

*f.f.* Arteriae pulmonales evolutiores.


*g.g.* Pulmones latiores ac breviores.

( Admonitum inspectorem volo ordinem harum figurarum lithographiae pictorisque commodo admodum variatum fuisse, et insuper figuras Tab. ultimae infeliciter adumbratas atque concinnatas: de quo venia petenda sperandaque est, non enim inspicientis contemptu, sed malo, ut dicam, fato id evenisse putandum. )

Tom. V.



F. 6.



G. Guanandi ad nat. et in lap. del.

Tab. X.




Lat. Bettini.



Tab. XI.

Tom. V.



G. Gualandi ad nat. et in lap. del.

Lit. Bettini



## EQ. ANTONII ALESSANDRINI

*Apparatus branchiarum Heterobranchi Anguillaris*

( *Heterobranchus Anguillaris* Geoff. = *Silurus Anguillaris* Linnaei ).

( *Academiae tradita die 29. Novembris 1838.* )

**O**bseruationes super intimo textu branchiarum piscium aliquorum ad ambas primarias sectiones pertinentium, ad osseos nempe, atque cartilagineos, quas annis superioribus vobiscum coimcommunicavi, Academici praestantissimi; tum novae, quibus ob illarum exitum haud iniutilem omnes deinceps, quotquot obvenierunt, species hujus Classis uberrinnae complexus sum, generales, quas jam ante vobis renunciavi, conclusiones omnino confirmant, structuram scilicet branchiarum tenuissima constare membrana mucoso-vasculari amplissimae extensionis angustum intra spatum semper constricta, apprime proinde apta sanguini in contacum late deducendo liquidi ambientis, unde vita et vigor animalis perenniter reparentur. Me vero anticipitem, atque incertum eousque tenebat nondum probe perspecta branchiarum textura ejus piscis, quem immortalis Linnaeus *Silurum Anguillarem* nuncupavit.

Postquam Gallorum exercitus, superatis insidiis aemulae Nationis, ad Aegypti littus feliciter appulsus memorandum praebevit exemplum Cohortis doctorum virorum, cui continuis praeliis acerrinis via sterneretur ad ea studia, et investigationes, quae ab armorum strepitu maxime abhorrent, et sola pace, atque securitate delectantur; Illustris *Geoffroy-Saint-Hilaire*, qui Zoologiam, et Anatominam Comparataim pro sua praesertim singularis ejus expeditionis parte suscepit, inter innumera ejus regionis propria animalia Siluri anguillaris examen atque descriptionem non praetermisit. Neque ejus figuram, et partes

tantummodo exteriores descripsit, unde novum deinde genus constituit, cui nomen indidit *Heterobranchus*; sed intimiores quoque ejus animalis partes, ut insignis Anatomicus, inquisivit. Quod vero attinet ad branchias siluri, de quibus observationes mox referam meas, haec ille typis edidit anno 1801.

« La gueule du *Silurus anguillaris* se prolonge, de chaque côté, beaucoup en arrière des branchies; en sorte qu' on prendrait pour des abajoues l'espèce de sac auquel cette prolongation donne lieu. C'est dans ce fond qu'en outre des branchies, on trouve deux arbres membraneux et même en partie cartilagineux: ils sont de taille inégale, et imitent parfaitement, dans leurs innombrables ramifications, l'arbre que figurent les bronches des poumons des mammifères; ces deux arbres sont tapissés et colorés par des vaisseaux sanguins aussi fins et aussi déliés que ceux des branchies.

« Malgré une certaine ressemblance de ces arbres avec les ramifications des bronches, et leur différence apparente avec les branchies, c'est, essentiellement parlant, à ces dernières qu'ils appartiennent: ils sont entièrement solides. Ce n'est donc pas par un canal intérieur que l'air va faire subir au sang les modifications nécessaires à ce fluide, mais c'est à l'extérieur que s'opère cette décomposition; ces arbres, quoique retirés dans un cul-de-sac, n'en sont pas moins exposés à l'action de l'élément ambiant, et la compression de ce fluide a autant de prise sur eux à cette distance, qu'il en a sur les branchies elles mêmes. Ces arbres sont donc de véritables branchies d'une forme jusqu'ici inconnue, lesquelles, surajoutées aux premières, procurent au *Silurus anguillaris* une vitalité supérieure et des habitudes différentes des autres poissons. » (1)

Haec clarissimi Auctoris conclusio aperte ostendit descriptionem systematis branchialis *Heterobranchi* variationem nullum facessere discrimen quoad hujus organi necessariam, ac naturalem intimam structuram, sed formam tantummodo mo-

(1) Bulletin de la Société philomatique 1801. N. 62.  
Description de l'Égypte. Tome XXIV. pag. 332.

dificari, ejusque vitalem actionem latius protendere; atque Anatomi, qui postea hoc argumentum tetigerunt, si allatam descriptionem diligenter perpendissent, ejusque ipsa usi essent conclusione, nulla suborta esset de ista organi amplitudine, vel potius perfectione dubitatio. Verum quatuor vix annis clapsis postquam in lucem prodit inventum *Geoffroy-Saint-Hilaire*, *Georgius Cuvier* in suis de Anatomie Comparata Lectiōnibus organum ipsum longe aliter descripsit (1).

Postquam formae, et numeri varietates recensuit, quae in branchiis occurrunt piscium cartilagineorum, et Hippocampi, quae quidem intimam communem structuram minime afficiunt, sic *Cuvier* prosequitur—

“ Il n’ en est pas de même de la suivante, découverte dans le *silurus anguillaris*, par M. *Geoffroy*, mon célèbre ami. Il y a dans ce poisson, outre les branchies ordinaires, dont les lames sont plus courtes qu’ on ne le trouve généralement, quatre branchies accessoires, deux pour chaque côté, dont l’ organisation n’ a, jusqu’ à présent, pas d’ autre exemple. Ce sont des arbres creux, à ramifications très-nOMBREUSES, et dont les parois semblent être de nature artérielle. La surface extérieure de ces arbres est couverte par les ramifications des branches de l’ artère pulmonaire, qui augmentent en nombre et deviennent plus fines, à mesure que les arbres se divisent d’ avantage. Les dernières extrémités de ces ramifications s’ ouvrent dans les rameaux des arbres, et y laissent transsuder, par une foule de villosités, qui paroissent à la surface interne de ces rameaux, l’ injection qu’ elles ont reçue du tronc pulmonaire. Les troncs de ces arbres s’ ouvrent eux-mêmes dans les racines de l’ aorte, au moment où elles se dégagent de dessous les branchies.

“ Ils peuvent donc être considérés, non-seulement comme des organes respiratoires servant à combiner le sang veineux plus intimement avec le fluide ambiant, mais encore comme des espèces de coeurs placés à l’ origine des principales ar-

(1) Leçons d’ Anatomie Comparée. 1805 Tom. IV. pag. 353.

« téres du corps, et imprimant un mouvement plus accéléré  
« au sang qui parcourt ces artères »

- Nec in aliis plurimis postea editis operibus, in quibus de-nuo tractavit de piscium branchiis, celeberrimus Auctor verbis adeo diversis usus est, ut a praecedenti descriptione, et sententia sua recessisse dicendus sit. In secunda enim operis de Regno Animalium editione (1829), ubi agit de Heterobrancho, unice asserit piscem istum a caeteris distingui organo ramoso a *Geoffroy* observato, quo ejus branchiae tanto magis implicatae apparent. Nullam vero mentionem facit de hac Heterobranchi singularitate in Historia naturali Piscium, ubi generatim loqui-tur de organis respirationis (1).

Multo post ipse *Geoffroy-Saint-Hilare*, anno scilicet 1825, in dissertatione, qua, principia quaedam nova circa organum respiratorium statnere suscepit, duorum admittens organorum respirationis necessitatem (2), quorum alterum branchiale ru-dimentarium pro animalibus, quae in aere respirant; alterum pulmonale ad minimum evolutionis in iis, quae sub aqua respirant, opinatus est organum Sylvi, quod alias descripserat, et branchiam supernumeraria appellaverat, organum aereae respirationis proprium, verumque pulmonem esse retinendum.

Meckel in aureo tractatu Anatomie comparatae (3) de prae-cipuis loquens inter branchias piscium differentiis aperte decla-rat se, quoad Heterobranchum (4), sententiam tenere a *Geof-frey* primo prolatam, quam tum suae, tum Heusingeri accu-ratiores, ac ampliores observationes maxime probabilem de-monstrarunt.

In hac opinionum discrepantia vehementer desideravi rem clarins dignoscere, si fieri posset, oculis ipse meis, et bran-chias Heterobranchi ad typum organi respiratorii, quem pisci-bus omnis generis ipse tribueram, sedulo perpendere. Quod consilium meum una cum expositis considerationibus, ut pri-

(1) *Histoire Naturelle des poissons* par M. le Baron Cuvier, et par M. Valenciennes. T. I. Paris 1828 pag. 517.

(2) *Bull. univ. des Sciences, et de l' Industrie.* II. Seet. Sept. 1825.

(3) *System der vergleichenden Anat.* T. VI. Halle 1821 - 1833.

(4) *Tomus X. Gallicae editionis* pag. 232.

mum intellexit Princeps Muxiniani Historiae Naturalis Cultor praeclarus, unicum magnifici conclavis sui Zoologici Anguilarem Heterobranchum, quo sine mora opus aggrederer, mihi perhumaniter suppeditavit.

Ex duabus, quae hactenus innotescunt, speciebus generis *Heterobranchus*, anguillaris ea est, quae Nilum incolit, quam zoologi, et anatomici saepius quam species alias perpendunt, quaeque prima omnium obtulit *Geoffroy* variationem, de qua sermo est, systematis branchialis.

Piscis iste omnibus ex familia *Siluroïdum* magnitudine praestat; ejus enim longitudo ultra pedes duos parisienses pertingit, sive centimetra 65. Is, quem examinamus centimetra 32. minime excedit. Quamquam depressa, et lata capitinis figura Siluroïdum generatim omnium sit propria, notabilior tamen est in Heterobrando, et multo magis attenuatio retrorsum protenditur ultra externa branchiarum oscula, et singularem sic earum figuram obsecundat.

Resecto externo cavi branchialis latere, fig. 1. Tab. XII. conspicuam se statim prodit singularis aberratio organi branchialis ab intima in piscibus osseis generatim obvia structura: ubi enim quatuor communis branchiae pectiniformes *a*, *a*, *a*, *a* ab horizontali, quam obtinent ad latera ossis hyoidis, unde procedunt, directione digredientes sursum flectuntur ad basim crani, pectinis ordinariam formam amittunt, inque membranulis dentatas fere semicirculares *b*, *b*, *b*, *b* singulae desinunt, quas denomino branchias secundarias membraniformes; hanc autem denominationem eis convenire mox demonstrabo. Membranulae quatror istae transversim positae contra communium branchiarum radios amplum a latere externo spatium circumscribunt (majorem partem communis cavi branchialis), quod retrorsum longe pertinens ultra ipsam posticam branchiam in caecum sacculum abit, in quo dictae prominent Siluri branchiales appendiculae, quae mihi erunt propter eam figuram, et officium. *branchiae arboriformes c, d* fig: praedictae.

Quo melius intelligantur forma, strucutra, et usus hujusmodi compositionis branchiarum siluri, ejus singillatim partes accurate describere juvabit. Dicam itaque primum de cavo ad-

dititio instar sinus, seu coeci fundi commune branchiale cavum comitante, cuius est parem aquae copiam recipere; deinde de branchiis secundariis membraniformibus partim dictum sinum intus circuminvestientibus; denum de branchialibus appendiculis arboriformibus intra sinum ipsum prominentibus, quae pars sunt vere necessaria hujus apparatus, quo organum branchiale augetur, atque perficitur.

*Sinus appendiculum arboriformium.* Cavum, vel sinus appendices istas continens multo latius patet quam appendiculum ipsarum volumen requirere videatur; postiens revera extremus fundus omnino vacuus remanet. Cavum istud superne intercipiunt portiones ossium crani solidi capitidis integumentorum clypeo roboratae; retrorsum ossea zona, qua pinnae pectorales cranio annexuntur; inferne demum curvo arcum osseorum branchialium tractu cum crano articulationem obuenire. Pars ergo septi hujus exterior manca, seu minus completa foret, perque eam transitus pateret a sinu in branchiarum interstitia, atque ab his in spatium operculatum, nisi obesset branchiarum membraniformium series, quae, ut dixi, spatia ipsa occludit.

Praeter osseum hujusmodi repagulum, quod descriptum sinum intercipit, ac circumscribit, in id ipsum confluunt musculi plures ad systema branchiale, ad ossa humeri, ad columnam vertebralem pertinentes. Totum cavum insuper tenuissima intus contegitur membrana mucoso-vasculari, quae propago est, sive continuatio illius, quae branchias involvit pectiniformes, atque pars est apprime necessaria organi respiratorii.

*Branchiae membraniformes.* His originem praebet membrana mucoso-vascularis in peculiari suo transitu a branchiis pectiniformibus in sinum branchiale, et super appendices arboriformes intra ipsum prominentes. Ubi enim os medium eijusque arcus branchialis articulationem subit cum arcus ejusdem osse ascidente seu cefalico, radiis ibi desinentibus, sive lamellulis, quae branchiae formam pectinis tribuunt, sola membrana vascularis super arcum reliquum procedit, seque pandit instar flabelli, cui manubrium arcus ipse, pars autem evoluta sursum versa ad perpendicularum assurgit usque ad fornicem sinus, ibique margine terminatur fere semicirculari,

atque dentato. Hoc pacto quatuor membranulae super convexo ossium branchialium dorso ad rectum angulum innixae se invicem prae insigni extensione decussantes branchiarum intervalla claudunt, quorum nonnisi ad maximam earum productionem libera manet communicatio cum sinu appendicuum arboriformium.

Branchias membraniformes appellavi quatuor descriptas membranulas propterea quod veram hanc praeseferunt formam, et structuram. Membrana, qua componuntur, admodum tenuis aptis suis pariter instricta est radiis cartilagineis, qui in extrema tantum, et postica membranula tribus aliis subtiliori, simulque ampliori ultimo evanescunt, et quorum ope propagines istae se alternatim sicut branchiae ipsae contrahendo et explicando flabelli formam etiam verius imitantur. Apices horum radiorum majorem in membrana prominentiam inducentes quam quae in spatiis interpositis locum habet, formam dentatam imprimit margini libero. Membranulae ipsae nomen branchiarum sibi etiam ideo vindicant, quod membrana ejusdem naturae constant, qua verae vestiuntur branchiae communes; quam sententiam tenuit quoque *Hensinger*, qui hasce propagines branchias crispatas denominavit.

*Appendices, sive branchiae arboriformes.* En pars apparatus branchialis, quae maxime interest, et illustratione magis indiget. Pisces ita disposito, fig. 2. tab. XII., ut superna ejus facies coram inspici possit, manifeste, deprehenditur sinus branchialis, in quo resident appendices arboriformes. Appendices ipsae clare discernuntur, quoniam propagines membraniformes *a, a, a, a*, quae eas inter, et branchias communes interponuntur, extrinsecus propendent. Hinc facile perspicitur anticam appendicem *c* multo minorem postica *d* esse, et ambarum omnino similem esse figuram, et arboris truncum exhibere foliis carentem, cuius rami scutuli innumeri, breves, atque apice obtuso. Utraque appendix sive branchia arboriformis manifeste appetat in trunco prope basim bipartita, a puncto scilicet, unde ab arcu branchiali assurgit. Quam singularitatem ideo notandum censeo, quod ex ea intelligitur, qua de causa *Carus* aliter ac caeteri Anatomici, quatuor ex utroque latere assignat hujusmodi appendices. Quamquam alia praeparatione minime opus

sit, ut demonstretur anticam appendicem secundae branchiae respondere, in eaque inseri, posticam vero quartae similiter respondere, attamen insitio ista clarius patescit tum sublata membrana, quae sinnu vestit, tum distractis a proprio naturali situ cunctis arcibus quatuor branchialibus.

Sublata sinus membrana mucoso-vasculari, quae ad appendices quoque pertinet, unus se prodit fig. 3. Tab. XII. ex muscularis, qui branchias ad basim crani suspendunt, musculus nempe, qui posticae respondet quarti arcus branchialis parti, atque in duos fasciculos divisus evidenter appareat; quorum alter in basim se inserit posticae appendicis arboriformis, alter analogum arcum branchiale obtinet. Quoniam vero propter variam formam, et magnam capitis productionem piscis, de quo loquimur, musculus iste a verticali, quem vulgo sequitur, descensu a basi crani ad arcum deflectens longo tractu oblique procedit a postica ad anticam partem; idcirco mucosa contextus prominentiam efficit fere semicylindraceam, quae a posticae appendicis basi recepta, trunci ejusdem appendicis continuationem mentitur ad originem aortae directam. Qua specie fortasse ductus *Cuvier* opinatus est cavum, quod trunco appendicis tribuebat, hac directione protendi usque ad dictam insignem arteriam, in quam non solum effunderet sanguinem ex appendice refluum, sed etiam vi suorum parietum elastica sanguinis circulationem in totum corpus acceleraret. Verum appendices involucro suo membranaceo ulterius despoliando sit manifesta tum trunci, tum ramorum earundem appendicis plena soliditas.

Quatuor porro ex capite avulsis branchiis dexteri lateris, et in plano extensis, facile ante omnia deprehenditur anticam minorem appendicem c, fig. 4 tab. XIII, in secunda branchia, majorem vero posticam in quarta insertam esse; ac nullus proinde dubitationi locus remanet, cuinam arcui branchiali quaeque appendix respondeat, qua de re hactenus sub judice quaestio erat.

Figurae 6, et 7 tab. XIII. tam aperte exhibent intimam trunci appendicis structuram, et perfectam soliditatem, ut ne hic quidem ulla superesse obscuritas possit. Avulsa omnino tota quarta branchia pectiniformi a tribus reliquis, incisura deinde

in longitudinem facta in molli integumento trunci majoris appendicis arboriformis eidem branchiae respondentis usque ad osseum areum, qui appendicem sustinet, ac deductis limbis incisae membranae, haec evidenter se offert stratis duobus, seu lamellis compositam. Quarum exterior *i*, fig. 6, ipsa est producta membrana pectiniformis; interior *k* fibrosa, atque admodum robusta, omnes praesertim characteres textus proprios, qui ossibus, et cartilaginibus compingi solet. Iam vero secta, et reserata hac duplici theca membranacea, detectitur cylindrus cartilagineus *l*, fig. 6, et 7, nimurum truncus branchiae arboriformis, equidem omnino solidus. Vascularem ergo texturam hujus appendicis, idemque dicendum est de minori, sive antiqua cuius textura similis est, eademque natura, soli tribuere licet membranae exteriori, quoniam intus in toto suo sceleto appendix solida prorsus est aequa ac radii, seu lamellae branchiarum pectiniformium, et caules branchiarum palmiformium losobranchorum, quas inter, et appendices arboriformes Heterobranchi maxima intercedit structuae similitudo.

Quo evidentius patesceret natura, et compositione sceleti antedicti, tum nexus, et contactus ejus cum caeteris solidis partibus arcus branchialis, recidi, et se junxi partes omnes molles et membranaceas. Quac preparatio fig. 7 expressa ostendit, quomodo basis cylindri cartilaginei *l*, qui truncum appendicis constituit, cum osseo frustulo superiori *n* arcus branchialis conjungitur ope fibrosi ligamenti brevissimi, ubi scilicet haec ossea portio cum media ejusdem arcus portione connectitur. Aliqui ex musculis ad varias portiones arcus branchialis pertinentibus, in quo appendices arboriformes desfixae inhaerent, iu harum basim quoque se protendunt, atque variae directionis motus imprimere hinc toti organo possunt. Actio ista propria in primis est musculi *erectoris* branchiae *g h*, fig. 3, Tab. XII. qui retrahit, et paullulum subvehit areum totum branchialem, appendicem arboriformem flectit caecum fundum versus sinus branchialis, vel potius eam deprimit; hic enim musculus non areui osseo solum, sed etiam appendicis trunco adhaerescit. Motum vero contrarium, nempe erectionis imprimunt appendici fasciculi musculares *p*, fig. 6, Tab. XIII, qui a frustulo superiori areus branchialis se insertum procedunt in os supernum

pharyngeum; partim namque ex basi trunci appendicis quoque proveniunt; et posito os pharyngeum crano desixuni manere, atque immotum inter suos musculos retineri, dicti fasciculi se contrahiendo totam appendicem antrorsum, et paullo sursum abducant necesse est; et sic eos inter et musculos supra descriptos exerceatur motuum directe oppositorum vicissitudo.

Quoniam igitur appendices arboriformes heterobranchi anguillaris maximum servant structurae analogiam cum evolutionibus uteumque diversis branchialibus piscium omnis generis, concludere licet usui pariter omnes simili esse assignatas. Quod reapse aspectus, et structura textus etiam mollis membranacei, quo appendices, totusque sinus vestiuntur, plane confirmant. Frustulum hujus textus microscopeo inspexi ad mediocrem amplificationis gradum; nihilominus distinete in eo comperi elegantissimam figuram regulariter floccosam, in qua nempe tenuissimi vasculares pennicilli veluti breves lineolae transversae ad latera minimi funiculi centralis disponuntur, qui directionem statuit seriei vasorum principalium se ad dexteram, et sinistram in minima vasa capillaria dividentium, quibus dictae lineae componuntur. Hae regulares vasorum series figuram perfecte imitantur palmei folii oblongi, et multo contracti, et figuram repraesentant supra memoratae branchiae palmiformi Lophobranchi, quae in plano evoluta fuerit. Series, seu fasciolae istae altera alteram, singulae proximas a latere comitantur, brevi inter binas intercepta zonula nudae et laevis membranae. Quapropter totus branchialis textus in zonas divisus apparet alternatim maxime pellucidas, et subopacas. Figura 8. hujusmodi textus portiunculam repraesentat eadem, qua microscopeo cernitur, magnitudine 117 diametrorum.

Eadem singulari, ac fortasse unica dispositione vasorum membranae sinus branchiale involventis praeditae sunt membraniformes propagines sinus disjungentes a cavo communium branchiarum pectiniformium, cumque, ut diximus, propagines istae libero, ac dentato limbo terminentur, dentes ipsi microscopeo inspecti vel sola 50 diametrorum amplificatione, nempe magnitudine apparenti figura 9 delineata, per centrum trajici clare videntur ab apice parvi radii cartilaginei membranulam sustinentis, necnon a fasciculo vasorum principia-

lium; atque lineae ipsae, seu fasciolae floccosae in reliqua membrana jam supra notatae ad radii latns transversim compo-nuntur. Quin imo hic magis quam alibi in membrana elucet palmei minimi folii figura peracuto apice.

Membranæ autem, qua branchiae, et appendices arbori-formes involvuntur, structura ei prorsus analoga est, quam huic usque descripsimus. Detracto enim frustulo ab extremo tracta minutiorum quorundam ramorum, et microscopio adhibito vi amplificante 117 diametrorum, quamquam spatii angustia non sineret villosas partes sua se componere forma regulari figuris duabus praecedentibus exhibita, nihilominus evi-dentissimæ hic quoque fuerunt taeniolæ floccosæ convexam ramulorum superficiem varia dispositione complectentes, fig. 10. Tab. XIII.

Iam vero vasa, quibus retia constant, villosae fasciolæ, et penicilli, quos tanto numero, tamqne mirabili distributione offerunt membrana sinus, branchiae membraniformes, atque appendices, sive branchiae arboriformes, aequæ omnia sunt communis arteriae cuiusque branchiae propagines. Quæ ad punctum, ubi, radiis branchiarum pectiniformium desinentibus, membrana ulterius procedit branchias primum membraniformes constituens, deinde se protendens in sinum, et super caules cartilagineos appendicem arboriformem, se denique supra dictam membranam effundunt pulcherrimam ineuntes huic usque descriptam dispositionem. Venæ antem sicuti in omnibus respirationis branchialis organis eandem ac arteriae obti-nent dispositionem, atque directionem; cumqne variis com-munis venæ branchialis truncis insitione conjunguntur, quin porro in toto additio descripto apparatu organi branchialis Heterobranchi ullibi existat distincta vena communis, quæ di-rece in aortam influens peculiaris instrumenti officium prae-stet, quo sanguis in totum corpus validius propulsetur, uti il-lustris *Cuvier* opinatus est.

Quæ dicta sunt, plane evineant appendices arboriformes Heterobranchi anguillaris in simplici formæ variatione unice consistere communis piscium apparatus branchialis. Quia qui-dein variatione sit, ut species ista vivere et respirare sat li-bere, satque longo tempore possit, etiamsi non tanta ei aqua

praesto sit, quanta ad liberam natationem opus habet. De qua Heterobranchi facultate verba fecit qui omnium primus hanc singularem organorum dispositionem observavit. — L'arum, inquit ille, peut vivre plusieurs jours hors de l'eau, même il quitte quelquefois le fleuve, et s'avance en rampant dans la bourbe des canaux qui aboutissent au Nil. — Revera ex allata descriptione ampli et profundi sinus, qui secundarias branchias arboriformes continet, facile etiam intelligitur, quomodo piscis iste in sinu ipso haud parvam aquae copiam recipere, et servare commode possit; quae, dum piscis libere innatatur, operculum subvenit, branchias deducit communas pectiniformes, meatus *r*, fig. 2. Tab. XII. proinde dilatat interbranchiales ad basim propaginum membraniformium, quae, ut jam monui, singulm exterius praeccludunt; ideoque facilem in sinum ipsum sibi aditum aperit. Adductis deinde arcibus branchiarum, iterumque operculo clausa exteriore apertura branchiarum, minuantur simil, imo evanescunt minimae fissurae communicationis inter sinum, et spatia interbranchialia: aqua proinde antea recepta atque cumulata remanet, duplex suppletura officium, sustinendi actionem respiratoriam membranae temissimae mucoso-vascularis ejusdem prorsus naturae ac illa, quae branchias communes pectiniformes induit, sinum praecingit, branchias exterius involvit membraniformes, et appendices arboriformes; atque stillatim humectandi partem molliorem ac temuiores branchiarum pectiniformium, ideoque harum pariter ope respirationem tuendi.

Ideo enimvero piscis aqua destitutus brevi moritur, quod membrana branchialis prompte arescens respirationis officio impar fit, et sanguinis circuitus in ea turbatur, ac deficit: revera pisces, quorum branchiale cavum late apertum, et branchiae liberae profunde inter se disjunctae, aqua sublata, citius perennant. Heterobranchus non interna modo structura opportunitissima gaudet, cuius ope cum aqua externa deficit, haud illico siccatur organum respirationis, ac proinde functio ista, et quae omnino ab ea pendet, circuitus sanguinis ulterius perseveret; sed etiam pellis ejus ita est comparata, ut difficile ariditatem patiatur ex calore maximo regionis, in qua piscis vivit. Ejus pellis squammis omnino carens innumeris organis muciparis scatet, quorum secretio tanto magis promovetur,

saltem dato spatio temporis, si piscis insolitus exponatur stimulis aeris, lucis, atque caloris. Nuncupatus autem est silurus anguillaris ob hanc nuditatem, ac molliorem pellis anguillae propriam. Atqui pellis ipsa respirationis particeps est: si ergo non adeo arescat, ut sanguinis liber circuitus per minima ejus retia vascularia prorsus impediatur, exterior succurret aeris actio vitalis, tum interior etiam aeris inspirati actio, qua branchiae adhuc binnidae fortasse proficere valent, atque debitam ob aquae defectum respirationem branchiale sat diu sustinebunt. Hae verae sunt partes meo judicio, ac sola agendi ratio, quas, datis quibusdam intimaes structurae conditionibus, tribnere licet branchiis, et cuti, ubi aqua desiciente, piscis tamen vivere perseverat, ita nimirum organa ista pulmonali respirationi subvenire censenda sunt. Heterobranchus haud unica species est innumerabilis piscium classis, quae extra aquam respirare, et vivere possit. In speciebus aliis bene multis id ipsum vario modo natura providit. Omnes norunt anguillas propter angustiam exterioris aperturae branchiarum, atque molliem pellis, et mucosae membranae cavum oris, et pharyngeum involventis diu vivere extra aquam, siquidem humido in loco reponantur. Imo nuper natis hujusce speciei ad vitam sat longam sufficere humidum fundi limum, in quo merguntur, si a stagno aqua recedat, vel aestivo calore sicetur. Quod canales hydrophori, quos alias descripsi, branchiarum Orthragorisci, aliarumque specierum ejusdem generis certam aquae copiam aliquandiu retinere valent, qua membranae respiratoriae branchialis mador servetur, ideo piscis ille aqua destitutus aperti aeris actioni siccanti aliquo tempore resistit. Species vero piscium, quae minus differt ab Heterobrancho quoad branchiarum dispositionem respirationi extra aquam conservandae accommodataim, ea est, quam Cuvier familiae adscripsit *Acanthopterygiorum*, seu Pharyngei labyrinthiformes. In his pariter adest sinus in penitiori capitii parte ad basim cranii, ubi pharyngei superiores tenui membrana involvuntur, quae multifariam inflexa fere labyrinthum exhibit. Hic aquam facile recipit, sed effluendi non facilem ei viam offert; quum vero piscis siccitate laborat, aqua tunc ipsa facile, et necessario deorsum stillat, et madorem alit apparatus respiratorii. Non omnem

ego certe fidem habeo scriptoribus iis, qui affirmant labyrinthiformem pisces, cui nomen *Anabas scandens* serpere super arido solo posse, imo etiam truncos palmae ascendere; pro certo tamen habeo omnes labyrinthiformes pisces, quorum indoles accurate determinata est, inter pisces communes antecellere facultate non brevi temporis spatio respirandi, aqua sublata. Quae in Heterobrancho observata, deque eo dicta sunt, phaenomenum satis explicant, atque anatomico facto investigatio demonstrat maximum intercedere structurae similitudinem inter pisces nostri appendices arboriformes, et membranaceas plicaturas piscium labyrinthiformium. Quin imo operae pretium fortasse hic foret inquirere, utrumne singularis ista branchiarum dispositio, cuius jam adeo manifeste participem comperimus Heterobranchium, pro certo et constanti caractere assumere liceat, quò species omnes ea praeditas a caeteris distinguenterunt, et in novam unicam familiam consociarentur. At quaestionem hanc zoologis relinquam; et modo sat erit mihi, doctissimi Sodales, si expositas observationes probaveritis, quibus demonstrare, qua potui, diligentia curavi insignem branchiarum Heterobranchi dispositionem nullum organi essentiae discriimen facessere, neque pulmonalis respirationis apparatus constituere, neque ad sanguinis accelerationem inservire, sed dumtaxat subsidio animali assignatam esse, ne aqua exterius deficiente ita subito intus in organo deficiat, et animal pereat; quod ut dixi, variis quidem modis, sed prorsus analogis natura providit in *Anguillis*, *Orthragorisco*, et *Piscibus labyrinthiformibus*.

## DECLARATIO FIGURARUM

## TABULA XII.

*Fig.* 1. Caput, et portio trunci Heterobanchi anguillaris retrorsum aliquanto reclinati, a latere dextero inspecti. Abscisso toto osseo musculari pariete, quo tegitur ad hoc latus cor, totusque apparatus respiratorius, aperte se produnt naturali sua positione apparatus ipse, tum branchiae membraniformes, et appendices arboriformes.

*Fig.* 2. Eadem praeparatio pisce inspeecto coram dorsuali facie supra sinistrum latus paulo inflexa ita porro, ut inferna ventris facies sere in prospectum veniat. Amota est a postica regione sinus membrana mucoso-vascularis, nempe inflexa est, et conversa in partem anticam posticae appendicis, ac inter branchias secundarias membraniformes constricta.

*Fig.* 3. Pars eadem, quam binac figurae praecedentes ostendunt, et pisce hic jacente super latere suo sinistro, atque ita oblique supino, ut infernam ventralem faciem coram sere obvertat. Decerpta est membrana mucoso-vascularis a postica regione sinus, ac ultra posticam appendicem inter branchias secundarias membraniformes retracta, et convoluta est.

## TABULA XIII.

*Fig.* 4. Branchiae dexteræ a crano avulsæ, et in plano evolutæ. Hic præsertim ostenditur insitio appendicis anticae minoris super secunda branchia, deorsum parumper deflexis, et abductis branchiis tertia, et quarta.

*Fig.* 5. Eadem praeparatio, abductis, et opportune inflexis branchiis tertia, et quarta, ut insitio conspicua sit appendicis majoris arboriformis super hac postrema branchia.

*Fig.* 6. Quarta branchia a reliquis sejuncta superne visa, ita præparato trunco appendicis branchialis arboriformis majoris, ut clare dignoscatur perfecta ejus soliditas.

*Fig.* 7. Eadem branchia quarta mollibus partibus nudata, quo clarius discernatur insitio trunci solidi cartilaginei appendicis arboriformis.

*Fig. 8.* Portiuncula membranacei integumenti sinus branchialis magnitudine visa 417 diametrorum.

*Fig. 9.* Dentes, sive apices quatuor liberi marginis branchiarum membraniformium microscopio visi magnitudine 50 diametrorum.

*Fig. 10.* Portiuncula membranae in extremis dilatationibus branchiae membraniformis decerpta, amplitudine visa 417 diametrorum.

*Explicatio signorum, quae figuris apposita sunt.*

Eadem in diversis figuris literae idem in omnibus significant.

*a,a,a,a* Quatuor branchiae pectiniformes communes.

*b,b,b,b* Quatuor branchiae membraniformes.

*c* Appendices, seu branchiae arboriformes anticae.

*d* . . . . . posticae.

*e* Caecus fundus sinus praedictas appendices continentis.

*f* Portio membranae mucoso-vascularis regionem posticam sinus indentis reflexa ad partem anticam appendicis majoris.

*g,h* Musculus erector quartae branchiae in duos fasciculos divisus.

*i* Membrana mucoso-vascularis branchiarum pectiniformium, quae super appendicem arboriformem pertingit.

*k* Perichondrium, sive membrana fibrosa cum periostio continuata arcus ossei branchialis, qui appendicis cauli directe applicatur.

*l* Caulis ipse cartilagineus, et omnino solidus.

*m* Frustulum ossis intermedii quarti arcus branchialis.

*n* Frustulum ossis superni ejusdem arcus ad basim cranii pertingentis.

*o* Os pharyngeum supernum eidem arcui quarto respondens.

*p* Fasciculus fibrarum muscularium, qui os inter supernum quarti arcus branchialis, et basim respondentis appendicis arboriformis, et os pharyngeum interponitur.

*q* Portio membranae mucoso-vascularis divulsa a ramis ipsis appendicis arboriformis.


*r* Parvi radii cartilaginei, quibus branchia arboriformis sustentatur.

*s* Apertura interbranchialis ad basim branchiarum arboriformium, cuius ope, cum sua cuique adsit spatio inter arcus branchiales interposito, aquam sinus recipere, et ejicere potest.





*t* Auricula cordis.

*u* Arteria branchialis communis ex corde procedens.

*v* Vena grandis cava sinum venosum petens.









# FRANCISCI MONDINI

*Observationes anatomicae, atque Animadversiones ad  
congenitam organorum muliebrium Atresiam  
spectantes.*

Nemo est quidem ex artis salutaris Cultoribus, qui ignoret in medicina, aut chirurgia facienda observationum cognitiones valere plurimum, quae ad facta spectant a Majoribus nostris omni aetate florentibus, atque inter Artis peritos celeberrimis adnotata, eo quod unicuique patet in eorum scriptis normas inveniri, atque praecelta, quae cum casus similes observationi nostrae se subjiciunt lumen afferunt magnum. Si vero monita, atque praecelta istiusmodi auxilium maximum in praxi medica, aut chirurgica praestant, cum de iis agendum sit quae saepe, aut fere continuo se se offerunt, eo magis juvant enim judicium ferendum sit de iis quae valde raro observantur, quaeque ut plurimum spectant ad partium abnormem formam, atque structuram ex abnormi earum evolutione usque a vitae primordiis productam. Id quidem esse verum in medicina facienda saepius expertus sum, atque praecipue tunc pro certo habui cum mihi consilium, sexdecim abhinc annos, fuit quaesitum quid scilicet agendum esset in muliere, aetate florente, quae muliebrium abnormem conformatiōnēm eam praeferebat, quam *imperforationem*, seu *atresiam* appellant. Cum vero hic casus, nisi me fallit opinio, adnotatione dignus sit, non quin casus hujusmodi demonstraret judicium super hanc rem a me prolatum, factorum ope nostro fere similium, quae a Magistris superioris aetatis fuerunt descripta, per *autopsiam* rationi consentaneum confirmatum suisce, sed quod anomaliae

valde rarae quae in nostro casu muliebria etiam interna per *autopsiam* detectae praeseferebant, ni fallor, inserviunt, et ad angendum factorum numerum, quorum auxilio Neoterici praesertim, ad exquirendos modos, seu leges, quae in monstrosarum partium formatione a natura servantur, omnem operam impendunt, et ad declarandum qua methodo Medicus, aut Chirurgus uti debeat cum in simili casu adnudum difficulti ad iudicium pronunciandum sit coactus. Sed ne nimis sim nunc protnus, Academici Sapientissimi, ad rem venio.

Usque ab anno 1822 mense Iulii egregius Medicus chirurgus Doctor Angelus Monari observationi meae subjicit Mariam Mazzoni annos natam 23, quae optimo corporis habitu, atque procera statura praedita erat; et prima fronte videbatur integra esse valetudine. A decimoquinto anno aetatis suae usque ad diem ex qua eam vidi, annorum novem circiter intervallo, uberiori epistaxi erat obnoxia, quae cursus menstrui vices gererat, si consideres menstrua nunquam fluxisse, et epistaxim continuo, menstruorum more, paribus nonius mensis circiter intervallis apparuisse. Et enimvero si periodica sanguinis e naribus stillatio statuto tempore non apparebat, de repente adolescentula fortis cephalaea erat correpta, quae solimmodo ob sanguinis missionem ut plurimum reiteratam, atque praesertim a pedibus institutam cessabat. Sed objectum praeципnum per quod Doctor praedictus, atque egrotae Mater (quod patre orbata erat) opem mihi quaeviserunt, haud sicut ut pharmaca, et praesertim emmenagoga praescriberem, eo quod iam multa, et per diuturnum tempus fuerint praescripta, et propinata, sed ut accurate muliebria examinarem, atque iudicium proferrem utrum, sectionis ope, artificialis apertura in inferiori vaginae extremitate instituenda esset nec ne, nam, ut Doctor Monari mihi affirmavit, vaginae ostium plane erat occlusum. Observatis illico muliebris externis inveni haec omnia in universum turgida, atque laxa, clytoride excepta, quae mole, et sorina ad normam erat constituta. Nymphae magis praetibiis majoribus prominulae, et ad exteriora productae assurgebant, et inter diductas nymphas papilla ea parumper crassa protuberabat in cuius centro urethrae orificio fere triangulare patebat. Sed oculis ad eam externalrum muliebrium par-

tem conversis, quae infra papillam hanc sequitur, in qua scilicet vaginae orificium patere solet, nullum usquam foraminulum, nedium foramen occurebat. Clausus omnino is erat locis, et vaginae orificii vices gerebat fovea cuius fundus, haud urgenti digito exploranti, membranae ad instar, quae in transversum duxta esset, quidquam cedebat, sed ut solidior, crassiorque paries renitebatur, qui ex continuata cuti, quae in se ipsam reflexa, ac duplicita labia majora, atque minora efforniat, videbatur confessus. Ex muliere tandem quae sive an per certa intervalla mammae, quae ratione florentis aetatis ad normam erant constitutae, turgescerent? an eodem tempore dolores ad lumbos pubemque oriarentur? illa vero haec omnia negavit.

Examine absoluto cum mecum ipse hanc insolitam, et abnormem muliebrium externalum conformatiōnem in animo considerarem, quae peculiarem vaginae ostiū *imperforationem*, seu *atresiam* manifeste declarat haud a simplici membrana effectum, ac textu prementi vi cedenti, ut perspicitur cum ostium istiusmodi a luxurianti hymene occlusum sit; sed quidem a substantia dura, ac renitenti, a partium, uno verbo, coalitu: cum mecum ipse perpenderem hoc in casu symptomata deficere, quae demonstrent sanguinis iugorem per intervalla in muliebria interna effici, quomodo appareat cum *atresia* dependeat solum a luxurianti hymene, cum muliebria interna, uno verbo, ad normam sint constitutae, in suspicionem veni conformatiōnem aliorumque, quae ad exteriora observatur etiam ad interiora extendi, aut ob partium internalium coalitum, aut defectum.

Dubitanti mibi quid potissimum hoc in casu consilii darem, eo ipsomet momento duo casus in mentem mibi venerunt nostro non valde dissimiles, atque ab immortali Joanne Baptista Morgagni in Opere cuius titulus est *de sedibus, et caussis morborum per anatomen indagatis* (a) adnotati, in quibus Author ipse consilium dedit nullam aperturam a chirurgo instituendam esse, ad obstaculum auferendum, veritus ne cum eo vesica urinaria, aut intestinum aliquod pertunderetur, cum in

(a) Epist. anat. medic. XLVII. §. 11. 12.

hisce casibus suspicatus esset *patulo vaginae canali, aut orificio, sic utero quoque ab ortu carere quomodo in infantibus quibus anus erat imperforatus simul autem totum Rectum deerat intestinum.* Hisce exemplis edocutus opportunum duxi adolescentulam commonitatem facere, ut ea hanc Naturae mendam aequo ferret animo; id vero eo magis quod optimis viribus, et colore, et valetudine erat praedita, eodemque tempore Doctorem praedictum etiam exortari ut nihil ei ex pharmaceutico fonte depromptum ad interiora propinaret, potius ad fontem chirurgicum recurreret sanguinis missionibus scilicet instituendis, aut hirudinibus capiti, aut ano admovendis statim ac aut epistaxis periodicae defectus, aut cephalaeae praesentia id exquireret, et quod tandem ad victus rationem spectaret, hic potius vegetabilis esset, quam animalis.

Hanc vitac rationem mulier instituit, et in posterum successu felici tenuit, eo quod, exceptis periodicis cephalaeis, atque sanguinis e naribus stillationibus, sat laudabili valetudine fruebatur. Illa autem ad aetatem perducta annorum 27 obtulit fere de repente, et absque, patenti caussa faciem (quae semper valde erat rubra, et praesertim aut prope, aut ingruenti epistaxi) admodum pallidam. Eodem tempore cephalaea, quae periodica erat, fere continua fit aut majori, aut minori vi. Olfaciendi dehinc facultatem omnino amisit, et vigesimo nono anno nondum exacto capilli incanuerunt, auditusque sensus factus est obtusus. Haec mulier tandem decembribus mense anni 1836 triginta septem annos nata gravi synocho correpta est, et morbi nona die obiit. Doctor Monari antea laudatus, qui mihi humanissime notiones hasce suppeditavit, post mulieris mortem opportunitatem etiam mihi praebuit ut cadaveris autopsiam instituerem, quod is etiam dubium aperire exoptabat an abnormis muliebrium conformatio, quae ad exteriora perspiciebatur, ad interiora etiam extenderetur. Cadaveris dissectione instituta in anatomes officina coram prosectorie nostro egregio professori Aloisio Calori, antequam ad muliebrium internarum examen devenirem, observationes in universum institui circa caetera viscera, atque organa: et reserato in primis cranio, durae meningis sinus, nec non venae cerebrales ampliores, et multo sanguine referatae se se obtulerunt; nihil in cerebro inveni, quod secundum naturam non

esset; nihil in thoracis visceribus, quod adnotazione mereretur; nihil tandem animedversione dignum in visceribus, quae in abdominis cavitate sedem habent, praeter muliebria interna, quae, perspicuitatis gratia, adnumbrabo, postquam de externis dictum erit.

Muliebria externa eamdem anomaliam offerunt quam praeserebant quatuordecim abbine annos cum mulierem examinavi, si integumenta excipias, ad istiusmodi partes spectantia, quae magis laxa, atque luxuriantia reperiuntur: qua de re ut Caesar Bettini (qui ad naturam præparations cunctas delineavit ad medium naturalis molis partem redactas) muliebria externa primo oculi obtutu repræsentaret, opus fuit integumenta communia ad superiora trahere, ac unei ope sustinere, ut in fig. 1. Tab. XIV ostenditur.

Administratione istiusmodi in integumentis instituta occurrit in primis clytoris (*h*, fig. 1. Tab. XIV.) luxuriantे præputio prædita. Observantur dehinc labia majora (*e, e'*, fig. 1. Tab. XIV.) laxa, atque pendentia. Minora vero labia, seu Nymphæ (*f, f'*, fig. 1, = *c, c'*, fig. 2. Tab. XIV.) prætermodi ad exteriora protuberantes se se continuant usque ad vulvae angulum inferiorem, quo invicem simul coeunt, et se se continuant in corpus unum (*g*, fig. 1, = *d*, fig. 2. Tab. XIV.) ab ipsam substantia compactum ex qua eadem Nymphæ sunt fabrefactæ, vermisformi figura præditum, cuius caput in utriusque Nymphæ contactu, ceu coalitu jacet, cauda vero usque ad ani aperturam (*c*, fig. 1. = *b*, fig. 2. Tab. XIV.) extenditur. Praeter labia jam descripta inspicinntur labia altera (*i, i'*, fig. 1. Tab. XIV.) seu potius plicae duae (una ntrinque, et ad internum latus respondentis Nymphæ sita) ex duplicata cute coalescentes, in quibus plicis inter cutis duplicationem, ceu inter duas laminas, ex quibus unaquaeque est consecuta, textus vasularis desideratur, qui in caeteris labiis inest. Plicae istiusmodi ad superiora simul nexae Clytoridem (*h*, fig. 1. Tab. XIV.) circumdant; ad inferiora vero aequæ invicem conjunctæ plicam semilunarem (*k*, fig. 1. Tab. XIV.) constitunt supra corpus vermisforme (*g*, fig. 1. Tab. XIV.) ceu supra coalitum inferiorem utriusque Nymphæ positam. Inter hasce plicas papilla (*l*, fig. 1. Tab. XIV.) extuberat, præ naturali mole major, in cuius centro foramen patet, quod est urethrae orificium. Papillam hanc

infra observatur fovea (*m*, fig. 1. Tab. XIV.) in cuius centro adest plica circularis, quae forauinis (*n*, fig. 1. Tab. XIV.) oram constituit, quod forauenum caecum est.

Partibus genitalibus externis detractis a nexu quem cum ossibus habent, et maximam partem dissecatis, atque ablatis labiis majoribus, ut in fig. 2. Tab. XIV ostenditur, praeter modum diductae, et ad exteriora tractae sunt Nymphae (*c, c'*, fig. 2. Tab. XIV.) ut fovea, a praedictis plicis (*i, i'*, fig. 1. Tab. XIV.) circumscripta, perspiceretur, et hac ratione esset in aperto vaginae ostium omnino desiderari. Administratione anatomica hac methodo instituta, maxima partium distensionis causa, papilla (*l*, fig. 1. Tab. XIV.) valde prominens, in cuius centro hiat urethra, in rugam (*g, g'*, fig. 2. Tab. XIV.) commutatur, quae foveolam ellipticam comprehendit, in qua ad superiora adest urethrae orificium (*h*, fig. 2. Tab. XIV.) ad inferiora sinus mucosi apertura (*i*, fig. 2. Tab. XIV.). In utroque latere istiusmodi rugae (*g, g'*, fig. 2. Tab. XIV.) et ad exteriora sex patent foramina, tria (*k, k'*, fig. 2. Tab. XIV.) utrinque, quae totidem sunt sinuum mucosorum aperturae. Infra tandem rugam, de qua adhuc locutus sum, superficialis fovea (*l*, fig. 2. Tab. XIV.) adest, in qua, cum partes generationi dicatae normali constructione sint fabrefactae, occurrit vaginae ostium, in virginibus autem ab hymene fere omnino clausum. Sed fovea istiusmodi nullum offert foramen, nullam aperturam quamvis minimam, nullum cicatricis vestigium; et ejus paries, uniformi structura praeditus, continuus est cum communibus velamentis, seu cum lamina interna utriusque nymphae, aut plicae, quae omnia, ut innuimus, ex duplicata parte coalescunt. Foveae istiusmodi paries, seu fundus validae pressioni praeter modum renititur, ut si paries ipsem a durissima substantia compactus esset, ut si corpus durum, haud membranosum, vaginae ostium obturaret.

Examine vix absolute muliebrium, quae externa dicuntur, illico ad observationes eas properavi, quae ad interna spectant; atque haec postrema praesertim in cadavere, seu in proprio eorum situ jacentia, et in primis se obtulit vesica urinaria valde ampla, et ab urinae copia supra modum tumesfacta. Nullum corpus primo oculi obtuntu inter hoc urinae receptaculum, et intestinum rectum observabatur, quod pro utero habendum esset,

eo quod peritonaeum fere ab extremitate inferiore intestini recti, ad anterius protinus se se protendebat ad obvelandam faciem vesicae urinariae posticam. A lateribus, et a facie postica ipsomet vesicae urinariae, peritonaei membrana, secedens in duas productiones, duplicabatur, et ligamenta lata normali ratione constituebat. A margine superiori, atque inter laminas utriusque ligamenti, prope uniuscuiusque ligamenti exordium a vesicae urinariae respondenti latere corpora duo protuberabant, unum utrinque, ovalia, seu potius fusiformia admodum dura, sub aspectum uteri portionum, quae corpora pro uteri cornibus salutavi. Re vera a libera, seu pendula extremitate uninscijusque corporis fusiformis praedicti (ut in uteri cornibus observatur) et ligamentum rotundum prodibat, et funiculus subtilis in fimbrias, seu laciniis desinens exordiebat, qui quamvis hand parumper incurvus, et nullo foramine inter fimbrias praeditus esset, tubae falloppiana more, nihilo tamen secins funicularis uterque notas sat patentes praebebat, ut pro tubae falloppiana rudimento esset habendus. Nullum uteri corpus, atque cervicis rudimentum apparebat, nullum omnino vaginae vestigium perspiciebat. Ad inferiora tandem, et ad posteriora se se dabant in conspectum ovaria situ, figura, et mole normalia.

Ut melius partes tam externae quam internae, de quibus adhuc locuti sumus, observationi subjicerentur, et ratio varia, quam partes ipsae habent inter se, pateret, opportunum duxi eas omnes extra situm, dissectionis ope probe institutae, trahere, atque id omne anatomicis artificiis in primis administrare, ut in fig. 3. Tab. XIV ostenditur. Detracto intestino recto (*m*, fig. 3. Tab. XIV.) fere usque ad ejus extremitatem inferiorem, lamina fibrosa (*l*, fig. 5. Tab. XIV.) in conspectum venit praeter modum faciei posticae urinariae vesicae (*a*, fig. 3. Tab. XIV.) adhaerens, atque ea ratione parieti postico hujuscem membranacei recipientis strictissime nixa, ut unum parietem, ut totum unum cum ipsomet pariete compingeret, ita ut si eam exactissime a pariete vesicae urinariae postico separare velis, operam valde difficilem impendas. Lamina fibrosa, de qua loquimur, quae pollicem unum et lineas octo in latitudine exaequat, pollices quatror in longitudine, jure meritoque pro vaginae rudimento est habenda, si consideres eam procedere a

muliebris externis, et finem dehinc habere, quo corpora fusiformia (*d, d'*, fig. 3. Tab. XIV.) invicem coemunt (*e*, fig. 3. Tab. XIV.) quae corpora nil aliud sinit nisi uteri cornua. Revera haec corpora ab earum extremitate libera, seu pendula (aeque ac observatur in uteri cornibus, qui bicorni figura sit praeditus) ligamenta rotunda (*f, f'*, fig. 3. Tab. XIV. = *f, f'*, fig. 4. *e, e'*, fig. 5. Tab. XV.) procedunt; et conjunctio eadem *e*, fig. 3, et fig. 4 Tab. XIV et Tab. XV utriusque corporis fusiformis, aut cornu constituit (aeque ac in utero bicorni) uteri corpus, atque cervicem. Eo magis plane apparet corpora fusiformia, de quibus nunc est sermo, nil aliud esse nisi uteri cornua, si observes ex utroque corpore praedicto a respondenti libera, seu pendula extremitate infra originem respondentis ligamenti rotundi exordium etiam habere finniculum (*g, g'*, fig. 3. Tab. XIV.) qui tubae fallopianae more in simbrias desinit, et ovarium (*h, h'*, fig. 3. Tab. XIV.) respondentis lateris ad normam constitutum, ut mox opportunus erit locus dicendi, circumagit. Qua de re manifesto ex hac præparatione (fig. 3. Tab. XIV.) comperitur laminae fibrosae praedictae, vaginae rudimento, uterum subsequi bicornis formae, seu sub formam eam, quam hoc viscus habet in gestationis primordiis.

Peritonaei membrana (*i, i', k*, fig. 3. Tab. XIV.) normali ratione interna muliebria istiusmodi obvolvit, uteri cervice, atque corpore (*e*, fig. 3. Tab. XIV.) exceptis. Revera haec tunica a facie antica intestini recti secedens transit ad faciem posticam (*k*, fig. 3. Tab. XIV.) uteri cervicis, et corporis (*e*, fig. 3. Tab. XIV.) et statim ac haec membrana perducta sit ad limbum superiorem corporis (*e*, fig. 3. Tab. XIV.) hanc se producit ad obvelandam faciem anticam ipsiusmet corporis (nt in utero bicorni observatur atque alias vobis, Academici Sapientissimi, demonstravi (*a*) sed protinus incedit super faciem posticam vesicae urinariae (*a*, fig. 3. Tab. XIV.) cui faciei membrana praedicta strictissime adhaeret. Cum vero utriusque cornu invicem conjunctio (quae uteri corpus atque cervicem constituit) laminae formam praeseferat (*e*, fig. 4. = *b, b'*, fig. 5. Tab. XV.) quae in longitudine pol-

(*a*) Conf. Nov. Comment. Acad. Scient. Instit. Bonon. T. 2. pag. 356.

licem unum, unum cum dimidio in latitudine exaequat, quaeque una cum lamina fibrosa, vaginae vices gerente, faciei posticae vesicae urinariae strictissime cohaeret, en cur in observandis muliebribus internis in cadavere, seu in situ eorum proprio absque anatomico artificio, nullum corpus, ut innuimus, veniret in conspectum inter vesicam urinariam, atque intestinum rectum, quod pro utero, atque vagina esset habendum, eo quod facies vesicae urinariae postica laevem superficiem praeseferebat a peritonaeo obiectam, atque faciei anticae intestini recti obversam. Ea autem ratione id primo oculi obtutu perspiciebatur, ut Quisquis affirmavisset uterum, atque vaginam omnino desiderari, nisi se se oblata essent ad vesicae latera corpora duo fusiformia praedicta (*d, d'*, fig. 3. Tab. XIV) unum utrinque, cornibus uteri similia, delinc funiculi duo (*g, g'*, fig. 3. Tab. XIV.) unus pariter utrinque, tubas fallopianas aemulantes, atque tandem ovaria (*h, h'*, fig. 3. Tab. XIV.) mole, atque situ fere normalia, quae oinnia a productionibus peritonei (*i, i'*, fig. 3. Tab. XIV.) normali ratione utrinque dispositis obvoluta erant, utriusque ligamenti lati more.

Ut eo magis in lucem proferrem harum partium structuram, atque rationes, quas partes ipsae habent inter se, opportunum duxi in primis muliebria interna a peritonaei membrana denudare; et probe detracta, ab utero atque vagina, vesica urinaria (portione ea excepta hujuscem recipientis membranacei *imum fundum* dicta) sectionem in longitudinem instituere muliebrium externarum, nec non membranae fibrosae, in vaginae locum suspectae, usque ad longitudinis dimidium ipsiusmet membranae, ut fig. 4. Tab. XV ostendit. Dissectione absoluta, appareat in primis corpus glandulosum (*r, r'*, fig. 4. Tab. XV.) prostatae adinstar, in fundo situm superficialis sive fovea (*l*, fig. 2. Tab. XIV = *p, p'*, fig. 4. Tab. XV.) jam descriptae, quae sive fovea jacet, infra Urethrae ostium (*h*, fig. 2. Tab. XIV. = *x, x'*, fig. 4. Tab. XV.). Corpus istiusmodi glandulosum ductus excretorios offert, qui partim in urethrae canalem (*v, v'*, fig. 4. Tab. XV.) partim (*k, k'*, fig. 2. Tab. XIV.) ad latera rugae (*g, g'*, fig. 2. Tab. XIV.) quae urethrae orificium (*h*, fig. 2. Tab. XIV.) circumdat, et partim infra ipsiusmet urethrae aperturam per exiguum foramen (*i*, fig. 2. Tab. XIV.), in quod, ut demon-

strat fig. 5. Tab. XV, immissa est seta *s*. Facies autem externa seu anterior istius corporis (*r, r'*, fig. 4. Tab. XV.) a membrana (*q, q'*, fig. 4. Tab. XV.) obvelatur cum communibus integumentis continua, cœn cum lamina interna utriusque Nymphae (*O, O'*, fig. 4. Tab. XV.). A facie dehinc interna, sen postica hujuscem corporis (*r, r'*, fig. 4. Tab. XV.) membrana fibrosa (*t, t', l*, fig. 4. Tab. XV.) sibi vindicat originem, quae membrana, ut supra dictum fuit, nil aliud est nisi vaginae rudimentum. Membrana istiusmodi, quae in exordio (*t, t'*, fig. 4. Tab. XV.) quatuor aequat lineas in crassitie, prout accedit ad uteri cervicem, et corpus (*e*, fig. 4. Tab. XV.) sensim, sensimque gracilescit usque ad crassitatem minus tantum lineae, et nullibi sulcum, aut canalem offert, nullibi vasculosum textum, quo vagina in normali statu est praedita. Uno verbo, eo loco in quo in normali statu vaginae ostium existit, hoc in casu glandulosum corpus, prostatae adinstar, colore atro-rubro infertum, quod corpus ex glandularum coalitu, quae in normali statu vaginae aperturam exornant, est compactum. Utriusque cornu nexus (*e*, fig. 4. Tab. XV.), qui in utero bicorni ad efformandum uteri corpus, atque cervicem concurrit, hoc in casu corpus complanatum laminae adinstar constituit, cuius antica facies (*e*, fig. 4. Tab. XV.) faciae posticae vesicae urinariae (*a*, fig. 3. Tab. XIV.) adhaeret, facies vero postica (*e*, fig. 3. Tab. XIV.) a peritonaeo (*k*, fig. 3. Tab. XIV.) obvelatur.

Dissecto hoc corpore (*e*, fig. 4. Tab. XV.) in longitudinem juxta lineam medianam, atque, dissectionis ope, in duo dimidia diviso; ut in fig. 5. Tab. XV perspicitur, sectionis orae (*b, b'*, fig. 5. Tab. XV.) quae in crassitie quatuor exaequant lineas circiter, nullum sulcum, nullam caveam, nullum canalem praeserunt; quomodo nullum cavum, nullus sulcus, nullus canalis se se dat in conspectum in utroque cornu. Re enim vera dicta dissectione (*f, f'*, fig. 5. Tab. XV) in utroque cornu *d, d'*, in longitudinem manifeste patet unumquodque cornu solimmodo ex stricto textu celluloso-vasculari uniformi compactum esse absque ulla cavea, ulloque canali. Tubae fallopianae tandem, quae primo oculi ictu, et absque anatomico artificio, ut in fig. 3. Tabulae XIV litteris *g, g'* ostendit, imaginem exprimunt duorum canalium in fimbrias desinentium. Sunt e-

tiam hi canales impervii, eo quod semper inutilem operam impendi quam, injectionum hydrargyri ope, ad canalem detegendum pluries comatus fui. Partes ex quibus unaquaeque tuba est compacta volsellae ope inter se probe ac diligenter disso-ciavi, et unamquamque in tenuem plicam, peritonaei produc-tionem, redegi, exigui fili (*g, g'*, fig. 4. = *i, i'*, fig. 5. Tab. XV.) a-dinstar; quibus filis duobus, unus utrinque, comites erant va-sa sanguifera, et praesertim venae (12, 12', 13, fig. 4. = 6, 6', 7, fig. 5. Tab. XV.) quae aut una cum plicis exiguis (*g, g'*, fig. 4. = *i, i'*, fig. 5. Tab. XV.) aut supra membranam peritonaei (*k, k'*, fig. 4. et fig. 5. Tab. XV.) cum plicis hisce continuam, discurrentes, ad efformandas concurrunt, una cum productio-nibus peritonaei praedictis, fimbrias. Venae istiusmodi (12, 12', 13, fig. 4. = 6, 6', 7, fig. 5. Tab. XV.) tandem hiant in venas, quae ab ovario respondentis lateris procedunt, quaeque con-currunt ad efforinandum pampiniforme corpus (11, 11', fig. 4. = 5, 5', fig. 5. Tab. XV.). Et ut perspicue, quantum est in me, rem hanc exponam, ex hisce lucubrationibus super tu-bas fallopianas appareat unamquamque tubam falloppianam co-agmentatam esse a peritonaei plica, quae marginem superio-rem respondentis ligamenti lati constituit, et inter plicae la-minas, et per laminas ipsas vasa sanguifera discurrere arterio-sa, atque venosa, et haec quidem ut plurimum contorte ince-dentia. Se se offerunt uno verbo falloppianae tubae in pri-mordiorum statu.

Utroque ovario ad examen revocato, se se obtulit unum-quodque, quoad magnitudinem, formam, atque structuram, ad regularem normam constitutum. Dissectione revera peracta in utroque organo a margine libero usque fere ad marginem oppositum, quo se se insinuant vasa sanguifera normali ratione disposita, ac distributa, nec non dissectionis ope diviso utro-que ovario in duo fere dimidia (in diuidium anticum, atque posticum) manifeste occurunt Graafii vesiculac (*h, h, h', h'*, fig. 5. Tab. XV.) maximam partem peripheriam versus, ac per di-midium, dissectionis causa, divisae.

Quod tandem ad vasa sanguifera spectat, quae per mulie-bria disseminantur, nihil invenitur adnotatione dignum, non-nullis anomaliis exceptis, ad horum vasorum originem perti-

nentibus, quas anomalias, qui dignoscere velit, praestiterit potius diagrammata huic dissertationi adjecta inspicere, et explicaciones diagrammatum sat amplas consulere, quam plura dicens persequi.

Ex iis quae hactenus dicta sunt, atque praeparationibus naturalibus demonstrata (1) una cum diagrammatibus adjectis, satis, ni fallor, manifeste docent hanc abnormem vaginae, uteri, ac utriusque tubae falloppianae conformatiōnem, atque structuram a perturbata evolutionis ratione originem habuisse, quae evolutionis perturbatio usque a vitae intrauterinae primordiis inchoata sit.

Difficile admodum est causam dignoscere, quae usque a vitae primordiis, in partibus istiusmodi, evolutionis perturbationem produxit, ex qua perturbatione orta sit haec partium anomalia. Etiam si in obscuris versemur, et praesertim hac in re in qua Embriogenia nullum assert lumen, quod ad inveniendam praedictam causam adjumento sit, nihilotamen secius mihi videtur, cum in re praesertim difficulti cuncta diligenter observare, ac perpendere liceat, animadversione dignus peculiaris ille coalitus, aut (ut neotericorum expressione utar) *fusio* vaginae, et portionis uteri bicornis (quae portio cervicem, et corpus hujus organi constituit) cum urinariae vesicae pariete postico. Rationi, ni fallor, non est alienum suspicari adhaesionem, aut *fusionem* istiusmodi, forsan morbos processus flogistici causa, usque a vitae intrauterinae primordiis effectam fuisse, eo scilicet quidem tempore, in quo uterus bicornis formae parum protuberat in peritonaei saccum. Evolutione ulterius procedente, vagina, nec non uteri cervix atque corpus firmae adhaesionis causa cum pariete vesicae urinariae postico augebantur in mole ob propria vasa sanguifera, seu nutritia, non uti partes juxta normam a vesica urinaria sejunctae, sed uti partes (strictissimae adhaesionis causa) ipsiusmet vesicae, uti partes parieti postico ejusdem recipientis in evolutione subjectae, eo quod minima vasa per vagi-

(1) Hac præparationes nunc spiritu vini demersae in humanae anatomie hujus Universitatis Museo asservantur.

nam, et per uteri cervicem, atque corpus disseminantia, nec non a vasis uteri procedentia, commercium anastomoticum habebant cum vasis minimis ipsiusmet vesicae, seu cum vasis minimis parietis postici hujusce membranacei recipientis. Interim recipiens hocce, angendo in mole, trahit, distendit, et coenprimunt vaginam, atque uterum, quae omnia, istiusmodi distensionis, aut compressionis causa, evolvuntur et crescunt, ut ita dicam, complanata sub simplicis laminae forma, cornibus uteri exceptis, quod haec cum levem tantum postico vesicae parieti habuerint adhaesionem (eo quod in latera vesicae adjacent) nullam idecirco, aut fere nullam distensionem, ac compressionem sunt passa. Cum vero id accidisse suspicari fas est in vitae intraterinae primordiis, eo tempore in quo membranae mucosae nondum evolutae sunt, aut in primo evolutionis gradu, cum statu inveniuntur, in quo integumenta etiam communia, cum quibus membranae mucosae intimam habent rationem, nexumve, se se offerunt admodum tenuvia, ac pellicula (dum solum tertio gestationis, seu vitae intrauterinae, mente integumenta communia aliquam evolutionis vim ostendunt) haud difficile intelligitur cur hujusmodi distensionis, ac compressionis causa parietum horum viscerum (quae cava sunt) coalitus inter se acciderit, et *atresia* sit subsequuta. Id vero eo magis accidisse suspicari, ni fallor, licet, si consideremus membranarum, quae mucosae appellantur, quaeque viscerum caveas obvelant, officium etiam esse, in visceribus quae membranosa sunt, seu ex membranis compacta, caveas ipsas servare, eo quod membranae istiusmodi quae mucum continuo secernunt, praeter id quod praestant ad caveas viscerum obvelandas, praepedimentum etiam (ut anatomici docent) ne cavearum parietes, qui in visceribus istiusmodi (membranosis) cum superficie interna caveam respiciente ad contactum aliquando veniunt inter se, simul invicem conglutinentur, ac coeant, quod mucus, qui superficiem ut plurimum villosam oblinuit, praestit, ne villi in superficiem contactu inosculentur simul. Uno verbo membranae mucosae in visceribus membranosis etiam id officium praestant quod serosae, in quibus roseidus humor, qui a facie interna membranarum (quas serosas dicunt) secernitur, lubricitatem servat in superficie viscerum quae

istae membranae velant, seu circumplexunt, nec non concretionem eorum mutuam impedit. Ob distensionem jam antea commemoratam glandulae, quae vaginae ostium exornant, atque circumdant in unum corpus congregatae sunt, prostatae adinstar. Vagina vero, uterus, atque tubae falloppianae evolutae sunt, ut innuimus, imperviae, permanente forma, quam in primordiis habebant. Ovaria tandem quae cum non sint utero, uti sunt tubae falloppianae, continuae, sed tantum contiguae, et nullam rationem habeant cum vesica urinaria, nullam ergo distensionem sunt passa, et absolutam, seu ad normam obtinuerunt evolutionem.

Sed quae hactenus exposui ad explicandam hujusce anomaliae formationis rationem, cum huic solo facto innixa sint, pro conjecturis quidem sunt habenda, quae tantum aliorum factorum ope aut confirmari, aut refelli possunt. Si vero conjecturae istiusmodi a veritate abhorrent, ideoque nullam utilitatem praeseferant; utilitatem maximam medicac, atque chirurgicac praxi asserre possunt normae, atque animadversiones, quae ex istius casus observatione procedunt, quacque, ni fallor, sunt sequentes.

1. Cum adsit vaginae ostii imperforatio, sive *atresia*, quae haud a simplici membrana dependeat, neque a partium coaliitu ulceris, aut alterius praegressi vii causa, ut vaginae aperature limbi coalescere potuissent. Cum scilicet agatur de imperforatione congenita ubi, haud membrana, ut hymen, sed substantia dura, et prementi digito renitens vaginae ostium occludat, sere pro certo habendum est etiam internas partes generationi dicatas, seu muliebria interna, aut a naturali lege aberrare, aut plane deficere. Perpauculi casus nostro similes in quibus cadaveris dissectione instituta fuit hanc propositionem plane confirmant. Casus revera a Klinkoschio (1) relatus mulieris scilicet atretae, nostrae similis, in qua autopsiae ope, muliebrium internarum loco *cylindrus tres pollices longus*, *unicum crassus*, inventus fuit; duo exempla quorum primum, ab

(1) Observationes anatomico-patologicae Ed. Sandifort. = Lugduni Batavorum 1777. lib. II. Cap. II. pag. 63.

Andrea Josepho Seronio (1) adnotatum, iuvenis virginis imperforatae in qua, ut ipse ait, *nullum vaginae repertum est vestigium; situs uteri solummodo tendinea potius quam carnæ et irregulari membrana adumbrabatur*; Alterum, ab Alberto Fromondio (2) observatum, mulieris scilicet imperforatae utero prorsus carentis, argumenta sunt, quae hanc doctrinam, seu legem in clarissimam proferunt lucem.

2. In atresia istiusmodi eo magis in suspicionem veniendum est aut de muliebrium internarum coalitu, aut defectu, cum per intervalla symptomata desiderentur ea (uti dolor ad lumbos pubemve, mammarum turgor etc.) quae sanguinis turgorem in muliebribus internis declarant, quaeque proximum menstrorum cursum praenunciare solent. In nostro casu quidem symptomata istiusmodi defuerunt, et defuerunt etiam in duabus a Morgagno (3) observatis, qua de re Morgagni ipse suspicari caepit duas mulieres, quas examinavit, utero ab orni carere.

3. Quae cum ita sint manifeste patet obstaculum in atresia istiusmodi haud ferro est tollendum, quod periculum subest ne simul cum obstaculo, aut yesica urinaria, aut intestinum proximum, aut vas sanguiferum aliquod pertundatur, et inde consequatur, aut inflammatio, aut lethalis haemorrhagia. Quae haemorrhagia quidem subsequuta foret in mulieris atretæ operatione de qua loquitur Martinus Naboth (4) nisi medicus ab operatione ulteriori desistisset statim ac vidit vaginae coalitum ad superiora extensum esse, simulque vasa majora apparere. Qua de re ipse Naboth (5) in hac eadem dissertatione cuius titulus est *de mulierum sterilitate*, in qua de hac operatione mentionem facit, haec verba reliquit scripta — *Vaginae coalescentia, si tantum interveniente membrana contingat facile ope cultelli tollitur. Quod si vero interstitium*

(1) Disput. anat. select. Halleri. Gottingae 1750. Vol. V. pag. 227.

(2) Sandifort op. et edit. cit. lib. II. pag. 62.

(3) Op. cit. Epist. XLVI. §. 11. 12.

(4) Haller op. et edit. cit. Tom. V. pag. 241. §. VII.

(5) Haller op. cit. Tom. V. pag. 254. §. XXIII.

*carneum adsit, ab ejus sectione partium propter haemorrhagiam enormiorem, partim ob inflammationem subsecuturam, praestabit abstinere.*

## TABULARUM EXPLICATIO (a).

## TABULA XIV.

## Figura 1.

Muliebria externa ostendit absque anatomico artificio. Eo autem consilio ut partes istiusmodi primo oculi obtutu se se offerrent cunctae, unci ope velamenta communia supra modum luxuriantia, quae ad hasce partes spectant, ad superiora trahere, ac sustinere fuit opus.

a. Mons veneris.

b, b'. Nates.

c. Ani apertura.

d. Ferramentum recurvum ac in se se relortum sub unci forma, ut integumenta communia ad superiora tracta commorarentur.

e, e'. Labia majora.

f, f'. Labia minora, seu Nymphae, quae praetermodum extuberant, et convergendo se se continuant ad inferiora infra semilunarem plicam k ab integumentis compactam. Hic loci Nymphac simul nectuntur, et corpus g constituant sub vermis formam, cuius canda descendit, et pergit usque ad ani aperturam c.

g. Corpus vermiforme praedictum ex nexu utriusque Nymphae f, f' confectum.

h. Clytoris.

i, i'. Plicae ab integumentis efformatae, quae jacent ad internum latus utriusque Nymphae f, f', atque ad inferiora nectuntur simul. Ex istiusmodi nexu, seu potius continuatione enascitur k plica semilunaris.

l. Protuberantia papillae adinstar, in cuius centro foramen patet, quod est urethrae orificium.

m. Fovea in cuius centro adest plica circularis, quae limites ponit foramini caecoo n.

n. Foramen caecum praedictum, quod cum muliebria externa diducta sint, ut in fig. 2, in superficialem foveam l (fig. 2) commutatur.

(a) Figuræ omnes ad naturalis magnitudinis dimidium sunt redactæ.

In figurarum explicatione cum absint signa duplicata, ea, quæ accentu praedita sunt, ad indicandas partes, quæ ad sinistrum latus spectant, inscribuntur.

*Figura 2.*

Eadem muliebria externa labiis majoribus exceptis, quae eo consilio extra situm eorum proprium detracta fuerunt, ut, diductis inter se praetermodum Nymphis, primo oculi ictu perspicetur vaginæ ostium omnino desiderari.

*a, a'.* Integumenta Natibus respondentia.  
*b.* Ani apertura.  
*c, c'.* Nymphæ, seu labia minora praetermodum inter se ad exteriore tracta.  
*d.* Protuberantia, seu corpus vermisiforme *g* fig. 1, quod ex utriusque Nymphæ *c, c'* coaliuit emergit.  
*e.* Clytoris.  
*f.* Clytoridis praeputium.  
*g, g'.* Ruga, quae urethrae orificio *h* circumdat. Ruga istiusmodi, cum muliebria non erant inter se diducta, in protuberantiam *l* fig. 1. assurgebat papillæ ad instar.  
*h.* Urethrae orificium.  
*i.* Foramen, quod est apertura sinus mucosi statim infra urethrae orificium *h* jacentis.  
*k, k'.* Foramina, quae aperturæ sunt sinuum mucosorum, qui ad latera jacent rugæ *g, g'*.  
*l.* Fovea superficialis obducta a membrana, quae totum continuum instituit cum interna lamina utriusque Nymphæ *c, c'*, seu cum integumentis communibus = conf. fig. 4. *q, q, q', q'.* = In fovea istiusmodi, seu hic loci, cum muliebria ad normam constituta sint, adest vaginæ ostium.

*Figura 3.*

Muliebria una cum vesica urinaria, atque extremitate inferiore intestini recti, ad posteriora perspecta exhibet. Haec ominia, e cadavere extracta, et super planum horizonti parallelum jacentia, offerunt etiam vasa sanguifera ad hasce partes spectantia cera injecta.

*a.* Vesica urinaria.  
*b, b'.* Ureteres prope eorum finem seu insertionem in vesicam urinariam *a* resecti.  
*d, d'.* Uteri cornua.  
*e.* Utriusque cornu *d, d'* conjunctio in corpus unum complanatum = conf. fig. 4. *e.* =  
*f, f'.* Ligamenta rotunda, quae procedunt ab extremitate libera, seu pendula respondentis cornu *d, d'*.  
*g, g'.* Tubæ falloppianæ, quae ab extremitate libera, atque ab inferiori margine utriusque cornu *d, d'* originem sibi vindicant propriam.  
*h, h'.* Ovaria.

- i, i', k.* Peritonacum quod interna muliebria obvelat.  
*i, i'.* Peritonaci productiones uteri ligamenta lata constituentia, quarum laminæ unumquodque ligamentum compingentes, perspicuitatis gratia, sunt invicem inter se dimotæ.  
*k.* Peritonaei portio, quæ uteri cervicis, et corporis e faciem posticam obvelat, dehinc a limbo superiori corporis e secedens protinus faciem vesicæ a posticam superscandit, et ipsaem faciei strictissime adhaeret.  
*l.* Vagina, quæ se se dat in conspectum sub fibrosae membranae formam faciei posticæ vesicæ urinariae a strictissime adhaerens.  
*m.* Extremitas inferior intestini recti ad posteriora, et ad inferiora tracti.  
*n, n', n'.* Textus adiposus integumentorum, quæ ad muliebria extrema efformanda concurrunt.  
1, 1'. Arteriae iliaceæ primariæ, seu communes.  
2, 2'. Arteriae iliaceæ externæ.  
3, 3'. Arteriae iliaceæ internæ, seu hypogastricæ.  
4, 4'. Arteriae sacrae laterales.  
5, 5'. Arteriae ilio-lumbares, seu iliaceæ parvæ.  
6, 6'. Arteriae gluteæ.  
7, 7'. Arteriae obturatoriae.  
8, 8'. Arteriae ischiadicæ.  
9, 9'. Arteriae uterinae, quæ, utrinque, communi trunco cum respondenti arteria umbilicali ab hypogastrica 3, 3' respondentis lateris ortum ducunt.  
10, 10'. Arteriarum umbilicalium portiones obcaecatae, et in solidi ligamenti speciem effectæ.  
11, 11'. Utriusque arteriae uterinae 9, 9' rami, qui per vesicam urinariam disseminantur.  
12, 12'. Utriusque arteriae uterinae 9, 9' continuatio per respondens uteri cornu *d, d'*.  
13. Ramus descendens arteriae uterinae dexteræ 9, qui, concessis ramis vaginaliæ *l* in fibrosae membranae speciem commutatae, disseminatur per imum vesicæ urinariae fundum.  
14. Duæ arteriae vaginaliæ sinistriæ exiguae, quæ dispescuntur per laminam fibrosam *l* vaginaliæ rudimentum.  
15. Arteria pudenda communis dextera.  
16. Arteria vaginalis dextera ab arteria pudenda communi 15 exorta, quæ, brevi emenso itinere, scinditur protinus in duos ramos 17, 18; qui perducti ad limbum dexterum membranae fibrosæ *l*, quæ vaginaliæ gerit vices, arcum anastomoticum 19 constituunt, ex quo arcu rami per fibrosam laminam *l* praedictam disseminantes procedunt. = Ex hac præparatione patet in latere sinistro arteriam vaginaliæ 14 duplœ inveniri, in dextero simplicem 16, s.d. præ sinistris arteriis homonymis 14 sat crassam. =

20. Arteria haemorrhoidea media dextera, quae originem sibi vindicat ab arteria pudenda communis 15.
21. Arteriae pudendae communis dexteræ 15 continuatio.
22. Arteria haemorrhoidea media sinistra.
23. Arteria pudenda communis sinistra.
- 24, 24'. Plexus venosi ad vesicam urinariam spectantes, seu plexus venosi vesicales.
25. Vena, quae emergit ex unione praesertim venarum plexum venosum vesicalem dexterum 24 constituentem.
26. Vena obturatoria dextera.
27. Venae, quae a cornu dextero *d*, atque a corpore pampiniformi procedunt = conf. 5, 6 = fig. 4. =
28. Vena princeps in quam hiant venae majores plexus venosi vesicalis sinistri 24'.
29. Vena, quae continuationi 12' arteriae uterinae sinistrae 9' est so-  
cia. Vena isthaec 29 a cornu sinistro *d'* procedit, et in plexum venosum vesicalem sinistrum 24' hiat.
- 30, 30'. Venæ spermaticæ.

*TABULA XV.**Figura 4.*

Muliebria ostendit tam externa quam interna in antica facie perspecta cum portione inferiore intestini recti, nec non cum portione tantum imi fundi vesicae urinariae, eo quod reliqua, ac maxima hujusce urinæ receptaculi pars a fibrosa membrana, vaginae vices gerente, atque ab utero detracta sicut, et per dissectiones divulsa. = Muliebria vero externa, nec non dimidia pars inferior membranae fibrosae (quae pro vagina est habenda) una cum vesicae urinariae atque intestini recti portione inferiore, in longitudinem haec omnia, et juxta lineam rectam medianam dissecta sunt, atque divisa in duo dimidia (in dimidium dexterum scilicet, atque sinistrum) ea lege didueta, atque disposita ut melius appareat membranae fibrosae cras-  
sities in vaginae locum sufficiæ, nec non rationes dignoscantur, quas hæc partes omnes habent inter se.

*d, d'.* Uteri cornua.

*e.* Utriusque cornu *d, d'* conjunctio, quae uteri corpus, atque cervicem constituit.

*f, f'.* Ligamenta rotunda.

*g, g'.* Plicæ tenues cylindraceæ, sub filorum formam, a peritonæo confectæ, quæ rudimenta haberí possunt utriusque tubæ fallopianæ.

*h, h'.* Ovaria = Ovarium dexterum *h* tractum est ad inferiora, sinistrum *h'* ad superiora.

*i.* Peritonaei portio, quae faciei posticae vesicae urinariae in hac præparatione detractæ adhaerebat.

*k, k'.* Peritonaei laminae, quae totum continuum instituunt cum respondentí plica cylindracea *g, g'*, quae est rudimentum tubae fallopianae respondentis lateris. Unaquaque ex hisce laminis desinit in fimbrias, seu lacinias.

*l.* Lamina seu membrana fibrosa, quae vaginae vices gerit.

*m, m'.* Dimidium dexterum, atque sinistrum intestini recti.

*n, n'.* Integumenta, quae se se continuant cum membrana mucosa intestini recti *m, m'*.

*O, O'.* Nymphæ, seu labia minora.

*o, o'.* Divisio per sectionem in duo dimidia vermisformis corporis *d*, fig. 2. = *g*, fig. 4.

*p, p'.* Foveæ, quae cum muliebria externa in integratæ statu sint ad efformaudam foveam *l* fig. 2. concurrunt.

*q, q, q', q'.* Limbi dissecti illius membranae, quae ad exteriora obvelat corpus glandulosum *r, r'*. Membrana isthaec continua est cum integumentis communibus, cum illa membrana scilicet, quae utrinque Nymphæ *O, O'* internam laminam constituit.

*r, r'.* Corpus glandulosum ex glandularum, seu cryptarum mucosarum nexus compactum, quae glandulae in normali statu segregatae vaginae ostium exornant. Foramina vero, quae hue illuc se offerunt, totidem sunt ductus excretorii dissecti.

*s.* Seta in unum ex hisce duetibus immissa, qui ductus hiat infra urethrae orificium, et hiatus, seu apertura respondet foraminis *i*, fig. 2.

*t, t'.* Limbi dissecti membranae fibrosac, quae vaginae est rudimentum. Ex dissectione istiusmodi manifeste patet, membranam hanc fibrosam in primis crassam exordium habere a corporis glandulosi *r, r'* postica facie, dehinc sensim sensimque gracilescendo se se continuare usque ad nexus e utrinque cornu *d, d'*, cum quo nexus membrana istiusmodi totum continuum instituit. = Vide fig. 5. *c, b, b'*. =

*u, u'.* Vesicae urinariae imus fundus.

*v, v'.* Urethrae canalis.

*y, y'.* Corpus glandulosum, quod urethram circumdat, Bartholini prostatam dictum.

*x, x'.* Uretræ orificium.

*z, z'.* Clytoridis præputium.

*1, 1'.* Arteriae uterinae.

*2, 2'.* Rami prope eorum originem secti utrinque arteriae uterinae *1, 1'*, qui per vesicam urinariam disseminabantur = Vide 11, 11', fig. 3. =

*3.* Ramus prope ejus exortum scissus arteriac uterinae 1.

- (fig. 3. 13) qui partim arterolas concedebat membranae fibrosae *l* vaginae rudimento, partim vesicae urinariae.
- 4, 4'. Utriusque arteriae uterinae 1, 1' continuatio per uteri cornu respondentis lateris.
  5. Vena, quae procedit a cornu dextero *d*, et socia est continuationi 4 arteriae uterinae dexteræ 1.
  6. Vena, quae procedit a corpore pampiniformi dextero 11, atque incedit per marginem inferiorem cornu dexteri *d*, deinceps hiat una cum vena 5, cum qua anastomosim instituit, in plexum venosum 24, fig. 3, lateralem dexterum vesicae urinariae.
  - 7, 8. Venae, quae procedunt a cornu sinistro *d'* = Vena 8 communicat cum venis corporis pampiniformis sinistri 11'.
  9. Vena, quae arteriae uterinae sinistram 1' est socia = Vide fig. 3. 29. = 10, 10'. Venae spermaticae.
  - 11, 11'. Corpora pampiniformia.
  12. Venae per productionem *k* peritonaei disseminatae, quae productio continua est cum plica *g*, quae tubae falloppianae est rudimentum = Venae praedictae hiant in venas corpus pampiniforme dexterum 11 constituentes.
  13. Vena tortuosa plicae *g'* socia, quae plica tubae falloppianae sinistram est rudimentum.
  - 14, 14'. Venae, quae comitantur ligamenta rotunda *f, f'*, et communicae cum venis utriusque cornu, et corporis pampiniformis respondentis lateris.

*Figura 5.*

Eamdem sistit praeparationem, exceptis muliebribus externis, nec non portione inferiori membranae fibrosae in vaginae locum suspectae. = In hac praeparatione uteri cornua ad horizontem, et ad exteriora tracta in longitudinem sunt secta; et in longitudinem aequa juxta lineam medianam dissecta est utriusque cornu copulatio, ex qua uteri corpus, atque cervix compingitur, ut in aperto sit hasce partes nullibi cavam referre. Utrumque ovarium ad superiora tractum in duo fere dimidia per dissectionem est divisum (in dimidium scilicet anterius, atque posterius) ut utriusque pateat structura, quae ad normam perspicitur.

*a, a'*. Peritonaei portio (*i*, fig. 4.) ob sectionem in longitudinem, et juxta lineam medianam, ductam, in duo dimidia (in dimidium dexterum, atque sinistrum) dirempta.

*b, b'*. Sectionis orae in longitudinem ductae juxta lineam medianam in utriusque cornu nexu, seu in uteri corpore, ac cervice (*e* fig. 4.), quae orae nullum sulcum, aut caveam referunt.

*c*. Membrana fibrosa in vaginae locum suspecta.

*d, d'*. Uteri cornua.

*e*, *e'*. Ligamenta uteri rotunda.

*f, f'.* Sectio in longitudinem ducta in utroque cornu *d, d'*, atque ea ratione instituta ut satis appareat utrumque cornu nullibi cavitatem, aut sulcum referre.

*g, g'.* Utrumque ovarium (dexterum scilicet *g*, atque sinistrum *g'*) sere in duas partes aequales divisum (in partem scilicet anteriorem, atque posteriorem) sectionis ope ductae a margine libero usque prope ad marginem alterum, quo vasa spermatica se se insinuant per utriusque organi substantiam. Ob hanc sectionem haec ratione institutam se se offerunt vesiculae Graafii, nec non patet utrumque organum ad normam regularem conformatum esse.

*h, h, h, h.* Vesiculae Graafii per dimidium dissectionis causa divisae.  
*h', h', h', h'.*

*i, i'.* Plicae cylindraceae, sub filorum formam, a peritonaco conseratae, quae pro rudimentis utriusque tubae falloppianae habendae sunt.

*k, k'.* Peritonaci laminac cum respondentibus plicis *i, i'* continuac, super quas discurrunt vasa sanguifera. Laminae praedictae desinunt in simbris, aut laciniis.

**1, 1'.** Arteriae eterinae.

2. Ramus scissus arteriae eterinae sinistram, qui vesicam urinariam contendebat (conf. fig. 3 = 11', et fig. 4 = 2').

3, 3'. Utriusque arteriae eterinae **1, 1'** continuatio per marginem inferiorem utriusque uteri cornu *d, d'*.


4, 4'. Venae spermaticae.

5, 5'. Corpora pampiniformia eeu varicosa, quae ab ovariis *g, g'* procedunt. In hasce venas nonnullae hiant venae, quae exent ab uteri cornibus *d, d'*, a rudimentis utriusque tubae falloppianae *i, i'*, et etiam a ligamentis rotundis *e, e'*.


6, 6'. Venae, quae discurrunt super utramque laminam *k, k'* peritonaci.

7. Vena tortuosa, quae rudimentum tubae falloppianae sinistram *i'* comitatur.











# PAULLI MURATORI

*Chymica Analysis Baccarum Rhamni Cathartici indigeni  
ad varia ejus maturationis tempora.*

**C**onsideranti mihi fructus Rhamni Cathartici in Gallia meridionali, atque in aliquibus Germaniae partibus artium usui adeo frequenti inservire, et tanta jamdiu in arte Medica utilitate adhiberi, nosque aliis hucusque vectigal, pro iisdem solvere, visum est operae praetium haud defuturum, si analysis accuratam pro viribus instituerem, ut agnosci facile possit, an fructibus plantae supradictae, quae in solo nostro sponte nascentur, eaedem ac aliis iuditae sint proprietates, iisdemque prorsus usibus accomodatae. Hanc analysis quam nuper absolvı successu, ni fallor, minime contemnendo, nunc vobis exponam, Accademici praestantissimi, humanitate et indulgentia vestra fretus, qua jam alias tentamina hujusmodi mea acceptistis.

Rhamnus Catharticus exiguum arbustum classis Pentandriae, ordinis Monoginiae Linnaei, familiae Rhamnearum Juss., ad altitudinem duodecim, et quindecim pedum pertingens, sylvas praecipue incolit, arvorum sepes, et ripas torrentium, qui praesertim montes permeant, caudex rectus, valde ramosus, ramisque acuto-spinosis: quapropter vulgo *spini cervini* nomine distinguitur.

Anatomicam, et physiologicam hujusce plantae descriptionem Botanicis, quibus res est, ultro relinqno, satis enim superque hic est eam indicavisse. De fructu potius, quae plantae pars est, quo praesens disquisitio unice spectat dicam baccaejus esse globosas, pisiformes opacas maturatione perfecta, quatuor semina ovaliformia intra condentes, et medullam succosam colore viridi-opaco, odore ocyus injucundo, sapo-

reque amaro-subacido nauseoso praeditam. Ex baccis istis vix dum maturatis, vel etiam post maturationem siccatis succus exprimitur, vel in secundo casu coctione elicetur, ejus principia in Medica, aliisque artibus adhibentur. Comercii baccae exsiccatae plerumque ante maturationem decerpae sunt, sive in usu habentur apud Tinctores, qui textus chartas flavo colore inficere consuescent. Ex his etiam per decocturam, et evaporationem pluries repetitam usque ad extracti consistentiam adjecta quadam indici quantitate colorum opifices viridem colorem pulcherrimum esformant vulgo dictum *viridem vesicæ*, quo jampridem officina Bononiensis floruit. Insuper baccae laccam suppeditant *flavi sancti* nomine distinctam, de qua frequens usus apud pictores nostrates tabellis praecipue udo tectorio pingendis. Antiquiores quoque non latuit baccas Rhamni Cathartici pargandi facultatem eminenter possidere: quapropter iisdem utebantur syrnpis, et decocis conficiendis. Hanc itaque investigationem multisfariam divido. Quae ram nempe, an diversis maturationis temporibus baccae Rhamni Cathartici indigeni colorantem substantiam continent; utrum hoc principium separari possit, et eadem omnino virtute praeditum sit, iisdemque aptum usibus, qui apud exterros obtinent; an supradictum *flavum sanctum* ex eadem substantia elici possit; an demum principium purgans in baccis nostris, ut in exteris, locum habeat; tum quae illius sit natura. Haec omnia ut singillatim, penitusque inquirerem, empta quadam baccarum quantitate, quae praematura in provincia Foro Livii decerpae mense Julio fuerant, super eas primo suscepi analytica experimenta. Maturas autem baccas ut experirem, comiter subvenit Clarissimus Professor Antonius Bertolini, baccis hujusmodi abunde mihi datis mense Augusto, atque Septembri collectis ex Rhamnis Catharticis jngi nostra incolentibus; qua occasione notum mihi fecit jam aliquot abhinc annis sibi innotescere utilitatem maximam, quae commercio, et artibus provenire posset ab hujus plantae cultura, quam ipse prius in collibus nostris suburbanis invenit. Quae humanissimi Professoris significatio me in incepto meo magnopere confirmavit.

Ergo sumptis baccis pro quantitate unciae dimidia, inde

contusis, et in infusione aquae distillatae bullientis horas vinti quatuor relictis, ipsam coactiliis subjeci, unde color flatus opacus, et sapor aliquantis per amarus nauseosus subsecutus est; nullum prorsus phaenomenon exhibens per tinturam heliotropii, nigrum admodum opacum colorem suscepit ex ferri sulphati solutione. Leve apparuit turbamentum ex gelatina animali, rubeo-flavo colore per alcalos superveniente; hinc copiosissimum quoddam prodidit praecipitatim flavi coloris pallescentis. Maximi gradus acida turbamentum excitant colore immutato, alcoholque purissimum, item integro colore, floccos ad superficiem liquoris natantes progignit. Per actionem vero subacetati plumbi copiosum obtinetur praecipitatum flavo-subviridi colore, aspectu levium floccorum ad ima dependentium, liquore flavi coloris supernatante.

At licet heliotropii tintura certa defectionis acidorum mihi praebuissest indicia, cum nihilominus haec basi cuiquam chymice conjuncta possint adesse; isticcirco haud conquievi; et infusionem Pilae insuper Voltaicae actioni subposui. Haec introducta est in tubum vitreum ad formam litterae V. retortum, et per platinea fila cum Electro-motore apparatu communicantem. Duodecim vero horis transactis, liquor spumescens nonnihil coloris amiserat, et in ea tubi parte, quae communicabat cum polo positivo, charta heliotropii immersa leviter rubuit, minime vero in altera ad polum negativum. Liquores duorum tubi laterum se junctim ferri sulphati solutione tractati nigrum exhibuerunt colorem ad positivum polum, opaciorem omnino quam ad negativum.

Eidem processu baccarum Augusti, et Septembbris infusiones subjeci, in quibus eadem, ac in aliis baccarum Julii phaenomena perspexi. Porro in hoc tantum differunt, quod praecipitata illarum per alcohol, alcalosque habita flavo-rubescenti fuerunt colore, non aliter ac liquor supernatans: quod per acida levis rubor inductus est, qui tamen major apparuit in infusione baccarum septembbris, quarum maturatio perfecta: quod per acetatum plumbi copiosum adfuit praecipitatum colore viridi-opaco, paulo uberior in infusione baccarum septembbris: quod tandem per electricitatis actionem nullus rubor extitit in heliotropii charta, quod fortasse opacus infusionum

color, utpote valde intensus, effici prohibuit; at clare omnino perspectum est filum platineum ad polum positivum materie involvi rubescente, dum ad negativum flava altera materie est infectum. Fila in alcool sejunctim abluta supradictos colores eidem communicarunt, splendore suo metallico denso recuperato. Quod electricitatis Voltaicae phaenomenon, scilicet rubei coloris ad polum positivum, flavi vero ad negativum, postquam diu meditatus sum, haec ejus mihi visa est probabilior explicatio, materiem colorantem viridem, respectu habito ad caetera principia in infusione Rhamni Chatartici contenta, pollere electricitate negativa, cuius causa ad polum positivum se transferat: ad quod ob eandem causam superveniat acidum in ea existens, quod ad contactum materiei viridis, ut est illi proprium, et ut iam supra perspectum est, rubrum colorem induxit. Quae res, mea quidem sententia, eo facilius fieri debuit, quod electricitas necessario locum teneat in mutua reactione acidi, et viridis materiei; cuius electricitatem negativam esse in hoc casu ex eo ni fallor, certo concluditur, quod acetato plumbi viridis materia tantum a solutione praecipitatur; siquidem, ut docent Chyniici, oxido plumbi basis vices in his, atque similibus casibus gerente, colorans materies vices acidi necessario gerat, ideoque negativa electricitate polleat necesse est.

Perspectis prout licuit, proprietatibus substantiarum, quae in infusione Rhamni baccarum diversis maturationis aetatibus continebantur, principii activi naturam perscrutandam suscepi. Cum autem diversis temporibus infusions diversas seorsim cani obtulerim mediae magnitudinis, liquido perspexi effectum nullum ex infusione baccarum Julii, copiosissimas autem egestiones ab aliis esse promotas. Alii deinde repetitae ejusmodi infusioni, causticæ solutionem sodæ ad duodecim gradus A. B. superraddidi, ac duodecim post horas praecipitatum per coactilia sejunctum eidem cani obtuli; item nullus effectus apparuit. Liquor subacetato plumbi pertractatus copiosum flavi-subviridis coloris praecipitatum p[ro]ae se tulit, quod iterato frigida aqua distillata ablutum est, atque per acidum hydrosulphuricum oxido plumbi spoliatum eidem cani, nullo obtento phaenomeno, subministravi. Quapropter inferendum censui purgans

principium liquori inhaerere, cumque cognovissem nihil acetati plumbi in ipso contineri, liquorem ipsum per balneum vaporis ad siccitatem reduxi; reliquum evaporationis cani oblatum activi illius principii existentiam aperte demonstravit. Hisce experimentis peractis, quae ad analysis comparativam exequendam mihi quamdam viam paraverunt, hanc illico aggressus sum.

Centum baccarum partibus alcool purissimi, calorisque actione per balneum vaporis pertractatis, atque alcoolica infusione per coactilia transmissa, haec renovata est usque dum alcool suum amisit colorem. Infusionibus alcoholicis simul conjunctis, et ad siccum per vaporis balnem redactis, reliquum fuit coloris flavo-paci ex baccis mense Julio collectis, sere autem nigrum ex deerptis mensibus Augusto, et Septembri, cuius residui aqua calida distillata sensim pertractata substantia quaedam resinosa ultimo subsedit.

Aquosam solutionem obtentam in duas dividi partes, quarum altera gelatina animali tractata praecipitatum obtulit sub specie floccorum. In liquore sejuneto heliotropii charta submersa, atque solutione infusa ferri persulphati, liquido patuit, liquorem baccarum Augusti, et Septembri rubefecisse heliotropii chartam, nullique vero mutationi fuisse obnoxium per solutionem ferri persulphati: dum contra liquor baccarum Julii neutrius subiverit reactionem. Baccae immaturae Julii acidum unice tannicum, aliae vero maturae Augsti, et Septembri acidum ignotum praebuerunt. Ad ejus naturam dignoscendam, tractans est liquor jam supradictus subacetato plumbi, quod copiosum obtulit viridi-flavi coloris praecipitatum, quo sejuneto, et sensim aqua distillata, dein ebullienti abluto, haec ad siccum per balneum vaporis est evaporata: reliquum fuit massa aciformis qui character habetur proprius Malati plumbi. Quapropter inferre quidem non dubitavi acidum illud primo ignotum acidum esse malicum. Liquor autem e praecipitato subacetati plumbi sejunetus ad siccum evaporatus, massam reliquit omnes materie saccharo similis characteres prae se ferentem. In altera solutionis aquosae parte, de qua iam supra dixi, subacetatum plumbi superinfusum est, quod viride colorantem materiem praecipitavit, quam postea coactilium usu disjunxi, et ad siccitatem reduxi. In liquore reliquo, qui fulvo erat colore, solutione cau-

sticae sodae ad duodecim A. B. sensim immissa, praecipitatum flavi coloris, flavins autem, atque copiosius in solutione baccharum Julii habitum est. Peracta seorsim calcinatione praecipitati viridis, et flavi in platini vasibus fusoriis quantitate in detexi principiorum colorantium. Liquor absque colore, qui praecipitato flavo supererat more solito ad siccitatem per evaporationem redactus est, deinde alcool tractatus; aliquot post horas solutione alcoholica sejuncta, atque evaporata, reliqua fuit aspectu massa albo-subflava, quae deliciuit sub dio, nullo odore, saporeque amaro-nauseoso infecta. In aqua autem alcoholique se dissolvit; heliotropii, alceaeque tinturae colorem ne utiquam immutavit: verum in tubo vitro ad lampadis actionem exposita intumuit, et ineunte ejus dissolutione densum fumum peculiaris odoris emisit, heliotropii tinturam rubefecit, parvamque carbonis quantitatem reliquit. In aqua soluta, nec gallae tintura, nec persulphati, ferri solutione ullam passa est mutationem: acido vero nitrico colorem subviridem, et acido sulphurico violaceum colorem ad nigrum vergens acquisivit.

Substantiam hanc verum esse judicavi principium activum ad purissimum statum perductum. Ut rem plane confirmarem cani subministravi hujus substantiae quantitatem granorum duodecim, quae effectus jam alias exhibitos statim edidit. Quod principium activum diligenter perscrutatus, censui substantiam, de qua jam nunc sermo est, non esse analogam Catarthinae Lassaigne, et Feanenlle, inti contendit Hubert Pharmacopola Cadomensis articulo inserto in Diario *Journal de Chimie médicale, Pharmacie, Toxicologie an. 1830*: siquidem ut ex earum comparatione videre est, maxime differunt inter se. Similitudo enim inter hoc principium, et Catarthinam ab Hubert perspecta, ex eo fortasse provenit, quod in puriori uti parerat statu illud non perpenderit. Tum hoc autem principium materiale immediatum hujuscce plantae proprium retinendum sit, milii visum est Rhamnini nomine distingui posse; aliter ac Vogel censuit, qui cum in sua analysi impendisset operam soli coloranti principio nulla habita ratione principii activi, idem colorans principium nomine Rhamnini seu Rhamninae appellavit. Qnod nomen eo quoque magis purganti principio con-

veniret, si aliarum Rhamni specierum baccis esset commune.

Porro aggressus examen portionis alcohol insolubilis, eam tractavi aqua distillata ad ordinariam temperaturam, dein balneo-maris. Infusionibus redactis per aptam evaporationem ad densitatem extracti, hoc sejunctum ab exigua materie viridis colorantis quantitate, gommosum principium esse detexi. Supra reliquum hujus operationis acidum aceticum infudi dilutum, calefactaque mixtura, paullo post acidam coactiliis solutionem subjeci. Illius ad siccum evaporatio reliquum dedit albo-insectum colore, absque sapore, solubile potassa caustica, ex qua per acidam praecipitatur et vicissim: quapropter gluten esse patuit quod sane conjungi cum materie colorante, sive eandem involvere oportebat. Quae res plane respondet observationibus acutissimis eximii Professoris Bertolonii filii, qui antequam analysis peregrinsem, cognoverat materiam colorantem baccarum involvi ea substantia glutinosa. Quod vero acidorum actione non fuit affectum, indicio est ei proprios esse physicos et chymicos omnes characteres principii lignosi.

Ex analyticis experimentis huc usque narratis arbitror inferendum esse centum partes Rhamni Cathartici indigeni baccarum diversis anni temporibus collectarum, idest mensibus Iulii, Augusti, et Septembri componi ut sequitur:

	Baccac collectae	Baccac collectae	Baccac Septem- bri collectae
<b>Principium purgans ,</b>			
vel Rhamninum	Partes 00.	Partes 06.	Partes 06.
» resinosum	» 64.	» 08.	» 10.
» saccarinum	» 00.	» 04.	» 08.
» colorans viride	» 00.	» 02.	» 04.
» gummosum	» 16.	» 10.	» 08.
» colorans flavum	» 12.	» 08.	» 06.
Acidum Tannicum	» 05.	» 00.	» 00.
» Malicum	» 00.	» 02.	» 04.
Gluten	» 08.	» 10.	» 10.
Materia lignosa	» 55.	» 50.	» 44.
	<hr/>	<hr/>	<hr/>
	Partes 100.	Partes 100.	Partes 100.
	<hr/>	<hr/>	<hr/>

Haec analytica tabella sequentia mihi videtur offerre con-  
sectaria .

1.º Materiem colorantem viridem baccarum maturarum Rhamni Cathartici indigeni nulli praestanti usui inservire posse ; illius siquidem color licet pulcher vix dum praecipitatus non perseverat , nec aeris actioni resistit ; inque viridem olivae colorem degenerat .

2.º Materiem colorantem flavam frequenter adhiberi posse in arte bapheorum , baccas decoquendo , ad chartas , textusque pingendos per mordentem sulphati alluminæ , et deutotartrati potassæ , uti materia extera solet adhiberi .

3.º Hanc materiem flavam colorantem multo copiosiori quan-  
titate baccis inesse praematuris , idcirco anteponendam esse ,  
vel ut color flavus habeatur per ipsarum decocturam , velut  
materies flava colorans ad *flavum sanctum* effingendum dis-  
jungatur : eoque magis quod materies flava , quae ex illis de-

ducitur, majori splendet pulchritudine, quam illa, quae ex bac-  
cis maturis colligitur.

4.<sup>o</sup> Ad supradictam materiem ex baccis maturis obtinendam  
primo ex earum decoctura materiem colorantem viridem sub-  
acetato plumbi praecipitandam esse.


5.<sup>o</sup> Coniuncta, ut docent Chymici, materie coloranti flava  
Rhamni indigeni cum alluminiae sulphato, et per potassam praeci-  
pitata, laccam *flavi sancti* obtineri, qui omnes penitus of-  
fert characteres exteri coloris bujus nominis, uti evincunt spe-  
cimina, quae examinanda subjicio.

6.<sup>o</sup> Ex baccis praematuris ad extracti densitatem decoctis,  
adjecta quadam Indici subtiliter attriti quantitate *Viridem ve-  
sicae* componi extero simillimum.

7.<sup>o</sup> In arte bapheorum baccas immaturas uiliter adhiberi  
posse pro *Moro tinctorio* sive *ligno flavo* quo utuntur Tin-  
gentes ad flavum, et ad viridem colorem, adjecta Indici quan-  
titate, effingendum, uti ex allatis liquet.

8.<sup>o</sup> Baccas maturas ob principium purgans ad Medicæ artis usus applicari posse: et nisi aegrotanti homini suppeditare  
velimus ob molestam gulæ siccitatem, atque colicos dolores,  
qui aliquoties subsequuntur (quod tamen, uti sapienter docet  
Lupius, si sufficiens ratio esset cur excluderetur, pauca omni-  
nino drastica inter pharmaca recenserentur:) nisi inquam ae-  
grotanti homini suppeditare velimus, brutorum saltē morbis  
depellendis possent inservire.

Itaque satis ni fallor, demonstratum est, Rhamnum Cathar-  
ticum indigenum eadem in se continere principia, iisdemque,  
quibus apud exteris usibus inservire; atque uberem inde ui-  
litatem commercio, artibusque hujus provinciae provenire pos-  
se, dummodo illius apud nos cultura invalesceret, ad flavum  
sanctum præsertim extrahendum, ob cuius usum adeo com-  
munem exteris vectigal nobis est persolvendum.



# EQ. JOSEPHI VENTUROLI

*De figura aquae per alveos defluentis.*

1. Stagnantis aquae superficiem ita figurari, ut sit ubique normalis viribus aquam ipsam sollicitantibus, jampridem compertum est. At vero non ita facile innotescit, quaenam aquae per alveos continenter fluenti figura conveniat, ita ut ejus superficies, perdurante fluxu, semper in eodem statu permaneat. Evidet Dominicus Guglielminus (1) cum sibi proposuisset alveum aequo ubique latum, fundo plano, et devexo, intra ripas utrimque ad perpendicularum assurgentis comprehensum, statuit aquae continuo ac perenni cursu per talem alveum fluentis superficiem in modum hyperbolae cubicae conformatum iri. Verum haec Guglielmini sententia dupli laborat vitio. Nam primum resistantias, quae motum aquae fluentis non mediocriter afficiunt, omnino neglexit. Deinde cum singula aquae puncta a gravitate deorsum sollicitentur, gravitas autem in duas resolvatur vires, quarum altera aquae moleculas juxta alvei directionem urget, alterius vero directio priori normalis est, Guglielmini demonstratio priorem illum gravitatis nisum tantummodo respicit, posteriorem nihil facit, qui tamen in hac re nouum minimum habet momentum.

2. Cogitanti mihi, quemadmodum aquae hoc modo decurrentis superficies accuratius determinari posset, nonnulla olim occurrerunt, quae in anonymo quodam opusculo (2) Ronae

---

(1) Mensura aquarum fluentium Lib. V. Prop. VIII.

(2) Ricercate sulla figura del pelo d'acqua negli alvei di uniforme larghezza. Roma 1823.

anno 1823 vulganda curavi. Nunc eadem illa aliquanto brevius, et fortasse concinnius proposita vobiscum, Sodales optimi, communicare constitui. Nec mihi, ut puto, succensebitis, quod nihil, quod plane novum sit, ad vos afferro. Cum enim illa propono, quae olim suppresso nomine edita, postea vero ab aliis, suppresso itidem auctoris nomine, usurpata, et circumlata fuerunt, me utique non aliena sumere, sed quae mea sunt, optimo jure repetere intelligitis.

3. Aquae fluentis punctum quodlibet sollicitetur viribus P, Q, R juxta coordinatas orthogonales  $x, y, z$ ; agatur autem juxta easdem ordinatas velocitatibus  $u, v, w$ . Constat ex hydranliae legibus pressionem  $p$  in illo punto (si quidem motus permanens fuerit) haberi ex aequatione  $dp = P dx + Q dy + R dz - u du - v dv - w dw$ . Porro ut aqueae massae superficies in eodem statu permaneat, oportet pressionem in quovis superficie puncto constantem esse, nempe  $dp = 0$ . Ergo aqueae massae in permanenti statu constitutae superficies hac aequatione generatim exprimitur

$$P dx + Q dy + R dz - u du - v dv - w dw = 0.$$

4. Quoniam vero alvei sectio constans ponitur, satis erit aquae motum in plano verticali per alvei axem ducto considerare. Igitur in hoc plano sumemus coordinatas orthogonales duas, nempe abscissas  $x$  juxta alvei directiones, ordinatas vero  $y$  fundo normales. Quare si aquae molecula ordinatis  $x, y$  respondens sollicitetur viribus P, Q juxta singulas ordinatas, agatur autem velocitatibus  $u, w$  pro moleculis ad superficiem aquae constitutis; valebit aequatio  $P dx + Q dy - u du - w dw = 0$ . Hic vero licebit velocitatem  $n$  negligere, si quidem ponamus aquae fluxum ita per lineas fundo parallelas absolvi, ut parum admodum a parallelismo deflectat. Quo posito, aequatio ita contrahitur

$$(E) \quad P dx + Q dy - u du = 0.$$

5. Nunc id agendum, ut tum vires P, Q, tum velocitatem  $u$  per ordinatas  $x, y$  exprimamus. Si alvei fundus a verticali declinet angulo  $\varphi$ ; gravitas  $g$  in duas resolvetur vires, quarum altera  $g \cos. \varphi$  juxta alvei directionem agit, altera vero  $g \sin. \varphi$  normaliter. Priori autem vi obsistit resistentia ex attritu orta,

quae juxta recentiorum observationes hac exprimitur formula  
 $\frac{\alpha g}{D} \cdot \frac{u^2}{2g} + \frac{\beta g}{D} \cdot u$ . Est autem  $D$  radius, ut ajunt, medius, nempe alvei sectio divisa per perimetrum, quae aqua alluitur; suntque coefficientes  $\alpha = 0,00717$ ;  $\beta = 0,000024$ . Quibus positis, erit quidem

$$P = g \cos. \varphi - \frac{\alpha g}{D} \cdot \frac{u^2}{2g} - \frac{\beta g}{D} \cdot u; Q = -g \sin. \varphi.$$

6. Haec de viribus. Ad velocitatem  $u$  quod attinet, constat illam ita immutari, ut sectionis amplitudini, sive (quoniam alvei latitudinem constantem ponimus) altitudini  $y$  inverse respondeat. Igitur si in data quadam sectione, cuius sit altitudo  $h$ , velocitas fuerit  $v$ , erit pro sectione, cuius est altitudo  $y$

$$u = \frac{h v}{y}.$$

7. Hisce substitutis, aequatio (E) in hanc vertitur

$$g dx \cos. \varphi - g dy \sin. \varphi - \frac{\alpha g dx}{D} \cdot \frac{v^2}{2g} - \frac{\beta g dx}{D} \cdot v + \frac{h^2 v^2 dy}{y^3} = 0$$

Cognita alvei figura, habebis radium medium  $D$  per ordinatas  $x, y$  expressum, immo vero per solam  $y$ , quandoquidem alvei latitudinem constantem ponimus. Erit autem expressio simplicissima, si, uti fere accidit, alvei latitudo decurrentis aquae altitudinem pluries superet; nam fieri poterit  $D = y$ , existetque aequatio

$$(F) \quad dx \cotang. \varphi = dy \cdot \frac{y^3 - \frac{h^2 v^2}{g \sin. \varphi}}{y^3 - \frac{h v}{\cos. \varphi} \cdot y - \frac{h^2 v^2}{2 g \cos. \varphi}}$$

8. Fiat trinomium

$$(O) \quad y^3 - \frac{\beta h v}{\cos. \varphi} \cdot y - \frac{\alpha h^2 v^2}{2 g \cos. \varphi} = 0$$

E signo postremi termini statim patet aequationis (O) radicem realem positivam fore. Sit haec  $y = a$ ; trinomium (O) in factores duos resolvitur  $(y - a)(y^2 + 2by + c^2)$ ; unde aequatio (F) hoc modo repraesentari potest

$$d x \cotang. \varphi = d y \cdot \frac{y^3 - \frac{h^2 v^2}{g \sin. \varphi}}{(y-a)(y^2+2by+c)}$$

9. Hanc ita integrare oportet, ut posito  $x=0$ , evadat  $y=h$ , si abscissarum originem in illo axis punto constituimus, cui respondet ordinata  $y=h$ . Integratione perfecta, oritur

$$x \cotang. \varphi = h - y + A \log. \frac{h-a}{y-a} + \frac{1}{2} A \log. \frac{h^2 + 2bh + c^2}{y^2 + 2by + c^2}$$

$$- \frac{C}{\sqrt{(c^2 - b^2)}} \left\{ \text{Arc. tang.} \frac{h+b}{\sqrt{(c^2 - b^2)}} - \text{Arc. tang.} \frac{y+b}{\sqrt{(c^2 - b^2)}} \right\}$$

facto nimirum

$$A = \frac{a^3 + \frac{h^2 v^2}{g \sin. \varphi}}{a^2 + 2ab + c^2}; C = \frac{3}{2} A a - a^2 + c^2$$

10. Valores quantitatum  $a, b, c$  a resolutione aequationis cubicae (O) pendere manifestum est. Aequationem vero ipsam attentius consideranti facile patebit illam tunc valere, cum ille gravitatis nitus, qui moleculas aquae juxta alvei directionem trudit, a resistentia ex attritu orta omnino eliditur, ita ut alvei declivitas nihil jam ad accelerandum fluxum conferat, fiatque amnis cursus aequabilis. Cum enim sit (art. 6)  $u = \frac{h v}{y}$ , et (art. 7)  $D = y$ , erit ex aequatione

(O)  $\cos. \varphi = \frac{\alpha}{D} \cdot \frac{u^2}{2g} - \frac{\beta}{D}$ ,  $u=o$ , scilicet (art. 5)  $P=o$ . Igitur aequationis (O) radix illa realis  $y=a$  denotat altitudinem aquae in proposito alveo fluentis, posteaquam motus ad aequabilitatem perductus est.

11. Si abscissarum initium in infimo alvei puncto statuantur, ita ut abscissae  $x$  non quidem deorsum juxta alvei declivitatem, sed contra procedant, immutato litterae  $x$  signo, erit

$$(G) \quad x \cotang. \varphi = h - y + A \log. \frac{h-a}{y-a} - \frac{1}{2} A \log. \frac{h^2 + 2bh + c^2}{y^2 + 2by + c^2}$$

$$- \frac{C}{\sqrt{(c^2 - b^2)}} \left\{ \text{Arc. tang.} \frac{h+b}{\sqrt{(c^2 - b^2)}} - \text{Arc. tang.} \frac{y+b}{\sqrt{(c^2 - b^2)}} \right\}$$

12. Ut hujus aequationis usum exemplo declarem, observationem in Ticinensi canali accuratissime factam (1) hic referram, eo quidem consilio, nt aquae altitudinem aequationis ope supputatam cum ea conferam, quam observatio demonstravit. Fundi declivitas per libellam explorata ea fuit, ut intervallo metrorum 2025 depresso responderet metrorum 0,537; unde  $\cos. \phi = 0,0002651$ , et  $\sin. \phi$  quam minimum ab unitate discrepat. Erat autem altitudo aquae per canalem fluentis in sectione infima  $h = 1,494$ , ibique velocitas  $v = 0,324$ ; unde  $h v = 0,484$ . His positis, aequatio (O) praebet

$$y^3 - 0,043563 y - 0,32109 = 0$$

unde eruitur  $y = 0,7$ ; ipsaque aequatio in factores duos resolvitur

$$(y - 0,7)(y^2 + 0,7y + 0,446) = 0$$

Erit igitur  $a = 0,7$ ;  $b = 0,35$ ;  $c = 0,668$


13. Iam aequatio (G), si numeros ubique substituis, et logarithmos, qui hyperbolici sunt, in tabulares vertis, dabit

$$\begin{aligned} 0,0002651 \cdot x &= 1,494 - y + 0,5924 \log \frac{0,794}{y - 0,7} \\ &- 0,2963 \log \frac{2,738}{y^2 + 0,7y + 0,446} - \frac{0,22614}{0,56877} \left\{ \begin{array}{l} \text{Arc. tang. } \frac{1,844}{0,56877} \\ - \text{Arc. tang. } \frac{y + 0,35}{0,56877} \end{array} \right\}. \end{aligned}$$

Abscissac  $x = 2025$  respondet ex hac aequatione ordinata  $y = 1,06$ . Quae si cum observatione adiunssim congrueret, oportuit aquae altitudinem metris 2025 citra punctum infimum fuisse metr. 1,06. Fuit autem ex mensura diligenter inita metr. 1,027, discriminé pertenit. Equidem consensio observationem inter, et formulam tanta est, quantam in hujusmodi experimentis expectare vix licet.

(1) Mossotti sulla soluzione d' alcuni problemi, che si sono offerti nella costruzione del Canale di Pavia. Vedi Bruschetti Istoria dei progetti, ed opere per la navigazione del Milanese pag. 223.

14. Sit  $CBA$  fundus alvei a verticali declinans angulo  $\phi$ . Sit  $Bb=a$  altitudo aquae per alveum aequabili motu latae, ducaturque per  $b$  recta  $cba$  fundo parallela. Ubicumque aqua



aequabiliter fluent, ejus superficies recta  $cba$  terminabitur. Si cubi vero aut ex objecto impedimento, aut alia quavis de causa aequabilitas tollatur, et aquae fluentis altitudo vel supra rectam  $cba$  assurgat, velut in  $P$ , ut sit  $AP=h$  major quam  $a$ , vel infra deprimatur, velut in  $Q$ , ut sit  $AQ=y$  minor quam  $a$ ; ordinatae ad curvam  $Pp$ , vel  $Qq$ , quarum utraque per aequationem (G) repraesentatur, ad valorem  $y=a$  eo propius accident, quo longias ab origine  $A$  discedimus, ita tamen ut valorem illum  $a$  attingere nunquam possint; nequit enim esse  $y=a$ , nisi fiat  $x$  infinita. Itaque curvae  $Pp$ ,  $Qq$  ad rectam  $cba$  quasi ad asymptoton vergunt. Unde intelligitur perturbationes motus aequabilis aquae altitudinem immutantes non in ea sectione consistere, ubi motus orta est perturbatio, sed sursum indefinite propagari, sic tamen, ut paullatim imminuantur, et differentia  $y-a$  ita demum attenuetur, ut sub sensu non cadat.

15. Ceterum aquatio illa (G), quae curvas  $Pp$ ,  $Qq$  rapresentat, implicatior est quam ut facile tractari possit, nisi in commodiorem formam vertatur, unde et figura curvae distinctius appareat, et ordinatae  $y$  cuivis abscissae  $x$  respondentes expeditius supputentur. Id vero succedit, si perturbatio prae aquae altitudine valde tenuis fuerit, ita ut  $h-a$ , eoque magis  $y-a$  quantitates sint perexiguaee. Nam in secundo aequationis membro, neglectis ceteris, retineri poterit terminus  $A \log \frac{h-a}{y-a}$ , et aequatio (G) in hanc verti multo concinniorem

$$\frac{y-a}{e} = \frac{\frac{h-a}{x \cotang. \phi}}{\Lambda}$$

quae aequatio est logarithmicae, cuius axis est recta illa  $cba$ , substangens vero  $\frac{\Lambda}{\cotang. \phi}$ , sive  $\frac{g a^3 \sin. \phi + h^2 v^2}{(a^2 + 2ab + c^2) g \cos. \phi}$ . Ad hujus ergo logarithmicae duetum aquae superficies ab aequabili statu dimotae proxime accedet, eoque proprius, quo minor fuerit altitudinis immutatio.

16. Logarithmicae substangens brevius et facilius definiri potest, si summam subtilitatem non quaerimus, de qua in praxi non semper solliciti sumus. Etenim cum sit ex art. 8.

$$y^3 - \frac{\beta h v}{\cos. \phi} \cdot y - \frac{a h^2 v^2}{2g \cos. \phi} = (y-a)(y^2 + 2by + c^2)$$

comparatis inter se terminis, prodit  $2b=a$ ;  $c^2=a^2 - \frac{\beta h v}{\cos. \phi}$ .

Facit autem coefficientis  $\beta$  exiguitas (art. 5) ut terminos per  $\beta$  multiplicatos ut plurimum impune negligere liceat. Hinc  $c^2=a^2$ , et  $a^2 + 2ab + c^2 = 3a^2$ . Aliunde eum sit

$$a^3 - \frac{\beta h v}{\cos. \phi} \cdot a - \frac{a h^2 v^2}{2g \cos. \phi} = 0$$

terminum per  $\beta$  multiplicatum hic rursus respuere licebit, eritque  $h^2 v^2 = \frac{2g a^3 \cos. \phi}{a}$ . Quibus substitutis, et valore coefficientis  $\alpha$  subrogato, (est autem ex art. 5,  $\alpha = 0,00717$ ), siet logarithmicae substangens, nempe  $\frac{\Lambda}{\cotang. \phi} = \frac{1}{2} \alpha (\tang. \phi + 279)$ .

17. Hactenus figuram aquae per alveos recurrentis ita investigavimus, ut praeter gravitatem, quae aquae moleculas continentur incitat, impedimentorum ratio haberetur, quibus aquae velocitas ita coereetur, ut brevi motus accelerari desinet, et ad aequabilitatem tandem perducatur. Est autem resistantiarum habenda ratio, si annum cursus, quales in natura sunt, percipi volumus; neque enim fieri ullo modo potest, ut impedimenta omnia removeantur, sitque defluentis aquae acceleratio perpetua. Qued si resistantias amovere licet, calculus multo

fieret expeditior, et superficie formam per curvam algebraicam tertii ordinis reprezentaretur. Etenim posito  $\alpha=0$ ,  $\beta=0$ , aequatio  $Pdx - Qdy - udu = 0$  in hanc vertitur

$$gdx \cos. \varphi - gdy \sin. \varphi + \frac{h^2 v^2 dy}{y^3} = 0$$

eaque sic integrata, nt  $x=0$  det  $y=h$ , facit

$$x \cos. \varphi + (h-y) \sin. \varphi = \frac{v^2}{2g} \left( \frac{h^2}{y^2} - 1 \right)$$

sive

$$y^3 - xy^2 \cotang. \varphi - \left( h - \frac{v^2}{2g \sin. \varphi} \right) y^2 - \frac{h^2 v^2}{2g \sin. \varphi} = 0$$

Quod si abscissae ab infimo alvei puncto exordiantur, et sursum procedant, fiet

$$y^3 + xy^2 \cotang. \varphi - \left( h - \frac{v^2}{2g \sin. \varphi} \right) y^2 - \frac{h^2 v^2}{2g \sin. \varphi} = 0$$

Has aequationes Octavianus Fabricius Mossotti primum sine demonstratione procul (1), deinde in Actis Societatis Italicae linearum, quas aequationes illae reprezentant, formam, atque affectiones diligentissime enucleavit.

18. Tandem si ne illam quidem gravitatis partem spectare velis, cuius directio fundo alvei perpendicularis est, nec quidquam ad motum accelerandum confert, fiet  $Q=0$ , et ab aequatione  $gdx \cos. \varphi + \frac{h^2 v^2 dy}{y^3} = 0$  statim habebis

$$x \cos. \varphi = \frac{v^2}{2g} \left( \frac{h^2}{y^2} - 1 \right)$$

nempe hyperbolam illam cubicam, quam dudum Guglielminus, ut initio memini, primus omnium proposuit.

(1) Mossotti l. c., et Memorie di Matematica della Società Italiana Tom. XIX.

## JOSEPHI BERTOLONII M. D.

*In Archigymnasio Bononiensi Botanices Profess. Iter in  
Apenninum Bononiensem.*

Nulla profecto Italiae pars numero, et delectu plantarum praestantior est Bononiensi agro. Etenim superficies ejus diversimode extollitur supra maris pacati libellam; cumque nomen sit, in plantarum genesi altitudinem loci meridionalis latitudini locorum septentrionalium aequipollere, et peculiaribus causis vegetationi favere, nil mirum id obtineri apud nos, ubi editissimum Apennini jugum fert plantas Enropae septentrionalis, et alpium, interea dum montes medii, et planities stirpes Europae temperatoris, et calidioris alunt. Quod ut oculis vestris, Collegae sapientissimi, nunc parte aliqua subjiciam, sinite, descriptionem exhibeam peregrinationis nostrae per Apenninum Bononiensem, qui, selectas stirpes, nonnullasque sane novas suppeditavit. Operae vero pretium duco, topographiam regionis breviter praemittere, ut lectarum plantarum locus natalis in proposito sit.

Juga editiora Apennini nostri sita sunt in parte meridionali, et occidua Bononiensis agri inter Thermas Porrectanas, et fines Hetruriae, atque Mutinenses. Haec imminent castellis Montis Acuti alpium, Lizzani, et Vidiceiatici, nec non aliis minoribus vicis, pagisque. Horum verticem editior ille est, qui Cornu ad scalas (*Corno alle Scale*) nuncupatur, et qui juxta mensuram ab Ingluramio statutam attollitur ad pedes 5962, 92. supra maris libellam. Sequitur secundus ab hoc Tholus Scaphaleolanus (*Cupola di Scaffaiolo*), qui lacui Scaphaleolare regione orientali imminet. Inde veniunt Cacumen Caldarium (*Cimone di Caldaia*), Cornu Ancisanum (*Corno del-*

*l' Ancisa*), et postremo loco Mons nudus Vidicciatici. (*Nuda di Vidicciatico*).

Cornu ad scalas, cum in medio eorum situm sit, pro centro elevationis horum montium habendum (Vide Tab. XVI.). Mons nudus Vidicciatici stat ad septentrionem, et orientem ejus, et per cristam praeruptam cum illo conjungitur. Cacumen Caldarianum degit ad meridiem, et hac parte ad illud pertingit. Cornu Ancisanum occidentem tenet, et connectitur cum declivitate occidua ejus, qua haec meridiem respicit, interea dum latere suo occiduo continuatur cum latere orientali Tholi Scaphaleolani, qui Tholus cum Monte Spiculano Mutinensis (*Monte Spigolino*) e regione septentrionali sua copulatur. Cornu ad scalas tres declivitates prae se fert, quarum quae septentrionalis, fere inaccessa, et cum declivitate occidua Montis Nudi Vidicciatici ambit angustam, profundamque vallem forma ferri equini, quae cavea magna Cornu scalarum (*Cavone di Cornu alla Scala*) appellatur, cuius aquae in flumen Dardaniam (*Dardagna*) excurrunt, prout in idem flumen excurrunt aquae Montis nudi Vidicciatici septentrionalis. Declivitas orientalis Cornu scalarum praeruptissima, et omnino inaccessa est, et vulgo scalae, vel gradus (*scalini*) audit. Haec cum declivitate meridionali Montis nudi Vidicciatici, et cum declivitate septentrionali Cacuminis Caldariani vallem descripta longe ampliorem, profundissimamque circumscribit, cuius aquae originem praebent Sellae amni (*Sella*), qui influit in Rhenum fere ad duo millia passuum a thermis Porrectanis. Denique declivitas occidentalis Cornu scalarum arcu ad meridiem facto conjungitur cum declivitate septentrionali Cornu Ancisani, atque inter has declivitates via est quae a finibus Bononiensibus ad fines Pistorienses dicit. Portae apennineae hic loci plenae periculi sunt; saepe enim accidit, ut viatores a ventis luctantibus abrepti vitam amiserint. Hae portae ab alpinis dicuntur *lo Stroffinatoio*, quasi indicent ventorum turbinem viatores circenmagentem.

Cornu Ancisanum connectitur cum declivitate septentrionali-orientali Tholi Scaphaleolani, qui novissimus continuus est cum declivitate orientali Montis Spiculani, ut supra monuimus. A conjunctione harum declivitatum oritur alia vallis al-

pina sat ampla, formae semicircularis, quae protrahitur septentrionem versus, ibique demissior est. Dicitur il *Baggioledo* a copia *Vaccinii Myrtilli L.* ibi nascentis, quod pastores loci *Baggiole* vocant. Ejus ambitus ad tria millia passuum supputatur. Aquae frigidissimae, aequae ac limpidissimae a montibus superstansibus exilientes illam praeterfluant, et uno vivo collectae ruunt ad extreum vallis, atque e cataracta spectaculo digna praecipites flumini Dardaniae originem praebent.

Universa crista Cacuminis Caldariani, pars minima cristae *Cornu scalarum*, et crista omnis, quantumcumque est, *Cornu Ancaiani*, una cum parte cristae *Tholi Scaphaleolani* fines perpetuos, et ad naturae ductum statutos efficiunt inter Bononenses, et Hetruscos, origine delabentis aquae pro limite invicem desumpta. In summitate vero *Tholi Scaphaleolani* stat terminus triplex, qui sejungit Bononienses, Hetruscos, et Mutinenses. Ex hinc fines Bononienses, et Mutinenses non amplius sequuntur cristam montium, sed descendunt ad imum clivum *Tholi Scaphaleolani* e regione septentrionali-orientali ejus, transcut per clivum orientalem *Montis Spiculanum*, et excurrunt per cristam montium subpositorum, qui jugo perpetuo priores vallant, et in septentrionem vergunt, ut demum pertingant, et desinant, qua flumen Dardania radices eorum lambens influit in *Sculennam* (hodie *Panaro*).

Inter *Tolum Scaphaleolanum*, et *Montem Spiculanum* vallecula est, in qua degit parvus quidem, at inexhaustus lacus *Scaphaleolanus* (*Lago di Scaffaiolo*), qui ad Mutinenses pertinet. Hic non minus mirandus est ob altitudinem loci, quam quod monticulis humillimis immeditae circumsepiatur. Qua de re videre mihi videor, *Tholum Scaphaleolanum*, et *Montem Spiculanum*, qui ex verticibus editioribus proximiores sunt, eum alere aquis suis. Juga quinque elatiora, de quibus hactenus loquutus sum, constant lapide arenario apennineo (*Macigno apennino*), cuius specimen vobis exhibeo. Lapis iste maximam partem plus minus alte tegitur humo. Unum *Cornu scalarum* in praeruptis lateribus suis orientali, et septentrionali caret crusta terrea; quare hic loci strata lapidis arenarii apenninei passim horizontalia, rarius obliqua in propatulo habentur, suntque crassitie diversae, et ita excisa, ut

c longinquo spectata gradus scalarum referant, ex quo nomen montis. In latere quoque occidentali montis lapis arenarius apenninus pluribus locis denudatus occurrit, et eosdem scalarum gradus conspiciendos exhibet; verum in latere septentrionali hunc stratum magnas concussions passum fuisse palam est, sive hae a motu terrae immanni, sive a terrae elationibus profectae sint, quae causae molem montis perturbarunt, solverunt, disruperunt. Etenim lapis discissus in cubicas massas molis plerumque ingentis inumeris, variisque modis ita congeritur, ut diruti oppidi speciem e longinquo referat. Forte etiam factum est, ut ex eisdem terrae concussi-  
nibus hiatus ortus sit, qui in eodem montis latere habetur, per quem lapis immissus diu personat inferiora petens.

Pars suprema horum montium editissimorum caret omni arbore, nivemque perpetuam hic illic etiam sub aestivo sole servat praeceps in septentrionali plaga. Ex plantis vero, quae hosce montes ab imo ad summum vestiunt, facile est, eos in tres regiones dispertire, scilicet in inferiorem, ubi *Castanea vesca* W. occurrit, in medium, ubi habetur *Fagus sylvatica* L., et in superiorem, in qua unae herbulae nascentur. Neque erit abs re vobis dicere, me quater, diversisque anni temporibus ab initio Julii ad finem Augusti eosdem montes concendisse, scilicet annis 1832. 1833. 1835. 1838. Cumque mihi proposuerim loqui tantum de plantis nostris, ideo agam de iis, quae reperiuntur fere in universo Monte Nudo Vidicciatici, in Cornu scalarum, et in Cacumine Caldariano; quoad alias, enumerabo plantas in latere septentrionali Cornu Aucisani vigentes, nec non illas, quas latus orientale Tholi Scaphaleolani suppeditat. Reliquae pertinent sive ad Florram Hetruriae, sive ad Mutinensem, quae propositi nostri non sunt.

Regionis superioris tractus haud sane magnus; a finibus enim regionis mediae, sive *Fagi* ad verticem montium vix mille et quingentorum passuum extensio est. *Nardus stricta* L. totam hanc regionem tam hic, quam in universo jugo Apennino operit; quare nullus dubito, quin regio *Nardi* appellanda sit. *Vaccinium Myrtillus* L. quoque hujus regionis est, licet etiani in proximam descendat. Vegetatio plantarum ejus

hactenus refert vegetationem temporis primi, et antiquissimi; manus enim hominum nihil ibi unquam mutavit, cum regio per novem fere anni menses sub nive delitescens cujuscunque culturae impatiens sit, et si quae plantae advenae in eadem occurunt, hae fortuitae dicendae, seminibus earum a pecore, ab avibus, a vento perlatis. Nil igitur mirum, si *Vaccinium Myrtillus* L. eundem nunc quoque servet locum natalem, quo Virgilii aevo pastores alpium Vaccinia nigra legebant. Humus herbis alte substrata ex harum dissolutione facta est, quae dissolutio cum lente incedat, vegetationem portendit antiquissimam, quod quidem magis magisque confirmatur a dissolutione forte adhuc lentiori lapidis arenarii appenninei, cuius miculae ad humum perficiendam una cum pecoris, aviumque stercore concurrunt. Radices plantarum prata alpina hic efficientium adeo implicantur, et stipantur, ut vix ferrum, quo evellantur, admittant, eaedem fornicem supra humum substratam quodammodo sistunt, qui fornix percussus resilit, imo resonat, veluti si cavum sub pedibus esset, quod hallucinationem parit, cum reapse nullus cavernosus locus ibi sit.

Quae pars hujus regionis caret crusta terrea, ea sic habetur tribus potissimum de causis: 1.<sup>a</sup> quia latus praeruptus montis terram non retinet, prout est de latere orientali, et septentrionali Cornu scalarum: 2.<sup>a</sup> quia venti, et imbræ terram, quae paullatim fit, abripiunt; quae res non modo contingit in ipsis verticibus montium, sed etiam in fauibus denissioribus veluti in fauce *dello Stroffinatojo*, nec non in altera fance, quae sita est inter Cornu Ancisannum, et Tholum Scaphaleolanum. In crista vero Cornu scalarum tanta est vis luctantium ventorum, et imbrorum, ut latus montis non minus orbetur terra, pratoque, verum etiam aquae pluviae alveum sibi straverint, quo praecipites rount, et torrentem sistunt: 3.<sup>o</sup> denique quia saxa, rupesque, quae ab editis in inferiora continuo delabuntur, impediunt, quominus herbae nascantur, aut si nascantur, suffocent. Si quae vero adsint, et hae semper paucae, raraeque, inter rupium, saxorumque rimas tantum degunt, cum hic loci paniculam, at illis alendis aptissimam huimum reperiant.

Species, quae in parte herbosa regionis *Nardi* occurunt, hae sunt:

*Veronica serpyllifolia* L., quae in planitem nostram quoque descendit.

*Phleum alpinum* L. In *Baggioledo*.

*Agrostis alpina* W. In pratis Cornu Ancisani, et Cornu scalarum ventis magis obnoxii.

*Aira caespitosa* L. Ibid.

*flexuosa* L. Ibid.

*caryophyllea* L. Ibid.

*Melica nutans* L. praesertim in Cornu scalarum.

*Poa alpina* L. Ibid.

*Sesleria coerulea* Scop. Ibid.

*Poa nemoralis* L. Ibid.

*Festuca duriuscula* x. Bert. Fl. Ital. Ibid.

*heterophylla* Lamk. Ibid.

*Festuca pinnata* Huds. Ibid.

*Galium pusillum* L. In rupestribus.

*rubrum* β Bert. Fl. Ital. Ibid.

*Myosotis alpestris* W. In clivibus herbosis ad gradus septentrionales Cornu scalarum.

*Primula suaveolens* Bert. Fl. Ital. In fissuris rupium septentrionalium Cornu scalarum, et in Cacumine Caldariano.

*Phyteuma haemisphaerica* L. Communis ubique.

*orbicularis* L. In crista Cornu scalarum, et in cacumine Caldariano, sed ravior.

*Viola calcarata* L. Ubique copiosa.

*Viola biflora* L. Ubique copiosa.

*Thesium linophyllum* L. In herbidis Cornu scalarum orientalis.

*Gentiana acaulis* L. Descendit quoque ad prata regionis *Fagi*.

*Gentiana verna* L. Ibid.

*Gentiana campestris* L. Descendens ad prata regionis *Fagi*.

*Myrrhis hirsuta* Spr. Inhabitat humentia pratorum, et rivulorum margines del *Baggioledo*, aequo ac regionis *Fagi*.

*Paruassia palustris* L. Ubique in pratis orientalibus sub lacu Scaphaleolano, et in ripis rivulorum omnium etiam in regione *Fagi*.

*Convallaria majalis* L. In Cacumine Caldariano tantum.

*Luzula sylvatica* Röm. et Schult. In herbidis septentrionalibus Cornu scalarum descendens ad prata regionis *Fagi*.

*Luzula campestris* W. Ibid.

*Luzula spicata* De Cand. Ibid.

*Lilium Martagon* L. Ibid.

*Epilobium angustifolium* L. Ibid.

*Epilobium montanum* β. Bert. Fl. Ital. Ad scaturigines aquarum, et in rivulorum marginibus Caveae magnae Cornu scalarum, et del Baggioledo.

*Vaccinium uliginosum* L. In pratis editioribus eorundem locorum, dum *Vaccinium Myrtillus* L. ubique commuue.

*Polygonum Bistorta* L. Copiose in editiori Cacumine Caldariano, Tholo Scaphaleolano, Cornu scalarum, et in Baggioledo. Pharmacopolea nostri quaerant hic, nec petant ab exteris terris.

*Dianthus deltoides* L. Ubique copiosus, praesertim vero in vertice Montis Nudi Videllicati.

*Dianthus monspessulanus* L. Frequens in pratis del Baggioledo.

*Silene quadrifida* β Koch. Ad rivulos in pratis humentibus sub lacu Scaphaleolano super tapeta *Bartramiae fontanae*. Certe varietas tantum est *Sileneos quadrifidae* L.

*Arenaria verna* L. In pratis vi ventorum denudatis.

*Arenaria ciliata* L. Ibid.

*Sedum Anacampseros* L. In herbidis declivitatis orientalis Cornu scalarum, sed rarum, et una tantum vice a me repertum.

*Sedum saxatile* W. Copiosissimum in pratis denudatis, corrisque, nec non in fissuris rupium ejusdem loci, descendens ad regionem *Fagi*.

*Sedum monregalense* Balb. Ibid.

*Spergula glabra* W. Ibid. in pratis.

*Rosa alpina* L. In pratis Tholi Seaphaleolani, et Cacuminis Caldariani, tum in fissuris rupium crista, et Caveae magnae Cornu scalarum.

*Potentilla verna* L. Ibid. Descendens ad colles usque Bononienses.

*Potentilla aurea* L. Ibid., nec descendens.

*Tomentilla erecta* L. In herbidis Cacuminis Caldariani, ubi copiosa. Radix ejus ditabit officinas pharmacopolarum nostrorum, si isti sapient.

*Geum montanum* L. Flore suo pulcherrimo exornans tapeta pratinis harum alpium.

*Ranunculus montanus* W.-Hic loci parvulus, grandior in regione *Fagi*.

*Ajuga reptans* L. In planitiem Bononiensem usque descendens.

*Betonica hirsuta* L. Rara stirps in Cacumine Caldariano prope aggerem, quem fieri fecit Magnus Dux Hetruriae, ne equorum armenta in fines nostros transirent.

*Euphrasia officinalis* L. Plurimum ludens statuta, et floribus, transiens ad prata regionis *Fagi*, et ad planitiem quoque nostram.

*Pedicularis tuberosa* γ D.C. Copiosissima in Cacumine Caldariano, in Tholo Scaphaleolano, in Cornu Ancisano, et scalarum.

*Geranium nodosum* L. In herbidis septentrionalibus Cornu scalarum, et superioris regionis *Fagi*, descendens ad sylvas collium Bononiensem.

*Geranium sylvaticum* L. Ibid., nec descendens.

*Polygala amara* L. Copiosissima ubique in herbidis hujus regionis, nec non in pratis inferioribus regionis *Fagi*. Non egemus igitur planta Tyrolensi, quam hactenus sibi comparant pharmacopoleae nostri.

*Genista tinctoria* L. Ibid. valde copiosa.

*Trifolium pratense* L. A vertice Tholi Scaphaleolani ad planitiem Bononiensem descendens. Quid nutrientis armentis aptius? Ideo natura late diffudit per omnem terram.

*Lotus corniculatus* L. In eisdem locis.

*Hypericum Richerii* W. Frequens ubique.

*Scorzonera humilis* L. In latere orientali Cornu scalarum, sed rara.

*Scorzonera rosea* W. Ubique copiosa in locis ad orientem versis.

*Robertia taraxacoides* De Cand. In Cornu scalarum. Rara.

*Apargia hispida* W. Ab editis ad planitiem descendens.

*Hieracium Pilosella* L. In eisdem locis.

*Hieracium dubium* L. In editis tantum.

*Hieracium aureum* W. In omnibus pratis septentrionalibus alpinis. Spectatissimum flore aureo, polymorphum foliis.

*Carduus nutans* β. Bert. Amoen. It. Quibus in locis abundant humus alpina, et petrae minores acervantur, alte desigit radices, et arcet a se herbulas.

*Cnicus horridus* Bert. Amoen. It. Ibid.

*Cnicus eriophorus* W. Ibid.

*Gnaphalium dioicum* L. In pratis denudatis, descendens ad regionem *Fagi*.

*Gnaphalium rectum* W. Ibid.

*Erigeron alpinum* L. Ibid.

*Tussilago alpina* L. In crista hornum montium omnium.

*SOLIDAGO pygmaea*: radice repente; foliis imis ovatis, abbreviatis, reliquis lanceolatis, serratis, inferioribus petiolatis; racemis axillaribus, subtrifloris, brevissimis Tab. XVII. fig. 1.

*Perenn.* Legi in Cornu Ancisano, et scalarum. Floret Julio, et initio Augusti.

Radix transversa, repens. Caulis simplex, erectus, angustatus, pollicaris-spithamalis. Folia prima multo minora, ova-ta, aut oblonga, obtusa, vel acutiuscula, reliqua lanceolata, acuta, aut acuminata, omnia leviter, argute serrata, inferiora petiolata, caulina alterna. Racemi solitarii, axillares, subtriflori, brevissime pedunculati, approximati, ut racemum compositum referant. Subinde pedunculi tantum uniflori. Calathus duplo grandior, quam in *Solidagine Virgaurea* L.

Delata in hortum Botanicum Bononiensem servavit omnino habitum summ, imo ibi ceterius florebat, quam in alpinis. *Solidago Virgaurea* L. differt statura, et habitu foliorum multo grandiore, foliis latioribus, racemis multifloris, floribus dimidio minoribus, et florendi tempore seriore; incipit enim florere decadente Augusto, et sequitur in Octobrem.

*Bellis perennis* L. Descendens in planitiem.

*Centaurea phrygia* L. Rara.

*Orchis viridis* W. In solo vertice Tholi Scaphaleolani.

*Carex ovalis* W. In pratis del Baggioledo, ubi stagnat aquae.

*Carex ferruginea* W. Descendens ad regionem *Fagi*.

*Juniperus nana* W. In crista denudata Cornu scalarum, ubi decumbit, et caespitat.

*Lycopodium alpinum* L.

*Lycopodium clavatum* L.

*Lycopodium Selago* L. Hujus pulvis suppetias seret officinis nostris, quae aliunde petunt.

*Didymodon capillaceum* Schr.

*Dicranum scoparium* Hedw., quod descendit ad regionem *Fagi*.

*Tortula ruralis* Swartz.

*Polytrichum juniperinum* Hedw. Descendens ad regionem *Fagi*.

*Polytrichum commune* L. Ibid.

*Bartramia fontana* Swartz. Ubique ad scatnrigines aquarum, et in marginibus rivulorum Caveae magnae Cornu scalarum, et *del Baggioledo*, descendens quoque ad regionem *Fagi*. Efficit tapeta laete virentia, visui grata.

*Bryum caespiticium* L. Descendens ad regionem *Fagi*.

*Hypnum fluitans* L. Copiosum in omnibus aquis stagnantibus *del Baggioledo*, et locorum superiorum, excepto lacu Sca phaleolano, qui plantis omnino caret.

*Cetraria islandica* Ach. Magna manu occurrens inter *Vaccinium Myrtillum* L., ut sufficeret officinis totius Italiae, ne dicam Bononiensibus, et tamen pharmaciopolae nostri emunt a Tyrolensisibus pretio non parvo. Stirps copiose, et cito e terra auferenda ope rastri, cuius dentes pollicem inter se distent.

*Peltidea canina* Ach. Descendens ad regionem *Fagi*.

*Peltidea polydactyla* Ach. Ibid.

*Cenomyce pyxidata* Ach. Ibid.

*Cenomyce rangiferina* Ach. Ibid. Praesertim occurens inter *Cetrariam islandicam* Ach.

*Cenomyce racemosa* Ach.

Sequuntur plantae, quae habentur in parte nuda, et lapidosa ejusdem regionis.

*Veronica Beccabunga* L. In aquis fluentibus, et frigidissimis rivulorum *del Baggioledo*, et Caveae magnae Cornu scalarum.

*Caltha palustris* L. Ibid.

*Valeriana tripteris* L. In fissuris rupium hujus regionis, et regionis *Fagi*.

*Valeriana montana* L. In fissuris cristaë elatioris septentrionalis Cornu scalarum.

*Scabiosa Columbaria* × Bert. Fl. Ital. Inter saxa Caveae magnae Cornu scalarum.

*Plantago alpina* L. Ibid., sed valde rara.

*Plantago maritima* L. Copiosissima in Tholo Scaphaleolano, et in Cornu scalarum supra terram saxosam.

*Alchemilla vulgaris* L. Ubique communis supra terram saxosam, et in fissuris rupium hujus regionis, et regionis *Fagi*.

*Alchemilla alpina* L. Ibidem.

*Campanula rotundifolia* L. Ubique in clivibus denudatis. Hinc delata in hortum botanicum Bononiensem adeo luxuravit, ut non dignosceretur.

*Campanula linifolia* β W. In crista septentrionali Cornu scalarum, nec hactenus reperta in alia Apennini parte.

*Rhamnus alpinus* L. In solis praecepitiis locis cristaë Cornu scalarum.

*Chenopodium Bonus Henricus* L. In simetis armentorum, et pecoris tam hic, quam in regione *Fagi*.

*Gentiana purpurea* L. In editiori clivo Cornu scalarum septentrionalis. Pastores loci radices ejus evellunt, et servant ad intermittentes febres arcendas.

*Bupleurum falcatum* L. In clivo septentrionali cristaë Cornu scalarum. Rarum, nec alibi in Apennino hactenus repertum.

*Pimpinella alpina* Host. In fissuris rupium Cacuminis Caldariani, et in Baggioledo. Descendit quoque in pratis regionis *Fagi*. Delata in hortum jam florebat Majo.

*Laserpitium Siler* L. In praecipiis septentrionalibus Cornu scalarum.

*Athamantha Libanotis* L. Ibid.

*Linum alpinum* Re Seg. In editiori crista Cornu scalarum, ubi humus aliqua consistit.

*Juncus trifidus* L. Ibid.

*Allium fallax* Röm et Sch. In fissuris graduum Cornu scalarum.

*Scilla bifolia* L. Inter saxa Cornu scalarum septentrionalis. Descendit ad colles Bononienses, ubi copiosam reperi *alla Crovara*.

*Daphne Mezereum* L. Ibid., tum in Cavea magna Cornu scalarum *alla Porticella*, et copiose in clivis saxosis, et umbrosis prope Sanctuarium B. M. V. *dell'Acero* in regione *Fagi*. Officinae nostrae possunt obtinere ex hoc loco magna manu, quin emant a Tyrolensibus.

*Saxifraga Aizoon* W. In cristis editioribus nudis Cornu Scalarum, Tholi Scaphaleolani, et Cacuminis Caldariani copiose.

*Saxifraga moschata* Wulf. Ibid. Copiose.

*Saxifraga oppositifolia* L. Ibid. sed minus copiose.

*Dianthus Caryophyllus* L. sylvestris. In clivo orientali Cornu scalarum.

*Silene nutans* L. Ibid., et etiam in regione *Iagi*.

*Silene saxifraga* L. Ibid., sed non descendit.

*Silene rupestris* L. In locis sabulosis nudis verticis Cornu scalarum, et Ancisani.

*Stellaria saxifraga* Bert. Amoenit. Ital. In Cavea magna Cornu scalarum, sed rara.

*Sedum dasyphyllum* L. Inter *Saxifragas* in vertice Cornu scalarum dicto *la Polenta*. Descendit quoque ad saxa, et muros vetustos planitie Bononiensis.

*Cerastium alpinum* ♂. Bertol. Amoen. It. Ubique copiosum in locis denudatis harum alpium.

*Sempervivum montanum* L. Frequens in editiori crista Cornu scalarum ad praecipitum montis.

*Mespilus Cotoneaster* L. Ibid.

*Pyrus Aria* W. In fissuris rupium Caveae magnae, et cristae Cornu scalarum, ubi arbuscula tantum.

*Rosa spinosissima* L. In rupibus Caveae magnae Cornu scalarum, nec non in Cacumine Caldariano, et Scaphaleolano.

*Potentilla rupestris* L. In rupibus Caveae magnae Cornu scalarum prope *la Porticella*.

*Aquilegia alpina* L. In fissuris umbrosis, editioribusque Cornu scalarum, ubi spectatissima floribus suis amplis, caeruleis. Occurrit quoque, sed humilior, et fere pygmaea in herbidis editioribus septentrionalibus Cacuminis Caldariani. Nescio, quod alibi hactenus reperta sit in jugo Apennino.

*Anemone millefoliata* Bert. Amoen. Ibid.

*Anemone narcissiflora* L. Ibid.

*Thymus Serpyllum* L. Late extensus in pratis istis alpinis, aequo ac in collibus nostris humilioribus.

*Scrophularia Scopolii* Pers. In solo pingui a simetis pectoris tam hic, quam in regione *Fagi*.

*Urtica hispida* De Cand. In eisdem locis promiscue.

*Biscutella laevigata* L. Praediligit latus orientale cristae Cornu scalarum.

*Sisymbrium pinnatifidum* De Cand. Inter saxa cristarum editiorum.

*Geranium argenteum* L. In rimis rupium cristae orientalis, et septentrionalis Cornu scalarum, ubi copiosum.

*Trifolium caespitosum* W. In rimis rupium, qua venti magis luctant, et vegetationem reliquarum plantarum impedit.

*Trifolium alpinum* L. In crista orientali, et septentrionali Cornu scalarum; sed rarum.

*Hieracium murorum* f. L. Ibid. in fissuris rupium.

*Hieracium amplexicaule* L. Ibid.

*Hieracium villosum* L. Ibid.

*Senecio Doronicum* L. Ibid.

*Arnica Bellidiastrum* W. Ibid.

*Doronicum Columnae* Ten. Ibid.

*Chrysanthemum atratum* L. Ibid.

*Chrysanthemum ceratophyloides* W. Ibid.

*Aster alpinus* L. In praecipiis tantum cristae editioris Cornu scalarum. Adhuc horret animus cogitans, quo pacto pastor sive alligatus descendit, ut legeret.

*Centaurea Scabiosa* L. In vertice Cornu scalarum, ubi occurrit in statu pygmaeo, dum in monte *Paderno* prope Boniam laete vigeat, imo luxuriat.

*Botrychium Lunaria* W. In clivis humentibus septentrionalibus Caveae magnae Cornu scalarum, sed rarum.

*Aspidium septentrionale* W. In cristis editioribus septentrionalibus Cornu scalarum locis apertis, agens radices inter fissuras rupium.

*Polypodium Phaeopteris* L. In foraminibus profundis, fissuris, excavationibus umbrosis, humo stratis septentrionalis Cornu scalarum, et in eisdem locis etiam in regione superiore *Fagi*.

*Aspidium Lonchitis* W. Ibid.

*Aspidium aculeatum* W. Ibid.

*Aspidium dilatatum* W. Ibid.

*Aspidium fragile* W. Ibid.

*Aspidium alpinum* W. Ibid.

*Pteris crispa* L. Copiose inter rupes in finibus regionum *Nardi*, et *Fagi*.

*Blechnum boreale* W. Ibid.

*Lecidea atrovirens*  $\beta$  *geographica* Ach. Late operiens rupes hujus regionis, et jucundo spectaculo mappam geographicam referens.

Venio nunc ad declarandas plantas a me repertas in reione *Fagi*; sed antequam de eisdem agam, necessarium duco regionem ipsam describere.

Hujus regionis tractus multo grandior praecedente est, ad novem enim millia passuum in longitudinem extenditur. Late operitur *Fago sylvatica* L., quae in media parte ejus insigniter attollitur, cum saepe occurrant arbores altitudinis centum pedum. Eaedem juxta se invicem perquam creberrime nascuntur, et ramos implicant, ita ut sylva densissima fiat, et imaginem praebeat luci primaevi, nec desint hic illic arbores amnosae a vi ventorum, imbrium, et nivis dejectae, partim siccae, partim putrescentes. At in regione superiore hae arbores paulatim decrescunt, et denum caespites tantum evadunt. Qua sylva densior, et umbrosa est, nulla alia herba praeter paucas cryptogamas, viget; terrae facies nuda, foliis arborum delapsis solummodo tecta; quare botanicus, ut phanerogamas plantas in hac regione reperiat, necesse est, adeat partem illam, in qua arbores distant inter se, aut ubi homines exciderunt, ut terram colerent, cum alpini hanc regionem inhabitent, et hic illic serant *Secale cereale* L., *Hordeum distichum* L., *Hordeum hexastichum*, et *Triticum hybernum* L. *muticum*. Domunculae, et casae eorum vix ultra terminum medium regionis habentur; unum aedificium altius situm in toto hoc apennini tractu est Sanctuarium B. M. V. dell' Acerò in latere occiduo Montis Nudi Vidicciatici, a quo tria millia passuum supersunt, antequam perveniamus ad regionem *Nardi*. Plantae in hac regione a me lectae hujusmodi sunt:

*Circaeа alpina* L. Copiosa in humo a ligno putrescente *Fagorum* praesertim profecta.

*Veronica Chamaedrys* L. Prata incolens.

*Veronica urticaefolia* Linn. fil. E fissuris rupium in parte superiore sylvae.

*Veronica officinalis* L. Copiosissime in pratis humentibus circa Sanctuarium, et alibi.

*Eriophorum pubescens* Smith. In aquosis horum pratorum.

*Poa fluitans* Scop. Ibid.

*Agrostis vulgaris* Smith. Ibid. in siccis.

*Poa nemoralis* L. Ibid.

*Briza media* L. Ibid.

*Cynosurus cristatus* L. Ibid.

*Melica uniflora* W. Qua sylva opaca est juxta ripas Dardaniae.

*Galium sylvaticum* L. Ibid.

*Galium rubrum* L. Bert. Fl. Ital. Ibid.

*Poa annua* L. Ibid. descendens longe lateque ad planitatem Bononiensem.

*Ilex aquifolium* L. In ripis detectis Dardaniae.

*Sagina procumbens* L. Copiosa in pratis spongiosis Sanctuarii.

*Myosotis alpestris* W. Gregaria in locis pinguibus regionis superioris. Pulcherrima floribus laete caeruleis.

*Cynoglossum officinale* L. Prope Sanctuarium in ripis Dardaniae, sed rarum.

*Atropa Belladonna* L. Prope Sanctuarium in ripis Dardaniae.

*Solanum Dulcamara* L. Ibid. Descendens prope la Chiesina.

*Jasione montana* L. In clivis herbosis prope Sanctuarium.

*Phyteuma Michelii* W. Ibid.

*Verbascum Thapsus* L. Prope Sanctuarium, et a Cadiberna.

*Verbascum montanum* Schr. Ibid.

*Hyoscyamus niger* L. Ibid.

*Impatiens Noli tangere* L. In locis umbrosis, et elatis sylvae seclus viam, quae dicit al Baggioledo.

*Viola canina* ð Bert. Fl. Ital. Frequens ad caespites.

*Ulmus montana* Smith. Prope Sanctuarium. Arbor ingens, foliis amplis spectatissima. Bononienses hac inserunt *Ulinum campestre* L.

*Cuscuta Epithymum* L. In pratis Sanctuarii. Parasitica supra *Genistam germanicam* L.

*Gentiana utriculosa* L. In eisdem pratis.

*Myrrhis aurea* Spr. Ibid.

*Bunium Bulbocastanum* L. Ibid.

*Aegopodium Podagraria* L. Ibid. Descendens in planitem nostrani.

*Cnidium apioides* De Cand. Ibid.

*Trichiscanthos nodiflorus* De Cand. In ripis canalis di Rifosso. Rhizotomi vendunt radices pharmacopolis nostris pro radicibus *Mei athamantici*.

*Imperatoria Ostruthium* L. Prope Sanctuarium, et in suprema regione.

*Sambucus racemosa* L. Prope Sanctuarium. Arbuscula spectatissima racemis e fructibus coloris corallini.

*Linum catharticum* L. Frequens in pratis.

*Ornithogalum pyrenaicum* L. In fribus regionum *Fagi*, et *Castaneae*.

*Convallaria multiflora* L. In umbrosis caespitum.

*Juncus conglomeratus* L. In aquosis sub Sanctuario.

*Juncus articulatus* ß. Bert. Fl. Ital. Ibid.

*Juncus bufonius* L. Ibid.

*Luzula nivea* W. In ripis herbosis rivulorum superiorum.

*Rumex scutatus* L. Copiose in ripis saxosis eorundem rivulorum.

*Rumex alpinus* L. Copiose in finibus superioribus sylvae, et in pratis humentibus Sanctuarii ad simeta, et ad fines regionis *Nardi stricti*.

*Rumex Pseudo-Acetosa* ß Bert. Fl. Ital. In eisdem pratis.

*Epilobium montanum* L. Ubique commune.

*Daphne Laureola* L. In locis magis opacis sylvae.

*Paris quadrifolia* L. Ibid.

*Chrysosplenium alternifolium* L. In clivis muscosis regionis superioris.

*Saxifraga cuneifolia* β *apennina*: foliis rosularum cuneato-spathulatis, apice abscissis, parce dentatis Tab. XVII. fig. 2.

*Suffruticulosa*. Legi all' *Acero* in ripis umbrosis Dardaniae. Floret aestate.

Caulis perennantes horizontaliter repunt, sursum ferunt rosulas foliorum. Folia rosularum coriacea, cuneato-spathulata, glauca, margine albo-cartilaginea, lamina spathulari brevi, superne abscissa, subretusa, et dentibus paucis crenata, lateribus integerrimis, inferne in petiolum tenuem angustata, tota superficie minutissime granulata. E centro cuiusvis rosulae foliorum prodit caulis annotinus teres, tenuis, nudus, erectus, vel ascendens, duos-quinque pollices longus. Flores in panicula terminali. Bracteola exigua, linearis-spathulata, integerima, ad ramifications paniculae. Calyx demum omnino retroflexus. Petala alba, obverse lanceolata, obtusa, triplinervia, ungue latiusculo. Capsulae cornua revoluta, puberula. Tota planta-grabra.

Typus hujus speciei, sive *Saxifraga cuneifolia* L., differt ab hac varietate nostra habitu robustiore, foliis grandioribus, etiam duplo, et triplo, lamina spathulari subrotundo-elliptica, apice rotundata, fere toto margine dentata, dentibus minoribus, numerosioribus, utraque superficie grossius granulata, canle crassiore, palmari-spithamali, petalis latioribus, oblongo-obovatis.

*Stellaria nemorum* L. Copiosissima in regione superiore.

*Lychnis dioica* α L. In caespitibus. Haec in planitiem nunquam descendit in Italia. Flores pulchre rubent.

*Agrostemma Githago* L. Inter sata di Torlaino. Descendens in planitiem.

*Sonchus arvensis* L. Ibid., nec descendens.

*Cnicus arvensis* Smith. Ibid. Pestis satorum tum hic, tum in planicie.

*Asarum europaeum* L. Copiosissimum inter saxa ad caespites prope Sanctuarium. Radix ejus aromatica digna meliori sorte apud medicos, et pharmacopolas, quam temporibus nostris gaudet.

*Euphorbia purpurata* Thunill. Ibid.

*Prunus Cerasus* L. In viciniis dell' *Acero*, ubi fructum exquisite sapidum maturat medio fere Augusto.

*Sorbus Aucuparia* L. Prope Sanctuarium, ubi habentur arbores insignes, in quibus, maturescente fructu, fit magna caedes turdorum, et merularum. Adeo aptissimum est nomen specificum huic speciei a Linnaeo inditum.

*Pyrus communis* L. Certe sylvestris tam in hac regione, quam in regione Castaneae. Alpini comedunt fructus sive cotos, sive sicclos.

*Pyrus Malus* L. In eisdem locis, et eodem usu praestans.

*Pyrus Aria* W. Late arborescens in sylva dell' *Acero*, dum arbuscula in fissuris caveae magnae Cornu scalarum.

*Rubus idaeus* L. Non infrequens in hac regione, suppeditans fructus deliciosissimos, quibus pharmaciopolae Porretani, et Castalionis Pepulorum confectionem, vel syrupum refrigerantem suavissimum praeparant.

*Fragaria vesca* L. Ibidem copiosissime. Ferens magna manu fraga sapidissima Augusto, et Septembri, quae in oppida importantur ad secundas mensas, et ad gelidas sorbitiones. Eadem colitur in hortis Bononiensibus, ubi citius fructificat, et fraga natura fert Aprili, Majo, et vulgo dicitur *Fiopponi*.

*Actaea spicata* L. Occurrent, ubi sylva densior est.

*Helianthemum vulgare* Pers. Ad saxa caespitum.

*Aquilegia vulgaris* L. Ibid.

*Thalictrum aquilegifolium* L. Ibid.

*Ranunculus nemorosus* De Cand. In herbidis hujus regionis.

*Ranunculus acris* L. Ibid. in agnosc. Descendit in planitiem.

*Ranunculus repens* L. In eisdem locis, et pariter descendens.

*Trollius europaeus* L. Copiosissimus in pratis humentibus prope Sanctuarium. Herborarii nostri vendunt folia hujus speciei pro foliis *Aconiti Napelli* L, quod omnino non nascitur in Apennino nostro. Adeo necessarium est, ut pharmacopoleae majorem operam dent cognoscendis plantis, quam nunc faciunt.

*Helleborus foetidus* L. In ripis Dardaniae, et in regione inferiori.

*Lamium maculatum* L.

*Lamium purpureum* L.

*Galeopsis Ladanum* L.

*Galeopsis Tetrahit* L.

*Viola tricolor* L.

*Sonchus arvensis* L.

*Rhinanthus Crista galli* L.

*Anthemis arvensis* L.

Hae plantae omnes infestant sata prope Sanctuarium, et nonnullae descendunt in planitiem.

*Stachys sylvatica* L.

*Stachys alpina* L.

*Stachys recta* β. Bert. Amoen. Ital.

*Galeobdolon luteum* Pers.

*Thymus grandiflorus* W.

*Prunella vulgaris* L.

*laciniata* L.

Omnis hae plantae hic illic occurunt in sylva. *Prunellae* descendunt in planitiem.

*Scrophularia nodosa* L. In humentibus.

*Cardamine asarifolia* L. Copiosissima in marginibus rivuli, qui descendit e Cavea magna Cornu scalarum.

*Cardamine Chelidonia* L. In maceris rivuli prope Sanctuarium.

*Cardamine impatiens* L. Frequens in via, quae dicit *al Baggioledo*.

*Malva moschata* L. Praediligit, et exornat prata omnia floribus suis roseis.

*Spartium scoparium* L. Tam in hac regione, quam in regione *Castaneae*.

*Lathyrus pratensis* L. In pratis.

*Vicia villosa* W. Ibid. Optimum armento pabulum. Jure Angli nos monent eam colere.

*Trifolium medium* L. Copiose in pratis *dell' Acero*.

*Trifolium nigrescens*. Viv. Ibid.

*Hypericum perforatum* L. Ibid. Descendens in planitiem. *montanum* L. Ibid.

*Prenanthes purpurea* L. In pratis, et in clivis saxosis, umbrosis *dell' Acero*.

*Prenanthes muralis* L. Ibid.

*Cacalia alpina* W. Floribus roseis ornans macerias rivuli prope Sanctuarium, et ripas saxosas Dardaniae.

*Senecio laciniatus* Bert. Amoen. Ital. In ripis umbrosis rivulorum superiorum.

*Solidago Virgaurea* L. Ibid. Descendens ad colles Bononienses.

*Doronicum austriacum* W. Ibid.

*Achillea tanacetifolia* W. In pratis dell' Acero.

*Centaurea nigra* L. Ibid.

*Orchis Conopsea* L. Ibid. Copiosissima.

*Orchis albida* W. Ibid., sed rara.

*Orchis sambucina*. Ibid.

*Veratrum Lobelianum* Bernh. Ibid. Rarum.

*Acer Pseudo-Platanus* L. Copiosum in tota sylva Fagorum. Arbor, quae habetur juxta Sanctuarium, spectatissima est mole, et antiquitate sua, nomenque Sanctuario dedit. Referunt in cavo arboris hujus speciei repertam fuisse imaginem Deiparae, cui aedicula aedificata est, quae nunc Sanctuarium dell' Acero appellatur. Dies festus hujus Virginis celebratur quotannis Non. Aug. Bononienses, Mutinenses, Hetrusci, qui propinquiores sunt, magno numero veniunt ad solemnitatem, et gratum spectaculum praebent hic illic per sylvam effusi, et refocillandis viribus operam dantes. Sacerdos sub arbore magna, quae juxta aediculam est, miracula, et historiolam illius imaginis oratione non mehercle! facunda declarat; vesperascente die advenae, sumpto ramulo illius arboris, laeti, gaudentesque discedunt.

*Aspidium Filix mas* W. Copiosissime inter saxa clivorum umbrisorum.

*Aspidium Filix foemina* W. Ibid.

*Pteris aquilina* L. Ibid. Legi fructificantem, quae res raro occurrit in Italia.

Musci sequentes late effunduntur supra terram lumentem sylvae sub Fagis, et inter saxa, suntque

*Leptohymenium gracile* Hinben.

*Polytrichum undulatum* Hedw.

*Anomodon viticulosus* Hook.

*Bartramia pomiformis* Hedw.

*Bartramia Oederi* Swartz.

*Mnium cuspidatum* Hedw.

*Mnium undulatum* Hedw.

*Hypnum incurvatum* Hedw.

*Hypnum cupressiforme* L.

*Marchantia polymorpha* Ibid. in humentibus.

*Jungermannia tamariscifolia* Ibid.

*CALYCIUM cinnamomeum*: crusta effusa, bissoque tenuissimo, rufescente-cinnamomeo tecta; apotheciis infundibuliformibus, stipitatis, stipite basi dilatato Tab. XVII. fig. 3.

Reperi in ligno putrescente *Fagorum* in sylva dell' Accero mense Augusto.

Crusta effusa, cinnamomeo-rufa, tecta byssio tenuissimo, concolore, hic illic praesertim in ambitu denudata, ibique glaberrima, nitens. Apothecia stipitata, infundibuliformia, stipite rufo-nigricante, nitido, basi dilatato, infundibulo cinnamomeo-rufo, pulvinulo gongylifero nigricante.

*Variolaria communis* Ach. In cortice trunci *Fagorum*.

*Lecanora atra* Ach. Supra terram.

*Lecanora crassa* Ach. Ibid.

*Borrera ciliaris* Ach. In ramis editioribus *Fagorum*.

*Borrera furfuracea* Ach. Ibid.

*Evernia prunastri* Ach. Ibid.

*Ramalina fraxinea* Ach. Ibid.

*Usnea barbata* Ach. Ibid.

*Cetraria glauca* Ach. In basi truncorum, et in radicibus detectis *Fagorum*.

*Sticta pulmonacea* Ach. Tegens trunco*s Fagorum*, et *Castanearum* regionis proximae.

*Cenomyce fimbriata* Ach. Frequens supra terram inter muscos.

*Cenomyce coccifera* Ach. Occurrens tantum in ligno putrescente *Fagorum*.

*Rhizomorpha subcorticalis* Pers. Inter corticem, et lignum *Fagi* late effusa.

*Agaricus ostreatus* L. Super lignum demortuum *Fagorum*. Edulis. Vulgo *Cardella Etruscorum*, *Giacconi d'estate* Bononiensium.

*Cantharellus cibarius* Fries. Supra terram. Edulis. Vulgo *Galletto* tam hic loci, quam in Hetruria.

*Boletus fomentarius* Fries. Copiose in truncis *Fagorum* recens demortuis. Ex hoc fit somes igniarius. Vulgo *Esca*. *Fungo da esca*.

*Stemonitis fusca* Fries. In ligno demortuo *Fagorum*, qua sylva densior, et opacior est.

*Schlerotium Clavus* De Cand. Parasiticum in semine *Secalis cerealis* L. ibi culti. Sistit *Secale cornutum* officinarum, quod hic loci magna copia obtineri potest, absque eo quod pharmacopoleae petant a Genuensibus.

*Dematium petraeum* Pers. supra terram, ubi sylva opacior.

Pauca referam de plantis regionis *Castaneae*, quia sere omnes in collibus Bononiensibus obviae, neque de iis nunc sermo est.

*Colchicum autumnale* x Bert. Amoen. In pratis del *Frascaro* secus viam inter Vidicciaticum, et l' *Acero*.

*Plantago Cynops* L. In viciniis Vidicciatici.

*Mentha Pulegium* L. Ibid.

*Erythrea Centaurium* Pers. Ibid.

*Asphodelus albus* W. In herbidis a *Depiano* supra *Grecia*.

*Geum urbanum* L. In clivis inferioribus Vidicciatici.

*Hedysarum Onobrychis*. L. Ibid.

*Delphinium Consolida* L. In cultis Vidicciatici.

*Melampyrum arvense* L. Ibid.


*Teucrium Scorodonia*. L. In via, quae dicit all' *Accro*.

Hic finem faciam descriptioni intineris nostri, qua 330 plantarum species in Apennino Bononiensi a me lectas indi- cavi, quarum plures ex rarioribus Europaeis sunt, tres in cen- su novarum habendae, nonnullae ad pharmaciam, et medici- nam miles. Accipite, Collegae praestantissimi, faventi animo opusculum hoc, quodcumque sit, et si lubet, aequi bonique facite.


## TAB. XVI.

Mons Apenninus Bononiensis elatior. (*Gruppo de' monti più elevati dal Bolognese*).

- N. 1. Cornu ad scalas (*Corno alla Scala*).
2. Tholus Scaphaleolanus (*Cupola di Scaffaiuolo*).
3. Cacumen Caldarianum (*Cimone di Caldaia*).
4. Cornu Aneisanum (*Corno di Lancisa*).
5. Mons nudus Vidiceiatici (*Nuda di Vidicciatico*).
6. Mons Spiculanus (*Monte Spigolino*).
7. Laicus Scaphaleolanus (*Lago di Scaffaiuolo*).
8. Scaturigines fluminis Sellae (*Origine del fiume Sella*).
9. Cavea magna Cornu scalarum (*Cavone del monte Corno alla Scala*).
10. Vallis dicta Baggioledo.
11. Portula Caveae magnae (*Porticella del Cavone*).
12. Origo fluminis Dardaniae (*Origine del fiume Dardagna*).
13. Portae apennineae (*Strofinatoio*).
14. Scaturigines fluminis Limac (*Origine del fiume Lima*).








Mons. Cipriano. Bonacensis electur. (Guppo e

G. Bellini del



in monti più elevati del Bolognese.)





*Turifraga cuneifolia* Bert. fil.



*Solidago pygmaea* „Bert. fil.”

Lit. Bettini



# CAJETANI SGARZA

*Analyticae Investigationes*

*circa pulveres antiquis quibusdam contentas vasibus, Anno  
1834. effossis e Pyramide in peninsula MEROE*

(*Academiae tradita die 15. Dicembris 1836.*)

**I**nter caetera, quae mentem nostram curiositatemque movere possunt, ea quidem sunt, quae ad praeteritas aetates hominumque generationes referuntur, vel quae jamdiu abdita et ignorata iterum prodeunt ad luxum aut industriam, prosperitatem aut artificia, cultum aut consuetudines, virtutes denique aut vitia illorum, qui nos praecesserunt, opportune testanda.

Haec animus intuens noster affectibus movetur variis, rerumque ordinem secum ipse reputans moerore, vel gudio afficitur, quippe qui vicissitudines, et humani generis opera modo condolere et vituperare debeat, modo laudare eisque delectari: saepe quoque ipse argumenta hinc eruit illustranda, moralia colligit subsidia pro variis vitae casibus, praecepta demum et exempla haurit digna, quae recolantur atque imitantur.

Quod si uberioris bujusmodi fructus percipiundi non semper commoda illinc occasio est, factorum anteactae aetatis recordatio suam profecto delectationem habet, ac interdum, mens nostra ex veterum monumentorum consideratione talibus obruitur praestigiis, ut breve vitae enriculum, quod nobis a natura statutum fuit, in longius producere sibi videatur. Qui enim Forum Romanum, qui Viam Appiam, totque percurrit loca, quaeis magna Quirini urbs summopere gloriatur; qui silentes et squallidas Pompejorum reliquias inspicit; qui in sacras Aegypti terras Magnamque Graeciam iter habet, dum si-

bi peregrinae eruditio[n]is divitias facit, quoad longissime potest spatium praeteriti temporis mente respiciens, harum rerum contemplatione ita occupatur, ut inter Amphitheatrum Flavianum ac triumphales arcus, domos inter et sepulera, inter temp[or]a demum atque pyramides cogitando et ratiocinando diu versetur, perinde ac si pluribus abhinc saeculis aetatem suam degeret, vitamque traheret.

Nemo equidem eorum, qui celebratas orbis regiones visere jam aut nunc visitant, Historicorum vel Archæologorum nemino profecto inserviari potest, rerum hujusmodi cum maximam tum etiam minimarum investigationem saepe saepius magno sibi oblectamento fuisse: quod quide[m] novi quoque Doctori huic nostro, Josepho Ferlinio, contigisse cum ipse in Aegyptum, in Cairum, et in meridionalem Nubiae partem anno 1830. iter faceret.

Non omnia quaecumque juvenis hic Medicus de reliquiis ac monumentis aegyptianae gentis animadvertisit, vobis modo, Academici præstantissimi, enarrando referam; quin etiam missum faciam quidquid ad ejusdem populi mores ac religionem attinens ille copiose colligit et apud nos attulit: ipse enim peregrinationis suae descriptione, quam typis mandare sibi in animo est, singula quaeque recensebit (1). At silentio non præteream ea, quae de quibusdam pulveribus carbunculosis, mihi ab ipso Ferlinio traditis ut chemicae analysi eosdem subjicerem, egomet compere potui, quaeque licet haud maximi sint momenti ob oculos vestros ponere non dubito, cum mihi digna quodammodo videantur, ut eisdem attentas aures parumper adhibeatis.

« In plagiis Africæ interioribus (ita mihi per litteras Ferlinius significat quonam pacto memoratos pulveres ipse assequuntur sit), quatridui circiter itinere infra locum quo flumina Album et Caeruleum confluunt ut Nilum efforment, prope a BEGIARAVIAE aedibus jugum quoddam est, ubi plurimae assurgunt pyramides — BEGIARAVIAE nomine a recentioribus appellatur ille Nigrorum pagus, ex quo post u-

(1) *Descriptio* haec postea Ferlinius evulgavit sub titulo = *Cennosugli scavi operati nella Nubia, e Catalogo degli Oggetti ritrovati. Bologna 1837* =

« nius horae iter pervenitur ad reliquias et rudera ampliae cun-  
« jusdam ac vetustissimae civitatis, quam celebreni MEROEN  
« Archeologi bene multi arbitrantur.

Sciendum autem est neminem unum ex scriptoribus, sicuti Nordea, Belzonius, Poncetus, Olivierus, aliquie, qui hanc pyramidum mentionem fecere, de illis agere, ad quas Ferlinii observationes spectant: quo circuca primo mihi in dubium venit, an pagus ille ob pronunciationis errorem alia es-  
set a BEGIARAVIAE voce appellandus, eoque magis de hoc du-  
bitavi, quod hujusmodi nomen in geographicis Lexicis, etsi  
absolutissimis, reperire non potui: Percontanti autem mihi ab Ferlinio quidnam ipse sentiret, rem hacce explanavit ratione  
== Nemo nunquam ex dictis viatoribus, sive geographicis ultra  
secundas Cataractas (quas vocant VODO-ALTE) perrexit; nil  
itaque mirum, si ab ipsis Pyramides Meroes visae haud sint:  
advertisendum insuper est, ante recentem Aegyptiani Pro-  
regis expeditionem ad Nubiam, viatorem nullum in Don-  
golae regnum, regioni illi proximum, pervenisse. Quid-  
quid igitur de locis istis memoriae adhuc proditum est, scri-  
ptores a negotiatorum relationibus sumpsere, qui singulis an-  
nis cum mancipiis, gummis etc. inde commineunt: huc accedit  
quod vel ipse Calliaudus, qui se Aegyptiaco Ismaeli-Prae-  
sidi ac populorum domitori praebuerat comitem, nullam de  
BEGIARAVIA mentionem faciat. Sed hic forsitan ejus gentis lin-  
guam haud satis callebat, sive melius pago illi nomen Assur,  
a Calliaudo receptum, reapse inditum fuerat antequam Nigri  
ab eo depulsi essent, quum morte in Ismaeli vi illatam ely-  
nastes alias (DESTERDAR-BEY, seu MEHEMET-BEY uti vocant)  
igne et caedibus uincisceretur; ac nomen ipsum fortasse in il-  
lud BEGIARAVIAE a Nigris mutatum est post eorum redditum  
ad istas regiones. Longe demum abest ut Calliaudi et aliorum  
opera, quod ad rerum nomina praesertim attinet, omnibus prorsus mendis careant; ita exempli causa terra illa,  
monumentorum referta atque nomine VOD-BENAGA appellata  
quod CAMELAE FILIUM significat), a viatore nostro et a Geo-  
graphis voce NAGA tantummodo designatur.

De MEROE autem legitur in geographicis Antonelli Lexico, eam esse peninsulam ad Nubiac meridiem in SENNAAR positam,

quae Nilo flumine ad occasum solis, fluminibus BAHR-EL-AZ-REK et RAHAD inter meridiem et occidentem solem, atque flu-  
mine TACAZZÈ ad orientem solem et hinc ad septentriones con-  
tinetur, quaeque in longitudinem millia passum CCCC a se-  
ptentrionibus ad meridiem, in latitudinem ab oriente sole ad  
solis occasum CCCXX circiter patet. Haec solet a pluribus  
MEROES insula nuncupari, et veterum memoria summopere cele-  
brabatur, quippe quae eorum judicio astronomiae, philosophiac,  
litterisque omnibus originem praebuit: ipsam quoque floridissi-  
mum olim imperium extitisse, multumque in artium cultura  
illis incolas profecisse ferunt. In ejus parte, quae inter ocea-  
sum solis et septentriones spectat, locus est XXXX milibus pas-  
sum inter septentriones et solis ortum disitus a CHENDY, quo  
multae supersunt reliquiae et rudera, quae Geographi bene  
multi ipsa esse veteris hujus civitatis vestigia putant: ex alio-  
rum sententia creditur MEROEN primitus insulam Sabae vocatam  
esse, ibique sceptrum jamdiu obtinuisse celeberrimam hujus co-  
gnominis reginam, quae visendi Salomonis cupida finibus regni  
sui excessit, venitque Hierosolymam; at nomen pristinum a  
Cambise in illud MEROES sororis suae commutatum narrat Jo-  
sophus Flavius.

Verum Poncetus, Olivierus, et Bruceus de hoc ne verbum  
quidem faciunt: quidnam igitur de MEROE nec non de BEGIA-  
RAVIA rectius sit existimandum, Eruditii videant.

Redeat nunc oratio unde digressa est, ad collem scilicet,  
e quo multis sese attollere pyramides Ferlinius narrat: ha-  
rum unam inter grandiores et adhuc integrum ipse vidi, eam-  
que rimari caepit — Ista altitudinem (sunt ejusdem Ferlinii  
“ verba) triginta et duarum circiter ulnarum, latitudinem ve-  
“ ro ad basim quadratam quadraginta et octo ulnarum habe-  
“ bat, eique vertex erat acuminatus. Vestibulum quoddam in  
“ ejus latere meridionali exstebat, in quo hieroglyphica scriptu-  
“ ra ex anaglyphis erat insculpta. Pyramidis huiuscem desci-  
“ ptionem (addit Ferlinius) cernere est in Calliandi opere,  
“ quo peregrinationes suas ad superiorem Nubiam scripsit; i-  
“ pse vero in pyramidis latibula penetrare non potuit, quin  
“ excavationes inchoaverit ex vestibuli parte, qua pyramidis un-  
“ dequaque solida erat: cuius rei ut memoriam posteritati pro-  
“ deret, ibi nomen suum sculptura notavit. “

Exoptanti mibi, Academic i praestantissimi, istius pyramidis diagramma ob oculos vestros ponere propter magnam, quae eidem est, cum argumento nostro rationem, res ex sententia non successit, quoniam memoratum Calliaudi opus frustra ego perquisiverim ac ne ullam quidem ejus pyramidis graphidem nactus sim in duobus ejusdem Auctoris commentariis, qui Fasc. I. pag. 158..... 164, et Fasc. II. pag. 347. illius Diarii continentur, cui titulus — RÈVUE ENCYCLOPÉDIQUE —. Quamobrem si quis sit talis diagrammatis videndi cupidus, sedulo exquirat atque inspiciat opus Calliaudi praedictum, quo illud in Fig. F. pag. 152. Vol. II. accurate effingi pro certo affirmatur: ast reliquam ejusdem Ferlinii narrationem audiamus.

= Ipse, pyramidum constructione iam cognita, cum earum alias bene multas effodere antea conatus fuerit, hanc a vertice primum diruere mancipiis suis jussit, et paucis horis ab incepto opere eo perventum est, quo ex aliquot ulnarum altitudine respondebat foramen quoddam occlusum, cuius tamen vestigium externe cerni poterat. Ferlinius hoc in loco sarcophagum detexit, affabre ligno exstructum ac tela involutum ejus persimili, qua modo Nigri utuntur, quaeque apud eos nomine FARDA designatur. Sarcophago aperto, nullum ibi cadaver ipse vidi, nec ullae cadaveris reliquiae apparuere: ast aureae res multae repertae sunt vario genere et antiquissimo opere; tubus insuper metallicus una cum pyxidibus nonnullis ex ligno nigro, tenuissimoque pulvere repletis; parva mola seu fractorum e duro lapide confectum; metallicum denique vas communibus pateris haud absimile, tribusque adjecitis cochlearibus.

“ Postea vero quam susceptam demolitionis operam Ferlinius quindecim alios dies continuasset, spatium intra pyramidis latera reperit, ubi recondita erant vasa duo atri pulveris plena, eodemque circumiecta panno, quo dictus sarcophagus. Sed haud multo post investigationibus finem imponere sibi necessum fuit, sicuti ipse in historia jani memoria itineris sui fusius enarrabit; qua etiam edocebimus, cum dem et alibi et variis a se peractis excavationibus maximum quidem sepulcrorum numerum reperisse, numquam tamen invenisse cadavera fasciis aegyptio more involuta, sed diverso alioque modo tumulata.

Qua de re animadvertere mihi liceat, Belzonium in commentariis peregrinationis sua ad Aegyptum Nubiamque asserere, intra illustrium virorum tumulos parva quidem idola vel humi vel ipsis mumiarum arcis reposita saepe inveniri, vasa interdum in iisdem recondi, quibus hominum ibi humatorum viscera balsamo illita continentur; hujusmodi vasa saepius testacea esse, modo magnitudinis modo speciei diversa, quorum scilicet opercula alicujus divinitatis caput ad hominis imaginem aliasve animalis, ut vulpis, simiae, felis etc, persaepe exhibent; demum alabastros ut plurimum diffractos, arma, laminas aureas, vasa coquinaria, ornamenta, scarabaeos, aliqua similia in regum sepulcris adinveniri: sed nunquam ille de metallicis vasibus meminit eorum similibus, quae carbunclo-  
sis pulveribus repleta Ferlinius noster nactus est.

Quidquid antea de horum inventis ac observationibus variis sit judicandum, nunc ego ad pulveres initio memoratos redēam; et quum vobis gratum probatumque fore autem, species et signas vasorum praeconoscere, in quibus pulveres ipsi reperti sunt, ut haec clarius cernere penitusque inspicere possitis, quin ego pluribus verbis molestaque descriptione admirare ea frustra ausim, en vobis eorumdem graphices, quas Tabula XVIII, propria cujusque partis forma ac magnitudine servata, exhibet.

Fig. 1. vas majus exprimitur pede suo insistens, illudque designatur ex altero latere, cui designuntur anuli singularis speciei et manubrii capita amplectentes, quorum ope vas idem sustineri potest.

Fig. 2. reprezentat a fronte hoc ipsum vas recte stans, manubriumque ejus sursum elatum.

Fig. 3. illud iterum effictum refert, perinde ac si idem ob oculos staret humi projectum, et superiore ejus facie ex adverso disposita, ut prorsus appareant foramen, in centro hujus faciei sive plani perfostrum, nec non parvum operculum, quo ipsum obtiegebatur, quodque, per catenulam metallicam cum dextero manubrii anulo connectitur.

Fig. 4. alterum vas metallicum exhibet, prioris ferme simile, sed magnitudine minus, structura nonnihil diversum, et forma haud satis elegans: illud autem in pede surrectum ac

paullulum in obliquum cernitur, dupli ejus manubrio levius sursum elato.

Fig. 5. planum, sive partem hujusce vasis superiorem exprimit de fronte; cuius in centro foramen itidem adest, quod illo prioris vasis majus videtur, quia tubus quidam, sicuti in Fig. 6. delineatur, ab eodem eductus est, qui dum foraminis inserebatur ejus amplitudinem aliquantulum imminebat: parvi duo capuli ornati carentes et in plano superiori jacentes, superne alius, inferne alter, oram externam definiunt et operculum quoque per catenulam inferiori manubrio sinistrorum jungitur.

Fig. 7. vero plannum seu partem ipsius vasis inferiorem, ut supra, reaesentat: hic quoque appareret foramen centrale, sed abnorme, quod subtilis discus occludebat perfecte ferruminatus in rima superficiali ipsumque foramen circumambienti. Videsis Fig. 8.

Animadvertisendum autem est, vasi in Fig. 1, 2, et 3 delineato non eamdem prorsus esse structurae rationem cum hoc postremo, quum illud (sicuti ex praemissis constat) et foraminis et disci nullum praebat indicium: istius insuper extrema ora in plano inferiori (Fig. 7.) lamellas tres assabre extractas resert sibi conferruminatas, quae ipsius vasis veluti pedes sunt: quod quidem priori vasi deest.

Denique Fig. 9. tubum quemdam exhibet cylindraceum et proprio operculo contextum, qui pulvere carbunculoso praeditum multo subtiliori repletus erat, quinque duobus vasibus superius descriptis tertius accedit.

Vasa haec omnia ex aere cyprio solummodo constare, oculorum iudicio, mihi visa sunt; cuius rei ut certior plane fierem, parvam ejus metalli quantitatem e vasibus abrasam expertus sum acido nitrico diluto, qui calore adjuvante eam penitus dissolvit, gas-deutoxydo azoti inde evoluto: dissolutionem autem hujusmodi aqua clibano stillata dilui atque percolavi, nec quum illi hydrochloratum sodae infusidsem quidquam sediminis factum sit, argenti nihil eidem inesse facile conjeci; postea vero quam potassae causticae quantum satis in dissolutionem istam indiderim, materies quaedam considere caepit, quae potassa ipsa excedente partim resolvebatur. Liquorem ab hoc

sedimine reliquum exinde elutriavi, et primum acido sulphurico, dein sub-carbonato potassae pertentavi, ac aliud sedimen album obtinui omnes sub-carbonati Zinci species praeserens: ejus autem pars, quam potassa dissolvere non valuit, ammoniaco solubilem omnino se praebuit, et dissolutio hinc exorta cum vividissimum colorem caeruleum traheret, ipsam ab oxydo cuprino derivari manifestum fuit. Metallum igitur, ex quo vasa illa ducta fuere, cupro magna ex parte ( cum parva zinci quantitate copulato ) reapse constat, nū sunt aes corinthiacum, orichalcum etc., quemadmodum ipsemet antea opinatus fueram.

Nunc analysis aggrediar corum pulverum, qui vasibus hactenus descriptis occludebantur: horum characteres physicos et varietates in primis exponam. Qua de re antequam verba faciam, iterum vos exorabo, Academici praestantissimi, ut benignas mibi aures praebeatiss.

E vase majori ( Fig. 1, 2, et 3 delineato ), internis ejus parietibus caute etiam abrasis, facile fuit ernere pulverem nigricantem, ferme inodorum, sed nonnullum mucidum, atque sapore terreo-salito-molesto-metallico: idem nudis oculis niger-cinereus et hic illic fulgens apparuit, ac demum ex particulis naturae dissimilis concretus visus est; quod quidem ope lentis vitreae ac Microscopii ( objecta ex lucis reflexione ad 117. diametros augentis ) perspicuum fuit. Ita enim pulvis ille se se videndum obulit quasi congeriem frustularum molis ac figurae diversae, quorum scilicet alia albicantia, alia omnino nigra, nonnulla metallico splendore cornuta, et caetera pene translucida conspiciebantur, haud secus quam crystallorum salis diffractorum permistio apparuisset: barbulae insuper multae, siue tenuissima filamenta, vegetabilium fibrillis similia, eisdem partienlis commixta videbantur.

E vase miniori, cuius imagines Fig. 4, 5, 6, 7, et 8 Tab. XVIII. designavimus, pulvis eodem modo depromptus est, sed paullo nigrior, qui pariter in eo veluti per series conglomeratus erat, quique parvis scatebat crystallis cubicis, ad similitudinem chlorureti sodii proxime accendentibus. Odor ejus priori haud absimilis, sed naribus minus percipiendus; sapor vero aliquantulum nauseosus, metallicus, nonnullis portiuncu-

lis plane salitus, aliis autem vix salsus; solo oculorum iudicio ipsum a congerie magis uniformi et particulis multo subtilioribus effici conjiciebatur; per lentem vitream et Microscopium eadem, qua supra, augendi virtute praeditum quum illum perspexisse, haec omnia luculentiss apparuere. Nullae tunc atomus albae, nullaeque ferme metallicae ac salientes micae videbantur, sed materies usquequaque atra et carbonis in pulvere redacti persimilis conspiciebatur; barbulae quoque illae omnino debeat, quae in superiori pulvere quamdam cum vegetalium fibrillis habere similitudinem diximus.

Pulvis tandem reconditus in vase, ad tubi formam Fig. 9, duobus aliis multo levior adinventus est, neque coacervatum per series dispositus, sed **NIGRO-FUMO** aliquantum unguinoso comparandus. Hic enim facile digitos et panniculos macula inficiebat, et tactu exploratus mollem atque unctusculum se praebat: ejus color omnino niger nec variatus, odor fere nullus, nullusque itidem sapor.

Illiis compositio eadem nndis oculis, atque lente vel Microscopio adjutis, uniformis apparuit; sed hoc ipso in folium chartaceum effuso atque instrato, globuli quidam quasi caudati visi sunt, qui singillatio per Microscopium explorati species fragmentorum funiculi in nodos religati exhibuere — Hi prae ceteris et meam et clariss. Prof. Alessandrini et socii Paulli Muratori, qui mecum praemissis et sequentibus observationibus operam dabant, admirationem curiositatemque concitarunt. Quocirca in eo statim fuimus ut exquireremus, cuiusnam esset naturae funiculus ille, quo memorata nodorum series constabat; idque, quod propositum habebamus, ut facilius assequeremur, num ex hisce nodis delegimus, Microscopioque (res per lucis reflexionem visas nonages adaugentia juxta linearem carumdem dimensionem) perscrutandum objecimus, qui nobis ea apparuit forma, qua in Fig. 1. Tab. XIX. delineatur; funiculus vero ita se visendum obtulit, ut in Fig. 2. effingitur.

Itaque fibrillae, e quibus nodus et funiculus concreti erant, specie videbantur prorsus dissimiles in hominum capillos et pilos, ad quos primo eas referri posse arbitrabamur, et quorum forma ex microscopicis observationibus probe nobis jam fuerat explorata: sed ut earum genus commodiis scrutari pos-

semus, ejusmodi nodos et funiculos comparavimus cum animalium pilis filisque texturae vegetabilis, ad Microscopium eadem vi augente eodemque modo exquisitis.

Quid ex hac comparatione consequens fuerit, videre est in Fig. 4. Tab. XIX: sub littera *a*. aliquot designantur pili tenuissimi a sele avulti, quos siquidem ad species eis regionibus communiores pertinentes illis caeterorum animalium hoc consilio antetulimus, ut propius accederemus ad naturam rerum, quibus materiem ipsam tunc a nobis investigandam referri posse conjiciebamus: sub littera vero *b*. effictos habes fasciculos non-nulos e minimis staminibus, quibus funiculus constat, et sub littera *c*. imagines staminum excerptorum a filo telae albae communis, gossipioque factae, quae vulgo MUSSOLINA vocatur.

Liquet vel primo obtutu, pilos Fig. *a*. haud parum differre a staminibus Fig. *b*, et *c*; quae ( colorem si excipias ) similitudinem omnem caeteroquin inter sese habent. Pili insuper, cujuscumque sint generis, ac etiamsi ex lanis tenuissimis deligantur, quoties ejusmodi observentur ratione, apparent semper crassiores, magis cylindracci, ac sub extremas eorum oras parvis abnormibusque prominentiis scatere videntur — Hoc autem discriminem magis perspicuum fuit, cum partes minimae staminum, ad filum funicularum pertinentes, accurate inquirerentur per Microscopium, ex pelluciditate corpusculorum linearem dimensionem nongenties quinquaginta-quinquies amplificans; quo pacto stamina illa, ut in Fig. 5. Tab. XIX. adumbrata cernuntur, similia fere videbantur taeniolis sive exiguis foliis, sed latis et per lineas reticulatas ramosasque exaratis, quemadmodum de exilioribus nervis in plantarum foliis compertum est.

Pili vel tenuissimi, eadem ratione per Microscopium explorati, nil hujusmodi simile exhibent, sed veluti cylindri crassi, plus minusve in centrali parte pellucidi, et ambitu inaequales apparent, neque imaginem reticulati operis referunt.

Serica stamina vel exiliora, de quibus eodem comparationis modo periculum sumpsimus, pilorum omnino similia visa sunt, verum subtiliora et regulari circumlitione definita: numquam tamen, quod ad structuram attinet, illi xylinae telae sive MUSSOLINAE respondent.

Hoc idem de fibrillis cannabinis animadversum est: cuius

rei si quis velit certum se facere, Fig. 7. 8. 9. ejusdem Tab. XIX. videat. Etenim Fig. 7. speciem prodit filorum aliquot sive pereixuarum fibrillarum cannabis depexi, quarum amplitudines lineares Microscopii ope quadrigentis nonaginta septem diametris maiores factae sunt; Fig. 8. imaginem sericorum filorum simplicium, idest aequae ac sunt in folliculo bombycino, et eadem augmenti ratione exhibit: Fig. 9. denique pilorum ovis e subtiliori ejus lana delectorum species quantum supra amplificatas exprimit.

Superiora ista quum perageremus, subiit animum cogitatio (iis de caassis, quae cuique vestrum, Academici praeclarissimi, facile occurrit, simulatque considerare velitis de rebus nunc agi reconditis in quibusdam LEUCITIS seu MYRNOTHECIS, quae a pyramide sin minus aegyptia, ad regionem quidem eidem finitimatam pertinente, apud nos dicuntur allatae) comparationis jam initae eo perducendae, ut dubium omne sustolleretur; quamobrem nobiscum reputantes, funiculi stamina ad ea fili xylinae telae similitudine ita propius accedere, quemadmodum cernere est in Fig. 4. Tab. XIX. sub litteris b. c., a clavis. Prof. Can. Schiassio impense postulavimus, ut nobis filum fasciarum traderet, quibus obvolvuntur aegyptiacae Mumiae in nostro hoc Antiquitatum Museo asservatae, et ipse ea qua praestat humanitate simul et doctrina plurima suppeditavit fila ab insigniori illa Mumia decerpia, quam munificentia Benedicti XIV. eodem Museo jam dono dederat.

Horum unum ex Microscopio nonages diametros augente et per lucis reflexionem, ut superius, observatum, tale apparuit, quale repraesentatur in Tab. XIX. sub Fig. 3., qua quidem per litteram *a*. pars integri fili distinguitur et per litteram *b*. subtilissima, quibus constat, stamina indicantur: quilibet autem facilis negotio sibi suadere poterit, funiculi nodum Fig. 1. ejusd. Tab. vix ac ne vix quidem differre a portione funiculi Fig. 2., ideoque Figurae hae apud illas depictae sunt.

Eodem consilio et majoris similitudinis gratia, quam funiculi stamina habere vidimus ad illa fili telae xylinae, ut in Fig. 4, stamina duo gossipii communis delegimus, eaque Microscopio objecimus, amplificatione maxima ad nongentas quinquaginta quinque diametros ac corporum pelluciditate usi, quemad-

modum stamina funiculi Fig. 5. Tab. XIX. scrutati fueramus: illa sic apparuere, ut in adjecta Fig. 6. adumbrantur, scilicet majori pelluciditate, colore albo, ac latitudine iis Fig. 5. minore tantummodo dissimilia.

Stamina autem filorum, ad fascias in Fig. 3. Tab. XIX. depictas pertinentium, pari observandi ratione eodemque prorsus angimenti vi adhibita, his atque illis simillima se praebuere.

Ex observationibus hactenus a nobis, ut supra, per Microscopium sumptis haec colligi posse opinamur, videlicet:

1.<sup>o</sup> Fila, quae in funiculum Fig. 1-2 coalescunt, cum illis in Fig. 4. b. effletis, quibus nectitur tela fasciarum Mumias obvolventium, omnino congruere:

2.<sup>o</sup> Horum utraque prorsus differre ab animalium pilis, a lana, a cannabo, atque a serico, ut ex Fig. 4. a. 7-8-9 apparet, simulque materie constare gossipii simillima, sicuti Fig. 5-6 dilucide comprobant:

3.<sup>o</sup> Ex praemissis denique iis fidem accrescere, quae Forsterus, Mongius, Belzonius, Rosellinius, et clariss. Bertolonius noster de bysso apud antiquos et maxime apud Aegyptios celebratissimo scripsere, eum scilicet quaedam xylinae telae speciem fuisse.

Re quidem vera fascias Mumiarum omnium vel notissimorum gossipio contextas multi opinantur, quemadmodum de ea paullo ante memorata observationes nobis suadere visae sunt. Huc accedit, quod memoriae proditur, Aegyptios religiosum quasi cultum bysso adhibuisse; et quum a nobis quaedam ejus reliquiae repertae sint in vasibus, de quibus initio loquuti sumus et quorum usus fortasse penes illos in saeris ritibus religionisque caeremoniis faciundis erat, novum ejusdem rei argumentum hinc erui potest. Byssiferae autem veterum plantae eis gossipii nostri ita respondent, ut Philologorum nemo de hoc ipso nunc esse dubitandum censeat.

Verumtamen Prof. Aeques Dominicus Vivianius dissertatione sua quadam de bysso per Diarium — BIBLIOTECA ITALIANA Fasc. 241 e 242 GENNAJO e FEBBRAJO 1836 — evulgata, alteram volens de eadem re nasute distingere, quam Prof. Bertolonius Vol. II. pag. 213. horum Novorum Commentariorum Academiae nostrae in lucem protulerat, huic prorsus repugnantem se

praebuit et simul aequum minus ac urbanum, quum demum nil aliud, quam inopportuna multa de Bertolonii sententia apud doctos questus sit. Quae antem levia et inania a scriptore firmis argumentis objiciuntur si quidem essent digna ut redarguerentur, ac si mihi licet sapientis munus suscipere et fungi, facile omnino foret, perspicuum reddere, eum, potius quam Bertoloniū, nimium sibi ab interpretibus minus accuratis pollicitum fuisse, quum ipse antiquos codices ad infirmandam sententiam omnibus jam approbatam testes evocaverit, cumque a recta argumentandi ratione aberrans id studuerit, ut telas byssinas lino nostro contextas suaderet: licet enim egomet rei herbariae doctrina, qua ille praestat, minime sim excultus, ab eodem tamen sciscitari ausim, quanam ipse ratione evincere poterit xyloni plantas, quas Herodotus ut arbores descripsit sylvaticas et Plinius Theophrasto assentiens sicuti plantas plurimi solis, vitis ad instar, exornatas dixit, pomumque ferentes gossipio plenum, veras lini stirpes fuisse? qui ignorare potuit linum, quod usitatissimum appellamus, post hominum memoriam Indico solo indigenum neminem praedicasse? At ne ego videar obtrectationibns potius quam argumentis eidem Vivianio refragari, unum hoc addam, nempe eum de Herodoti sententia jam affirmasse, Aegyptios tribus diversis usos esse rationibus mortuorum condiendorum; quarum prima, veluti absolutissima ab iisdem habita, magno parabatur labore multoque sumptu, cum haud vulgarem diligentiam, sedilitatem, resque pretiosas exposceret, ideoque pro solis divitibus ac summis viris adhibebatur, quorum cadavera, balsamo antea illita, fasciis e bysso intextis accurate obvolvebantur; altera vero minoris pendebatur et haud magno stabat pretio; tertia denique minimi ducebatur, et quum parvo pararetur minutae erat plebi. De duabus hisce postremis quamvis Herodotus fuse loquuntur sit, de bysso tamen ne verbum quidem fecit, ac nos alium de novimus xylinas telas iisdem adhibitas fuisse. Huc accedit, quod, cum Vivianius ipse alio loco adverterit, prioris cadaverum condiendorum rationis certum nobis indicium facere vel ipsas Mumias, quarum ventrem ex regione Ileorum, unde viscera direpta fuere, perforatum cernimus suturaque commissum nec non intercisas nares ob cerebrum e cavo suo inde

edictum instrumentorum ope, argumentum saepe sibi adversans et Bertolonio favens comparaverit. Primo enim animadvertis, in insigniori Mumia, quam Museo nostro asservari diximus, incisionem quandam inveniri, neutiquam intra Ileæ, (ut est Vivianii opinio) sed intra Ischia, unde nempe ventris et pectoris viscera e cadavere minus laeso demi possunt, eamque incisionem obstrui glomere carundem fasciarum balsamo illitum, quibus Mumia ipsa involvitur; fractura quoque Ethmoides propter narium fossas perspicue appetat, per quam cerebrum exemptum est ingestaeque eadem illitus materies. De prima igitur atque accuratissima ratione procul dubio nunc agitur, qua corpora odoribus differta condicantur. Vivianius praeterea Herodoti judicio fatus asseverat, fascias e byssو tum adhibitas esse, quum demortiorum corpora priori modo adversus tabem aromatibus curabantur: ea porro, quae superius a nobis observata sunt et per Microscopium confirmata, perspicue evincunt fila fasciarum, Mumiam nostram obvolventium, gossipio constare. Quapropter veterum byssum non a lino consici, ut Vivianius censem, sed a gossipio juxta Bertolonii sententiam opinamus.

Ast scrutanti mihi iterum consiliumque ab Alexandrinio nostro exquirenti, quid denuо de byssо satius esset pintare, visum est ex novis periculis per Microscopium susceptis et intersese collatis rectam firmamque judicii normam inferre, ut nullus dubitandi locus (quoad ejus fieri posset) amplius reclinqueretur; eoque magis id necessum habuimus, quod in Diarium, cui titulus — Biblioteca Italiana N. 231. Fasc. di Marzo 1835 —, relatas vidimus observationes a Jac. Thompsonio hac de re factas, qui Microscopii ope, et pondere lini specifico electricaque ejus DEDUCTIBILITATE cum iis gossipii comparatis, asserit se deprehendisse omnia Mumiarum Aegypti involucra reapse lino intexta esse, ideoque byssum non gossipio, sed lino constare.

Quod ad specificum attinet pondus et ad electricam DEDUCTIBILITATEmodo missum faciam quidpiam addere, cum haud satis intelligam, quomodo eadem omnino esse possint (ut rectae comparationi par est) earum rerum adjuncta, quae licet ipsius sint naturae atque indolis differunt tamen statu et phy-

sicis conditionibus propter soli culturaeque varietatem, nec non aetatis, structurae, praeparationis, aliorumve dissimilitudinem. At de microscopicis observationibus nonnulla dicam, quibus illud cognitum satis, ni fallor, perspectumque habui, ut Vivianii et Tompsonii sententiae non assentirer, et Bertolonii opinioni potius favorem eamque pro virili parte tuerer.

Consilium et suam mihi operam praelaudato Alexandrinio nostro perhumaniter navante, placuit demum novam et absolutam instituere comparationem tum inter fila fasciarum, Mumiam hujusce Musei obtegentium, tum inter fibrillas lini communis et stamina filorum lini textilis ususque detriti, nec non inter ea filorum gossipii pariter retexti. Quid exinde assequuntus sim priusquam enarrem, quaeso vos, Sodales humanissimi, ut oculorum aciem aliquantis per adjiciatis in Fig. 10. 11. Tab. XIX., quae structuram referunt pilorum felis et staminum serici ex folliculo bombylis, quemadmodum apparet ad Microscopium pollens vi amplificanti, prout sunt rerum inspectarum diametri non genties quinquaginta quinques sumptae: ita vobis certum per spicuumque erit discriminem inter haec et stamina funiculi ante commemorati, quorum imagines per Microscopium visae ea, qua diximus, amplificatione tales sunt, quales in Fig. 5. repraesentantur.

Haec neque taeniolarum speciem induunt, neque visendae sese praebent tamquam parva sed lata folia, ramosisque lineis intexta, sicuti illae apparent, quae adeo gossipii similes videntur: immo id vobis mirum accidet quod in Fig. 10., pilos felis exhibente, horum exiliores conspicietis praeferre formam prorsus ejus dissimilem, quam majores et crassiores gerunt; priores enim ob eorum pelluciditatem istius generis texturam exhibit, quae constare videtur ex lineolis transversis, pectinatim inter se implexis, obscuris, et per alterna spatiola translucida discriminatis; praeterea extremae eorumdem orae haud regularibus lineis definiuntur, et asperitatibus scatent, ideoque pili isti similitudinem habent ad quasdam insectorum antennas, brevissimis compactas particulis articulatis ac inter sese ferme similibus. Alii vero, sive majores pili, quorum unum Figura ipsa exhibet, minimae pelluciditatis gratia videntur similitudine propius accedere ad imaginem crassi cylindri, structura uniformi marginibusque rectilineis praediti.

Sed stamina serici bombycini, e solliculo excerpta perinde ac ab ipso bombyce dueuntur, et in Fig. 11. adumbrata, pilis multo magis pellucida conspicietis, eaque juris concreti et solidati pene similia, quod eum inaequaliter spissum ac translueens sit, particulis diversae naturae et inordinate dispositis permisceri videtur; ita ut ipsorum species a pilorum pellucidorum imagine, in Figura superiori depieta, longe recedat.

Igitur spero neminem vestrum fore, qui de re ista sibi censem non putet, ut ego quidem opinatus sum, scilicet fila funieuli pluries memorati et Mumiae nostrae fasciam, non pilis neque serico, sed gossipio constare. Re quidem vera si ad praesentiora mentem modo vestram paullisper mecum adverte velitis, oculos intendite in Fig. 3, quae stamina exhibit filorum ejusdem fasciae. Iam non vos praeterit hanc ad ejus generis Mumias pertinere, quas byssō obvolvere (ut Vivianius recenset) veteres consuevere. Microscopii ope stamina illa nunc graphice adumbrata videbitis, at non solum ad nonaginta diametros adacta verum ad nongentas quinquaginta quinque, ut de aliis rebus superius faetum est. Horum staminum construcio insipientibus appareat simillima ei gossipii communis, in Fig. 6. eadem amplificatione delineati, nec non speciem prorsus eamdem praefert ac fibrillae filorum in Fig. 5. ejusdem Tabulae depictorum et ad funieulum pertinentium.

Hisce animadversis, sat erit oculos in Fig. 13. 14. 15. convertere, ut de iis, quae nuper ego proloquitus sum, nemo inter vos ambigere queat.

Fig. 13. vobis exhibet fibrillas lini communis tantummodo depxi, quas eis cannabi, in Fig. 7. amplificatione licet minore expressis, prorsus respondere quisque facile agnoseet.

Fig. 14. vestros ob oculos ponit frustula tenuissima, sive fibrillas itidem lini, sed in fila dedueti, lixivio abluti, et assuetis artibus praeparati. Idem tamen vel hac ratione conenatum a priori ejus forma et penitiori structura minime abludere perspicue appetet, quum filamentorum speciem, seu fibrarum in fasciculos coalescentium ac sibimetipsis aequidistanter juxtapositarum, adhuc exhibeat, nec umquam staminum gossipii in Fig. 15. delineati conformatioi respondeat. Haec gossipii stamina decerpta sunt ab titivilitio xylinae telae pluries expurgatae

et attritae; nec est praetereundum, (ut vobis et euicunque facile erit perspicuum) ne ista quidem ideo amittere propriam texture rationem, quam superius mouimus similitudine accedere ad eam foliorum perexignorum, et reticulatis nervulis scatentium. Liquet propterea stamina eadem tali structurae charactere praedita esse, quo a staminibus pilorum, serici, canabii, atque lini prorsus differant et filis fasciae, Muniam obvolventis, omnino mode respondeant.

Si quid igitur hanc incerti et inanis ex nuper instituta comparatione confici possit, et vos, Academicci praestantissimi, et alii mecum facile viderint quomodo demum de re ista, quam in utramque partem hactenus disputavimus, judicandum sit; atque disquisitioni huic prinsquam finem imponam, illud mihi liceat animadvertere de postremo Vivianii arguento, quo ipse Bertolonii sententiae refragari studet, quodque a pretii immanitate et summa byssi aestimatione petit, hosce nempe characteres non semper ab genere materiei textilis pendere, verum saepe saepius ab artibus variis industriisque, quibus opus est ad eam praetexendam; cuius rei innumera possemus adducere exempla.

Hisce proloquutis de pulvérum inquisitione, quod et ad vas illos occludentia et ad physicos eorumdem characteres, et ad caeteras majoris momenti animadversiones pertinere visum est, veniamus nunc ad alteram investigationis partem, quae ad chemicam eorum analysim attinet; quod quidem brevi expediemus.

Ac primum de pulvere a vase majori deprompto dicam; cuius naturam ut comodius scrutarer, portinaculam ejusdem seposui, eamque alcohol perfudi, quo ipsa ultra dimidium sui exsoluta est: dissolutione hacce per evaporationem arefacta, reliquum factum est album, salitum, cuius pars, aqua stillata iterum soluta, et argenti nitrato pertentata plurimum edidit chlorureti argenti; ammoniaco autem caustico, et oxalato ejusdem basis eadem denno explorata ullum neque cupri neque calcis indicium prodidit: chlorum igitur, a quo dictum chloruretum exorum est, soli sodio copulatum delitescere poterat, idque eo magis exploratum habui, quod, parte illius reliqui altera aqua itidem resoluta et carbonato potassae tentata, nihil inde

consederit, ideoque absentia declararetur magnesiae, quae una cum calcio, sodio, et cupro bases chloruretorum per alcohol solubilium conficit.

Re quidem vera vel pars illa pulveris per alcohol indissoluta, quum fuerit in aquam distillatam effusa, partim resoluta est, et aquosa hujusmodi dissolutio opportunitas REAGENTIBUS probata nil aliud sibi immisceri prodidit, quam chloruretum sodii.

Quod a periculis superioribus residuum fuit, una cum parva carbonis vegetabilis quantitate, concremavi et in calcem redigi; hinc reliquum ab ustione hacce, simul cum potassae causticae dissolutione, igni decoxi. Hoc liquore percolato, et per acidum sulphuricum, ultra quam satis infusum, dein per subcarbonatum potassae tentamine de eo facto, materies subsedit alba, floccosa, levis, atque ignis ope solubilis in eadem potassa; idcirco eam ad aluminam pertinere conjecimus.

Pars vero illa, quam potassa dissolvere nequivit, acidi nitrici virtute resoluta est, gas deutoxydo azoti inde evoluto; quod cum satis indicaret, quaedam adesse metallica corpora, susceptam analysism prosequuntus sum, sicuti superius de vasorum metallo feceram, et aliquid pariter zinci cuprique illi inesse, at sub oxydorum specie, experimento didici.

In hoc demum elaborandum erat, ut quaenam esset materies carbunculosa cuiusque naturae, vegetalis scilicet an animalis, sedulo perquirerem. Ad hoc vitro tubo usus fui, altero ex suis capitibus occluso, in quem illius pulveris portionem immisi, et capiti adaperto chartula alceae indita, ipsum lampade ex alcohol ardente calefeci. Haud multo post pulvis spissum emisit fumum, ferme bituminosum, et ammoniacum minime redolentem, qui interea chartulae illi non viridem, sed rubrum potius induxit colorem: hinc nullum fuit dubium quin materies ipsa esset vegetabilis, licet haud prorsus resoluta; cuius quidem rei ut certior fierem, statim atque fumus effluit, eam a tubo extraxi, et, sub dio ustione peracta, pulvis reliquus fuit, qui aqua solutus, chloruretoque platini ita pertenatus, potassam ei inesse aperte ostendit.

Pulvis igitur majoris vasis, tali exploratus ratione, visus est sequentibus corporibus constare, scilicet

Chlorureto sodii,  
 Oxydo cupri,  
 Oxydo zinci,  
 Alumine,

Materie vegetabili, non omnino resoluta.

Quod ad analysis attinet pulveris, e vase minori educti, hunc primo per alcohol scrutatus sum, ut de alio antea feceram; ejusque partem ipso alcohol dissolutam et evaporationis ope exsiccatam iterum aqua stillata dilui: ex hujusmodi dissolutione, per ammoniacum causticum tentata, materies consedit, quae in liquore supra modum ammoniaco saturatum dissolubilens praebuit, et ammoniacum eidem caeruleum illevit colorem; lamina ferrea, in dissolutione illa aliquantis per demissa, tenui cupri crusta sese obduxit: hydrocyanatum potassae ferruratum ex ea ad ima vasis sidere fecit corpus mustelino colore eique corii castaneae persimili; nitratum argenti copiosum dedit sedimen chlorureti argenti.

Quapropter manifestum fuit, partem pulveris per alcohol dissolutam ex cupri chlorureto conflari.

Dein alcohol loco aquam stillatam serventem suffeci, quae cum portionem pulveris quoque solverit, commodum visum est dissolutionem hanc percolare, et REAGENTIBUS istiusmodi eamidem tentare; nempe hydrochlorato barytes, per quod sedimen factum est acido nitrico insolubile, ideoque cujusdam sulphati praesentiam innuens; oxalato ammoniaci, quod calcem adesse indicavit; nitrato argenti, unde vestigia extitere (ut in praecedentibns experimentis) alicujus chlorureti, quod hydrochlorati platini auxilio nil aliud censeri posse dignovi, quam chloruretum sodii. Liquet ergo, aquam propria dissolventi vi chloruretum sodii ac sulphatum calcis suppeditasse.

Reliquae pulveris partis, iisque materiebus per alcohol et aquam spoliatae, periculum sumpsi ob acidum hydrochloricum dilutum, quo pariter illa pulveris pars resoluta est. Dissolutionem istam hinc percolatam potassa caustica tentavi, unde materies sidere caepit colore albo-subrubeo et in liquorem ipsa potassa immodice saturatum dissolubilis. Quod potassa solvere nequivit, purum esse cupri oxydum manifesto licuit; hoc enim quam pulveri carbonis agglutinassem atque in fusorio platini

vaseulo igni ardentissimo objecissem, cuprum sub specie metallica renovatum est: ejus insuper pars ab hoc experimento reliqua procul dubio demonstravit, solum cuprum sibi iuesse, quippe quae per acidum nitricum soluta cum gas dentoxydi azoti evolutione ( ejusque dissolutionis periculo deinceps facto per ammoniacum causticum, hydroferrocyanatum potassae, et acidum hydrosulphuricum ) ea omnia praebuit indicia, qua cupri compositionibus sunt propria.

Illa autem sediminis portio, quam potassa adjuvante assequutus ipse fueram, quamque liquoris eadem potassa persaturati ope iterum dissolvere potui, hinc oxydum zinci aperte exstitit.

Pars denique pulveris postrema ( ejus nempe residua, de qua periculum feceram per alcohol, per aquam, et per acidum hydrochloricum ) atram, saporis expertem, et acidis aequae ac alkali indissolubilem se praestitit: hanc fusorio platini vaseculo comburendam dedi. Ustione peracta, acidum nitricum dilutum in eam infudi, quo ipsa pene tota exsoluta est: dissolutioni huic percolatae addidi hydrochlorati platini quantum satis, eamque dein exsiccavi; ex quibus reliquum factum est per aquam insolubile, ac chloruri platini et potassii characteres idcirco praeseferens. Quamobrem compertum probatumque habui, hanc pulveris partem, ut jam suspicatus aliunde fueram, carbonis speciem esse, eumque natura vegetabili.

Parvam denum materiei quantitatem, ab ustione reliquam, et per acidum nitricum insolubilem, nil aliud esse, quam meruni calcis sulphatum, facile apparuit.

Corpora igitur, quibus pulvis alter ex analysi constat, haec sunt; nempe

Chloruretum cupri,  
Chloruretum sodii,  
Sulphatum calcis,  
Oxydum cupri,  
Oxydum zinci,  
Carbo vegetabilis.

Restat ut de pulvere, qui in vase tubi adinstar occludebatur, modo breviter dicam: hic novissime per analysim chemicam exploratus talis exstitit, ut nullo menstruo solvi potuerit.

Animadvertisendum tamen est, illumi a quolibet nodorum frustulo (quos superius memoravimus, quosque huic soli pulvri permisceri monuimus) sedulo fuisse antea emundatum.

Ejus virtus menstruis obsistens, una cum physicis ipsius characteribus, carbonem manifesto innuebat: attamen ut conjecturae veritas ab experimentis esset, ipsius pulveris portiunculam, protoxydo plumbi commistam, in tubum vitreum indidi, qui per alium tubum recurvatum ad ampullam pertinebat, barytis causticae dissolutione modice adimpletam; subditio igne, tubus fervescere caepit et gas emittere, qui ubi a quam barytis attigit in ea sedimen album efficit: hoc nil aliud esse quam carbonatum barytis ex eo cognovi, quod, posteaquam illud abluerim atque exsiccaverim, acido nitrico pertentatum effervescit ac dissolutum est.

Materies in tubo residua colorem traxerat cinereum, suum immixerat volumen, ac parvi in ipsa prodibant hic illic metallici globuli, qui seorsim ab ea delecti solo plumbo constare visi sunt.

Quapropter jure inferendum esse censui, pulverem hunc ex puro carbone conflari, eoque vegetali potius quam animali, sicuti per experimentum, superioribus assimile, mihi fuit exploratum.


Ecce autem quidquid nobis de dictis pulveribus chemica analysis commonstravit: quod si quis vellet harum rerum, quas exinde colligere est, rationem veluti compendiariam subducere, is facile eo perduceretur propter corporum pulveribus immixtorum proprietates, ut ipsi reputandum esset, duobus vasibus primum memoratis sal marinum ac chloruretum sodii tantummodo comprehendendi, quibus utique permiscebatur materies aliqua vegetabilis, resinosa autem, vel bituminea, vel balsamina, prout sacri ritus variaeque religionis consuetudines expostulabant; id quod superius enunciavimus.

Sal iste ob diutinam in vasibus conclusionem ac proprii humoris ope vel illius loci, quo diu vasa ipsa recondita fuerint, quemadmodum facile eorum metallum obrodere potuit, (unde memorata oxyda cupri et zinci, nec non chloruretum cupri suam forsan habuere originem), ita materiei organicae constitutionem aut partim aut omnino immutare quidem valuit,


ideoque illa carbonis species in vasibus adinventa facta est. At de alio tenuis admodum et unguinosi carbonis genere, qui in vase tubi adinstar occludebatur, nec non de nodis illis funiculisque eidem interfusis quid censendum sit nescio, cum harum rerum origo haud satis pateat, neque ex Archeologis, sive Historicis, sive Itineratoribus, ad quos ivi, de iisdem quidquam certi ediscere potuerim; quod tamen dignum esset, jucundaeque disquisitionis argumentum vel ob similitudinem, quam inter nodos funiculosque ac inter Mumiarum fascias intercedere vidimus. Verum hujusmodi disquisitio et a meorum studiorum ratione longe abest et meis quidem viribus impar est: quocirca ad hoc suam illi conferant operam, qui omnimoda eruditione exculti rem istam plenius fusiusque tractare valeant; ac proinde egomet iterum vos exorabo, Collegae praestantissimi, ut, quando istud pancies hisce expedire satius mihi esse duxerim, id aequi bonique faciatis.





E.1.




E.3.



C. Bettini ad nat. et in lap. del.



F.9.








TOM. V.

F. 1.




F. 2




F. 6.




F. 7.



F. 11.



F. 12.



C. Bettini ad nat. et in lap. del.

F.3



F.4.



F.5.




F.8.



F.9.




F.10.



F.13.



F.14.



F.15.





# SILVESTRI GHERARDI

## DE ELECTRICITATE ET MAGNETISMO ANIMADVERSIONES VARIAE. (1)

### I.

*De aptiori pectinum dispositione in conductoribus  
communium machinarum electricarum.*

Cum pertentanda sint quaedam experimenta, quae magnam electricitatis copiam expositulant, diebus humescentibus, aut palestra, ubi propter adstantium frequentiam aer semper ingravescit vaporibus aqueis, saepe fit ut subsidia usitatissima sive ad excitandam electricitatem e vitro, sive ad maximam ejus copiam in machinarum conductoribus detinendam, nullius sint juvaminis, et experimentorum exitus justam pertentantis expectationem prorsus eludat: et multoties nos in hujusmodi salebra haesimus, liceat maximam hujusce Musaei Physici machinam electricam ad discum conformatam adhiberemus. At fortuit. potius quam consulto in eam cogitationem venimus, ut conductoris pectines, qui juxta consuetudinem horizontaliter steterant (idest suis spiculis protendentibus contra diametrum horizontali disci rotantis), converteremus, et verticaliter dirigeremus; unde hac nova directione solum punctum medium cujusque pectinis stabat e regione horizontalis diametri. Tunc perspeximus, non sine aliqua admiratione, notabiliter augeri indicia electricitatis in machina, et commode obtineri posse illos effectus, qui pectinibus horizontalibus nequaquam provo-

---

(1) Haec Auctor retulit Academiae in sessione diei 16 Februarii An. 1838.

cabantur. Quod antea inconsulto peregrinus, postea data opera peragentes, atqne ad experimentum revocantes tempestibus variis, ambienti aere humido, vel sicco, coram paucis, vel pluribus discipulis, compertam, probatamque habuimus utilitatem directionis verticalis pectinum prae horizontali communiter recepta. Machina nuper commemorata haud recenti methodo construeta, ad electricitatem iiii generis evolendum est accommodata, ac quatuor praedita est pulvillis verticali diametro disci obstantibus. — En specimen tentarium, quae per eandem instituimus —.

Qnum pectines duo verticales essent, index electrometri Henleyani, quo machinae conductor instruebatur, quadam die post quinque disci circumvolutiones 20 gradus in proprio quadrante notabat: pectine vero altero verticali, horizontali altero, quinque itidem circumvolutionibus peractis, index idem ad decem tantum gradus se se attollebat, et paulo ultra progrediebatur licet discus adhuc in orbem versaretur: duobus autem pectinibus horizontaliter dispositis, quantumvis discus circumvolveretur, ipse tamen index e loco suo vix excedebat. Tempestas valde humida erat, et sub experimentorum finem imber copiosus ingruit.

Hyemali die nubilosa, electrometrum Henleyanum vix indicium aliquod electricitatis praebebat tunc cum conductoris pectines essent horizontales; contra pectinibus verticalibus ad 20 gradus pergebat: verum simul ac disci conversiones cessassent parvus ejus index ad verticalem directionem properabat.

Quadam vespere post quinque disci circumvolutiones hujusmodi electrometri index gradus 70 notavit, et ad hoc punctum suis oscillationibus persistit aliis subsequentibus circumvolutionibus, et in hoc periculo pectines verticales stabant: iis vero horizontaliter dispositis, index idem continuo oscillavit ad gradus 60, quinque circumvolutionibus peractis, et sequentibus aliis. Aeris igrometrica conditio satis idonea erat experimentis electricis.

Alia die index idem, cum discus in orbem usque versaretur, oscillabat ad gradus 40 si pectines essent verticales, et ad 30 si horizontales: tentamini hujusmodi coeli temperies minime favebat.

Pectines erant verticales, et electrometrum commenoratum hasta sua verticaliter insistebat unco interioris armaturae cuiusdam magnae Leydensis phyalae; armatura haec communicabat cum machinae conductore, dum alia phialae armatura, externa scilicet, appendice quadam ad solum pertingebat: post triginta quinque disci circumvolutiones electrometrum decem gradus indicabat: gradus autem itidem decem indicabantur solidummodo peractis quinquaginta circumvolutionibus si pectines horizontaliter constituerentur. Priori in casu electrometri index, quoad usque excursio ejus absolveretur ab 0.<sup>o</sup> ad 10.<sup>o</sup>, progrediebatur: contra alio in casu non progrediebatur quin continuo oscillaret. Ita indicis redditus ad directionem verticalem, statim ac discus quiesceret, citior in hoc, quam illo in casu siebat. Aer ambiens humesceret.

Praeterea vel in omnibus experimentis, quae hoc postremum praeceperunt, visae fuere et indicis electrometrici oscillationes rotante machinae disco, et illius descensiones disco quiescente maiores fieri pectinibus horizontalibus, quam verticalibus.

Denique inter experimenta varia *spinctorometri* ope instituta, hoc eligemus, ex quo nobis constitit medium veluti aliquod inter multos experimentorum successus.

Instrumento hujusmodi adhibito erumperet scintilla e machinae conductore sub distantia ad minimum linearum octo cum dimidio, quoties pectines verticales essent; dum contra e sola distantia linearum sex cum dimidio ad summum scintilla elici poterat, quando pectines horizontales consisterent. Indicis excursiones juxta electrometrum Henleyanum supputatae, paulo ante quam scintilla erumperet, primo in casu gradibus 58, in altero vero 45 respondebant. Tensiones electricae hisce excursionibus respondentes erant igitur inter se ut numeri 17 et 13, vel ut numeri 171 et 100, si, uti nonnulli arbitrantur, tensiones ipsae computentur juxta rationem inversam quadratorum distantiarum ex quibus sit scintillae explosio. Ideo hoc secundo modo supputandarum tensionum, electricitatis quantitas a conductore detenta, cum pectines essent verticales, duabus tertiiis partibus et ultra major fuisset ea, quae pectinibus horizontalibus in ipso conductore immorabatur.

Nos omni cura studiuinus ut experimenta comparativa inter

utramque pectinum dispositionem iisdem omnino rationibus quoad fieri poterat persicerentur. Ita cum ad excitandam vitri electricitatem pulvilli usitatis metallieis admixtionibus perficerentur, primos effectus, plerumque tam fugaces quam validos, nihil ducebamus, nec ad propositam comparationem nostrum apellebamus animum, nisi post multas disci circumvolutiones. Praeterea experimentorum successus sedulo quoad fieri poterat eximebantur ab influxu variationum, quae sive parvi momenti, sive haud faciles praevisu extimescendae sunt ab rerum circumstantiis, pluries, et successive pericula iterando tum pectinibus verticalibus, tum horizontalibus, atque inter utrumque tentaminum exitus medianam rationem seligendo. Effectus hi medii comperti sunt fere identici, sive disco nudo uteremur, sive indumentis series instructo.

Patet igitur in commemorata machina dispositionem pectinum verticalem inducere datam electricam tensionem citius, scilicet minore disci circumvolutionum numero, quam eorumdem dispositionem horizontalem, et maximam tensionem, quae primo in casu per continuatas disci circumvolutiones obtinetur, semper eam excedere, quae secundo in casu maxima haberi potest. Differentia eo major est quo minus aer cohibenti facultate donatur, idest quo magis ad experimenta opus est virtute electrica.

Duae itaque, et diversae hujusce differentiae causae esse queunt: altera videlicet deduci potest ex dispositione pectinum verticali, quae forte aptior sit ad discum perfecte exonerandum quam eorumdem horizontalis dispositio; altera vero colligi potest ex eo quod pectines verticales aptiores sint horizontalibus ad detinendam, aut minus disperdendam electricitatem qua ab eodem disco imbuti sunt. Instituto experimento in tenebris plenis de industria factis, et in ambiente humiditate gravi, praeter consueta puncta lucida ad spiculorum extremitates, penicillos conspeximus lucis electricae (quod indicium est emergentis electricitatis positivae) irrumpere extremitates versus et a parte postica pectinum horizontalium: pectinibus vero verticalibus nil aliud luminosum perspeximus, quam puncta jam commemorata in spiculorum vertice. Pectines igitur verticales minus electricitatis reapse disperdunt, quam horizon-

tales. Sicuti autem differentia, de qua sermo est, locum habet tum etiam cum experimentum sumatur ambiente sicco, quo in casu, quidquid luminosum a pectinibus exhibetur in tenebris sub eadem prorsus specie apparet, quaevis sit pectinum dispositio, nos minime aberrare existimamus, si hujusmodi differentiam utrisque designatis causis simul tribuemus. Sed undenam pectines verticales sunt horizontalibus aptiores ad omnem e disco electricitatem extorquendam? En ex opinione nostra. Quaelibet disci portio, quae per pulvilos electricitate onerata ab ipsis evadit, quaeque per rotationem conductorem versus agitur, temporis spatio longiori coram pectinibus verticalibus immoratur, quam coram horizontalibus: haec enim portio desertur successive ad varia priorum spicula, dum eodem temporis momento contra omnia posteriorum spicula consistit. Priori in casu electricitas, quam primum spiculum absorbere nequit, absorbebitur ab secundo, sive ab tertio, etc., dum alio in casu electricitas, quae omnium simil spiculorum virtutem absorbentem fere instantaneam effingere potest, in disco manebit, et ad machinae conductorem minime perveniet. Quod si quis sciscitabitur, cur pectines verticales magis etiam quam horizontales electricitatem detineant haustam e disco, respondebimus hujus in causa esse, quod priores minus quam alteri permitunt electricitati, ut per latera effingiat versus modiolum disci cum solo communicantem, et aerem versus disci ejusdem peripheriae proximum, cum magis distent ab illo modiollo, et melius ab hujus aeris influxu defendantur, propter majorem disci sibi oppositi extensionem. Paucis verbis; pectines verticales commodius quam horizontales in electrica disci perficiati atmosphaera merguntur, ideoque facilis illi quam isti electricitatem ex hujusmodi atmosphaerae inductione propagatain, et colligere, et servare debent.

Quapropter nos minime dubitare possumus quin effectum differentia, de qua sermo est, haberi debeat vel in quavis alia machina electrica constructionis similis, aut quoque diversae ab ea, per quam tentamina nostra instituimus, iis tamen machinis, ut patet, exceptis, quibus propter parvam disci amplitudinem unum tantummodo spiculum pro quovis conductoris brachio sufficit. Qua de re autemamus in machinis per quas gemina

electricitas colligi potest, quaeque ad instar celebris machinae Van-Marum Musaci Teylerani efformatae quatuor pulvillos habent supra diametrum disci horizontalem dispositos, et pro pectinibus quosdam gerunt longos cylindros metallicos, autummamus scilicet, commodius conductoris positivi cylindros perpendiculariter ad disci rotantis radios dirigeundos esse, quam, prout praescribitur, juxta radios ipsos. Censemus insuper, eam furculae geminatae speciem, qua unumquodque conductoris brachium machinarum quarundam terminatur, quaque disci limbis excipitur, utilius disponendam esse perpendiculariter fere ad disci radios, et suis extremitatibus ad proprium pulvillorum par conversis, quam ipsam furculam juxta disci radios constitutere. Atque ita arbitramur in machinis cylindraceis, aut sphæricis, satius fore pectines, aut oblongos cylindros, qui horum supplent vices, ita disponere, ut vitrum perficatum dum in orbem agitur, ante eos excurrat juxta ipsorum longitudinem, minime vero, quemadmodum hincusque mos obtinuit, juxta directionem huic longitudini perpendicularrem. Caeterum patet in machinis admodum amplis, quarum pulvilli magnitudine adaequata sint praediti, pectinum directionem inter has duas veluti medianam usui opportunam venire posse.

En machinae a nobis adhibitae dimensiones praecipuae, quarum notitiam cupientibus hujusmodi pertantandi pericula, haud inutilem fore ducimus. Disci diametros patet centimetris 94; pulvilli centim. 27 longitudine, et centim. 11 latitudine pollent. In quovis pectine quatuor sunt spicula, atque primum inter et extremum intercedit spatium centim. 22; si huic spatio intervalla addantur inter unumquodque ex hisce spiculis, ac unumquemque ex binis globulis infixis capitibus arculi metallici omnia spicula sustentantis, habentur circiter pro tota pectinum longitudine centim. 27. Ligneus disci modiolus diametrum habet centim. 24. Intervallum brevis, quo pulvilli, et pectines ab modiolo distant, est centim. 8. Nos hic adducere possemus partium mensuras a predictis haud dissimiles in plurimis electricis machinis, quarum diagrammata, et descriptiones permulti Physicae scriptores exhibuerunt; unde manifestum foret incommodum illud horizontalis pectinum dispositionis, quod deprehendere sinit in nostra machina, ab minus apta proportione inter praecipuas partes ejusdem haud posse procedere.

Auctores de electricitate consulimus, ut nobis innotesceret, quis ( sicuti par erat ) peculiaria animadvertisset hujusmodi, ad quae haec tenus a nobis scripta referuntur. Postquam frustra per volverimus veterem electricitatis historiam Priestley, novissimam Becquerel, aliaque Opera, prae manibus habuiimus Opusculum quoddam Francisci Maggiotti pictoris, cui titulus = *Saggi sopra l' attività della macchina elettrica costrutta da Francesco Maggiotto* = atque Venetiis editum anno 1781, ex quo forsan conjici posset, auctori huic conditiones superius indicatas immotuisse, eumque in sua machina construenda conditionum ipsarum rationem habuisse. Re quidem vera pectines bifurei, quos exhibet diagraphie Opusculo conjuncta, perpendiculariter diriguntur ad radios armillae vitreae, quae in singulari istiusmodi machina pro corpore perfricato est, atque suis extremitatibus perfricatores prope convertuntur. Auctor vero vix meminit de hisce conductoris partibus in diagraphies explanatione, cum ibi tantummodo dicat = *FF, le punte del conduttore* =; contra diutius immoratur explanando verum finem sibi propositum, ut scilicet significaret rationem inter se se compingendi varias crystalli partes, ex quibus armilla constare debet, deque earum inserendarum ratione in peripheria magnae ligneae rotæ, quae in orbem agitur. Videtur itaque Maggiotto ipsi pretium essngisse directionis pectinum, qua pro machina sua usus est, ipsumque eo minus praesensisse hujusmodi directionem communim anterendam esse in quovis alio machinae electricæ modo. Fortasse ille hanc elegit, ut quoad fieri posset suos pectines appropinquaret pulvillis perfricantibus, qui, ob disci ita arte compacti magnitudinem, ab sua diametro horizontali haud parum distant. Fortasse etiam deprehendit periculum, quod ex hac machinae constructione cuique patet; periculum scilicet, ne disperderetur conductoris electricitas a pectinibus iisdem eam absorbentibus, quoties spicula converterentur ad dictam diametrum horizontalem, atque ideo altera eorum extremitate ad ligneam rotam valde accessissent.

Musaeum hoc physicum ingenti hujusmodi machina ditatur quae tum magnitudine, tum partium proportione adamussim ei respondet quam Maggiottus Venetiis spectandam curiosis praebbat. Sed cum conductor quo hujusmodi machina instructa

fuit ab usitatoribus non differat, pectinibus constet scilicet simplicibus atque horizontalibus, suspicari quidem non poteramus aliam fuisse formam et dispositionem pectinum originali machinae nuper memoratae, atque hoc Maggiotti pictoris inventum, jam obsoletum, viam quodammodo aperuisse ad ea, quae nos circa aptiorem pectinum dispositionem in electricis machinis communibus animadverimus.

## II.

*De crassa macula ferruginea quam deprehendere fuit in cuspide argentea percussa fulgure ejusmodi apparatus, quem parafulmine vocant.*

Lapides a fulgure; tubi qui fulminei dicuntur; maculae circulares, sive Priestleyanae ab electricitate species; species insuper electro-chemistryae Nobilii; materierum ponderabilium translatio, dispersio, et depositum per scintillas a quavis electrica machina elicitas, atque per fulmen, omnia simul praebent phoenomenorum seriem maximi momenti propter multas, easque potissimas Physics, Meteorologiae, Chemyces atque Mechanicae molecularis quaestiones, quae modo in disputationem veniunt, praecipue post inductiones prorsus novas sagacissimi Doctoris Fusinieri, per quem scientia nostra locupletata est singularibus experimentis, atque animadversionibus subtilissimis de commemoratis effectibus translationis, dispersionis et depositi ab electricitate manantibus. Cl. Becquerel de istiusmodi effectibus agens, qui a fulgure oriuntur, nec non phoenomena meteorica recensens, quae ad hanc rem spectant, ait: " Les inductions de M.<sup>r</sup> Fusinieri doivent appeler l' attention des physiciens, et des chymistes sur la nature des substances que la foudre laisse après elle, quand elle frappe un objet quelque conque. Leurs observations pourront servir à jeter quelque jour sur des phénomènes théoriques dont l' origine nous est tout-à-fait inconnue " (Traité de l' Électricité, et du Magnétisme T. IV p. 135). Sed quamvis vestigia ferri, sulphuris, et carbonis jam fuerint deprehensa in parietibus aedificiorum, atque in arboribus fulmine percussis, nemo unquam ta-

men, quod nobis innotescat, de vestigiis hujusmodi meminit in conductore absolute communicante cum solo, cuiusmodi est conductor apparatus *parafulmine*. Haud raro talium conductorum cuspides oxydo obductae deprehensae fuere, et praeserentes in apice extremo haud dubia fusionis signa post validissimas ab ipsis explosiones demissas. At hic est vulgaris effectus sat abludens ab eo quem conspicere nobis contigit, et de quo praecipue verba facturi sumus. Illic enim effectus, quem sors nobis advertendum obtulit, majori videtur attentione dignus ob sententiam a laudato Fusinieri positam, scilicet deposita a fulmine reicta eo potiora esse, quo majori difficultate ipsi corpora pervasit: re quidem vera novit unusquisque haud saepe hujusmodi difficultatem exiguam esse quoad aedificia et arbores, semper autem minimam pro conductore apparatus *parafulmine* probe exstructo.

Apparatus *parafulmine* fulmine percitus, de quo nunc agitur, confectus fuit, nobis curantibus, mense septembri anno 1835 ad tutandam domum rusticationis erectam in vertice eiusdem ex hisce nostris collibus suburbanis fulmine multoties percussi. Hasta ferrea, verticaliter eminens e tecto aedificii, superius terminatur longo coque obtruncato cono aurichalci, cui per cochleam cuspis argentea itidem verticaliter adnectitur: hujusce cuspidis longitudo est millim. 66, et crassities a basi ad dimidium circiter suae longitudinis est millim. 5,2: unde cuspis haud valde acuminata est, cuius quippe pars dimidia superior tantummodo in modum coni desinat.

Argentifex, qui virgulam suppeditavit, unde cuspis confecta fuit, fidem fecit argentum illud probum esse saltem ad normam Bononiae, ideoque singulis centenis decem et octo ad summum cupri partes sibi admixtas habere. Cuspis haec plane expolita erat, tum cum (mense septembri commemorato) hastae apparatus *parafulmine* superimposita fuit per chocream, sicuti diximus. Occasione contigit, ut die quadam maji subsequentis una cum nonnullis amicis ad eam rusticationis dominum convenissemus, quo tempore, cum superior atmosphaera admodum per electricam procellam exagitaretur, vehementissima ac subita explosio (fulgore vivissimo insequente, qui oculos nostros perstrinxit, totamque domum illustravit)

nos omnes stupore adimplevit, et firmiter in eam opinionem adduxit, ut fulmine perennsum conductorem ipsum existimaremus. Et re quidem vera cuspis argentea ex maeniano proximo suspicentibus visa est ab illa die nitorem suum amisisse. Nobis erat in votis, ut illico de apparatu *parafulmine* ablata examini subjiceretur; sed variis difficultatibus infaceta res caecedit, atque cuspis illa, nisi post mensem circiter ob oculos habere nequivimus. Tunc late patuit ipsam obtagi strato quadam crasso cinerei coloris, haud dissimilis ab eo, quo afficitur argentum recenter fusionem passum. Stratum hocce vehementiori pannuli attritui non cedebat, facile autem vulgari lima, aut vitro affici poterat. 30 millim. circiter a cuspidis vertice, ubi crassitudo sua erat millim. 5, ampla rubiginosa macula stratum cinereum interrumpebat, quae limae attritui resistebat magis quam alia quaecumquae cuspidis pars. Cuspidem itaque detulimus ad Conclavium exercitationum chemycarum Archigymnasi nostri, ubi Paullus Muratorius Doctor ea qua pollet humanitate, quamque erga sodales hujusce Academiae continenter adhibet, nobis praesto esse voluit ad tentamina, quae instituere exoptabamus, tam circa stratum illud cinereum, et argentum subjectum, quam circa eam rubiginem, et substantiam quae per ipsam occultabatur.

Praeter maculam, ope vitri cuspis fuit leviter abrasa, et pulvis inde collectus, atque opportunis reagentibus tentatus certissimos exhibuit oxydi argentei characteres. Qua de re haud dubitandum fuit quin stratum cuspidem adumbrans esset consuetum argenti sulphuretum, quo hujusce metalli superficies obducitur, cum diu aeri pateat, et praecipue locis frequentatibus, cui tamen dubio vel ante chemicum tentamen vix indulgere fas erat, si color strati attendatur de quo sermo est, nec non breve mensium novem intervallum, quo cuspis apertissimo collis aeri exposita fuerat.

De argento autem, quod, abraso strato, apparuit, compertum habuimus ipsum continere ad summum tantum cupri, quantum competit argento ad normam Bononiae, necquidquam vero ferri, et sulphuris quorum praesentiam eramus suspiciati.

Nunc autem si ad mentem revocemus mixturam argenti et

cupri hinc similem nulla prorsus ratione agere in aerem siccum vel humescentem ad temperiem communem, eandem vero solumento ad temperiem caloris rubescens oxygenum avide absorbere; denum, licet oxygenum absorbeat vel ad temperiem hinc inferiorem, qualis est ea quae mixturae fusionem inducit, oxydationem suam tunc lente fieri, eandemque converti in oxydum cupri, et in argentum ferme parum (Thenard T. 1°, §. 257), concludere non dubitamus, cuspiderem nostram, ut supradicto strato indueretur, in quo certe praevalebat oxydum argenti, temperiem incandescentiae saltem ad superficiem subire debuisse. Hujusmodi igitur strati existentia satis comprobasset, eandem cuspiderem transitum fulminis, ejusque vehementissimi, passam esse, cum nulla alia ratio ad similem effectum asserri possit.

Plura, atque accuratiora tentamina instituimus circa maculae plane singularem, de qua diximus. Rubigo, qua ipsa patet, chymicae analysi se probavit qualem, colore perspecto, judicare fuit, videlicet oxydum ferri. Si macula haec ferruginea prope perimetrum suam leviter abraderetur vitro, argentum micabat; dum si in centrali parte abraderetur, macula ipsa nigrantior apparebat, adeo ut prorsus rubigine sublata, interior hujusmodi macula angustiorem per millim. 1. et ultra se proderet quam macula circumambiens memorata. Ab ejus perimetro parum distincta hic illuc exultabant filamenta, et denticuli inserti, atque adamassim compacti in argento contiguo, nonnulli ex quibus se se extendebant ad dimidium millimetri ab perimetro ipsa. Inter angulos, quos perimetros ipsa exhibebat unus erat satis acutus et millimetri spatio introsflexus. Maculae oblongae juxta latus coni argentei (mensura peracta aliquanto obliquius ad ipsum latus) major erat sua longitudo millimi. 4,5, et latitudo 1,5 circiter. Limis obuitebatur duritie calybis probatoris, ita ut optimae solumento in ea proficerent. Tentata fuit graphio validissimo, atque perspectum eam in argentum penetrare plus quam millim. 1. Perspectum quoque est ipsam profunditatem se se restringere in modum cunei. Suspicio non sine ratione occurrebat materiam hanc extraneam argento insitam calybem esse: sed iterata experimenta per varios reagentes chemicos talem abegerunt suspicionem, et procul dubio patefecerunt materiam il-

iam ferrum esse purissimum. Perfectissima hujus cum argento circumamplexente connexio, maxima ejus durities puritiesque suasionem inducunt, ferrum ipsum in statu fusionis aut sublimationis, et incandescentiae, ab ejus enim oxygeno aliisve substantiis ponderabilibus *copulatione minime pendente, aut minime exerto*, fuisse transfusum, et depositum in massa argentea cuspidis, ibique illico coaluisse propter subitaneam ejus refrigerationem. Quod si praeterea advertentur filamenta vel ramificationes hujusce maculae ferreae, et effusio super argento circumstante subtilis strati ferruginei, quod eam occultabat, necessario occurrit in ipsa notae praecipuae, quas laudatus D. Fusinierius dignovit in substantiis devectis a profluviis fulmineis, atque ab eiusdem relictis super corporibus, quae pervadunt. Iuxta excogitata cel. physici Vicentini, ferrum purum insitum cuspidi apparatus *parafulmine* habere debuit partem interiorem profluvii fulminei, a quo cuspis percussa fuit, et ejus oxydum partem ejusdem externam. Notatu tamen dignum est, intra illud ferrum oculorum acie vitris adjuta, et analysi chemica observatum, nullum apparuisse argenti vestigium. Nam ex iis, quae deprehendere est in scriptis D. Fusinieri, quaeque recensentur a cl. Becquerel, apparet materies a vulgaribus scintillis electricis, et a fulmine depositas aut in primiori corporum superficie manere quasi strata expansa apprime subtilia, aut si in eadem penetrant ibi concludi, atque imbui in statu attenuationis vel divisionis valde absolutae, sed non tantum forsitan quantum se se habebant in igne electrico; quapropter eorum particulae immiscentur iis numero majoribus corporum quae pervadunt: discriminem vero, quod ex hac parte intercedere videtur inter multas Fusinierii animadversiones, et nostram ipsam tantummodo evincet talem commixtionem, et divisionem non esse semper necessariam.

Sed quo migraverit argentum illud, cuius loco subsistit commemoratus cumens ferri? Absque errandi formidine arbitramur illud compulsum esse intus argenti massam, nisi Fusinierius ipse, obsequens et lucem afferens sententiae cuidam apud physicos nonnullos praeteriti saeculi in honorem (V. Galvani - *De viribus electricitatis etc. Comment. - sub fine*), nos admoneret fulgur in corporibus, quae pervadit, dum materies pon-

derabiles deponit, eo ipso ab iisdem alias absumere. Circa hoc advertemus, frustra nos investigasse indicia argenti, aliarumve materierum in spiculo obruncato aurichalceo, et in virga ferrea ipsius apparatus *parasulmine*. Undenam quaequo proverit ferrum hocce portentosum, sed quidem raptum, devectum, et in cuspide relictum a fulgere? Quin enspidi a fulmine petitae suminopere proxima esset memorata ferrea virga, nos existimamus ferrum istud ad hanc pertinuisse, atque a molliori, ut ibidem erat, in maxime rigidum fuisse conversum. Quolibet enim in casu, rationi haud consonum videtur quaerere, et aliunde potius deducere quam a corporibus fulgere percussis, vel a proximioribus originem substantiarum extrancarum, quae post fulminis ictum in corporibus ipsis apparent, nisi evidenti demonstratione pateat, neque hujusmodi substantias, neque elementa ex quibus hae constant ullo modo inveniri potuisse in alterutris corporibus ante ipsum fulgoris ictum. Hoc consentaneum est cautae loquendi rationi, qua physici plerique usi sunt de his obscuris fulminum vestigiis: equidem opus est multa ab experimentis congerere, simulque provehere relativam electricitatis provinciam antequam sententia feratur de causis, ac proinde antequam Doctori Fusiniero concedatur ab hujusmodi vestigiis existentiam comprobari in atmosphaera, et in nubibus (ac praecipue in nubibus procellosis) vaporum ferrugineorum qui ibidem siccii extarent, nec non existentiam sulphuris, aliarumve materierum, quas fixas vocant, quaeque non amplius tales essent in statu magnae attenuationis, et divisionis, quo ibi, juxta eundem physicum, se haberent. Id ipsum dicatur de aliis phoenomenis meteoricis, quae vel ipsa conferre possent ad similem opinionem, uti bolides, meteorolitae, pluviae quaedam, quibus ferri vestigia inesse putatum est, ac quaedam grandines, quarum grana nonnulla, sicuti fertur, pro nucleis habebant sulphureti ferri fragmenta. Attamen cum Fusiniero ipso sentiendum est, haud recentem opinionem hanc, juxta quam per atmosphaeram disseminatae essent materiales emanationes substantiarum, quae sub communi temperie *fixae* perfecte putantur (quae opinio ab aetate in aetatem per vulgum progressa est praejudiciis sibi propriis comitantibus) diu nimis ablegatam fuisse et nihil habitam ob praescia theoretices nostrae

molumenta. Horum gratia error quoque de principio in mentes irrepit, ex quo negata, vel nihili habita fuerunt facta, quae sensus immediate percellunt, uti sunt odor hydrogeni sulphurati, aut similis, quo olen loca a fulmine trajecta, et indicata ejusdem vestigia apprime spectabilia. Philosophus qui hujusmodi vestigiis mentem non adhibuit, ex eo quod praeconcepto systemati ipsa subjicere nesciebat, (evidem satendum est) se praestitit minus prudentem homine rudi, qui, traditis opinioneibus obsequens, ubi fulmen decidit humum effudit, ut sagittam inquireret.

Facta, quae cum doctrinis nostris haud consentinent, describenda sunt, ac indequaque perpendenda; cum fieri possit ut obscura inde magis eluceant, unde minus expectare foret. Quae si ita sint, quenque nobis indulturum esse confidimus de studio quo usi sumus in observando, atque leviora omnia discutiendo, quae ad subjectum propositae animadversionis pertinebant.

### III.

*De punctis consequentibus, ut ajunt, quibus pollere deprehendimus ferreos conductores duorum apparatus vulgo parafulmimi.*

Inspicientibus nobis apparatus *parafulmini*, qui aedificium hujusce Pontif. Academiae Bonarum Artium tueruntur, cupido incessit tentandi per acum magneticam in partibus variis eorumdem apparatus virgas, quum hoc data occasione absque gravi incommodo fieri posset. Virgae hae ferreae summo vertice spiculum aurichalcem gerunt; crassitudine pollent millim. 16,5, et unaquaque inflectitur fere ut linea fig. 1. Tab. XX. — SG pars est verticaliter erecta in culmine aedificii; GG' parallela est tecto usque ad ejus impluvium in G'; et G' N' verticaliter abradit murum alium ejusdem aedificii, et profunde in puteum demergitur. — Planum verticale unius apparatus *parafulmine* ferme convenit cum meridiano magnetico, sed planum alterius eidem fere ad perpendicularum extat. En itaque distributio, et qualitas magnetismi per diversas virgarum partes, sicuti nobis compertum fuit ex accurata observatione attractionis, et repul-

sionis ( sed praecipue repulsionis ) aenam magneticam afficiens, dum obijceretur modo unus , modo alius ex ejus polis unicuique virgae pertentatae puncto: hisce effectus similes digne-  
vimus in partibus utriusque virgae respondentibus.

Supra punctum  $x$ , multo propius flexurae  $G$  quam spiculo  $S$ , magnetismus australis ( de physicorum Italorum sententia ) ocurrerit adeo crescens una cum distantia ab ipso puncto  $x$ , ut in dubium revocari non posset in puncto  $S$  existentia poli *Sud* ( qui nempe ad *Sud* vertitur ). Subter  $x$  usque ad punctum quoddam  $y$ , aliquanto propinquius  $G$  quam est dimidium  $M$  portionis virgae  $GG'$ , se se prodiderunt vires magnetismi borealis , et polus *Nord* circa flexuram  $G$ : ab explorationibus vero impluvium versus supra tectum habitis, aliisque prope ipsum impluvium e finestra sub tecto , plane patuit existentia poli *Sud* in flexura  $G'$  eidem impluvio respondenti: denique in parte virgae inferiori prope putei aquam deprehensa est vis magnetismi borealis , qui palam arguebat polum *Nord* in conductoris extremitate  $N'$  demersa. En igitur triplex alternatio attractionis , et repulsionis, duo puncta *consequentia*, sive gemini poli *Nord Sud* duobus *Sud Nord* intermedii, quorum postremorum prior in extremitate superiori, alias in extremitate virgae inferiori, pro hisce duobus tantummodo, de quibus sermo est, dum agitur de magnetismo naturali quem virgae ferreae adipiscuntur ex virtute magni magnetis telluris. Puncta illa duo *consequentia* in dictis locis intermediis reperta opinionem inducere possent partem  $GG'$  virgae cujusque magnetismum suscepisse ei oppositum quo pollebant partes verticales  $SG, G'N'$ , atque ideo eorumdem exortum tribendum esse ingenti vi coercitivae, sive summae ferri duritiae in duabus flexuris  $G, G'$ ; eadem plane ratione, qua putatur fieri in calybe, dum processu magnetismi inducendi acquirit puncta *consequentia* ( Vid. Ampère *Lett. à Van-Beck, Recueil d'Observations Électro-dynam.* pag. 195, et seq. Vid. etiam Demonferrand *Manuel d'électricité dynamique* §. 89 ). Hoc autem de phoenomeno nostro affirmari nequit, cum et qualitas materiei virgae, ejusque mollities a nobis perspecta in ipsis flexuris  $G, G'$  sententiam hujusmodi aduersentur omnino, quae praeterea nulla plane ratione videatur nobis necessaria; nam in ea magis obvia hypothesi, ex qua

obliqua virga  $G\,G'$  vi directa telluris, et vi potiori partium verticalium  $S\,G, G'\,N'$  adepta sit virtutem magneticam illi homogeneam, qua pollent partes hae, facile intelligitur acui magneticae memoratos polos *Nord Sud* intermedios persentierdos esse, si advertatur, primo, ex hujusmodi hypothesi polum *Nord* ex. gr. acus attrahendum esse ab omnibus elementis magneticis virgae inferioribus puncto, cui acus ipsa opponitur, eundemque repellendum esse ab omnibus elementis puncto eidem superioribus; et si, secundo, advertatur actio inclinationis alternae partium contignarum virgae, ut *resultantes* harum attractionum, et repulsionum in dictam acum diversae fiant ab illis, quae locum haberent, si virga recta esset, quemadmodum tacite admittitur tum cum quod ad cruces supereminentes turribus, et conductores apparatum *parafulmini*, etc., nullus fit sermo nisi de duabus polis extremis. Fortasse ad rem hanc penitus enucleandam considerare juvabit, nos hic versari in casu duorum magnetum parallelorum  $S\,G, G'\,N'$  eadem circiter vi pollutum junctorumque, per polos amicos, ab tertio magnete  $G\,G'$  eisdem multo minus valido: revera, hisce positis, liquet, polum inferiorem *Nord* virgae  $S\,G$  dominaturum esse superiorem polum *Sud* virgae  $G'\,G$ , et similiter polum superiorem *Sud* virgae  $N'\,G'$  sua vi exsuperaturum esse polum *Nord* inferiorem ejusdem virgae  $G\,G'$ , atque ideo acum magneticam explorantem necessario revelare debere circa flexuras  $G, G'$  hosce praevalentes polos *Nord, Sud*.

## IV.

*De Magnetismi distributione in parallelepipedum ex ferro molliori, et magnetis polo adjectum.*

Magnetismi distributio in magnetes, quos permanentes vocant, expenditur, uti notum est, per scobem ferri, aut accutatius per parvae acus magneticae oscillationes. Ast in magnetibus temporariis, in quibus vis exterior, cuius ope eorum virtus nedium conservatur, sed etiam excitatur, praepotenter ad se trahit scobis particulas, exploratorias acus, ideoque plane perturbat effectus a solo eorumdem magnetismo de-

rivantes, quonam pacto hoc idem expendi poterit? Ad id forsitan inductio magneto-electrica commodius veniet. Sit ex. gr. parallelepipedum ex ferro molliori, quod magnetis ejusdem polum tangat, suumque axem recte habeat ad axem hujus. Ut primi nobis constet de magnetismi dispositione ab uno ad aliud hujuscce parallelepipedi extremum, initio obvolvenius parvam ejus longitudinis partem filo metallico in spirae formam facto, et serico circum-induto; hinc curabimus, ut filum hocce in spirae formam possit super idem excurrere, aut ubicumque lubet statui; denique communicationem instituemus spirae ejusdem cum galvanometri filo. Excursionum series, quas hujuscce instrumenti index perficiet, tum cum fragmentum ferri mollioris ab magnete successive distrahitur, toties quoties jam memorata spira diversa obtinuerit loca, inditum suppeditabit de perquisita ejusmodi dispositione: nam procul dubio est, vim prosluvii, idest excursus electrici inducti, oriri praeccipue ab via magnetica sectionum quas spira circumambit. Sed ut luculentius pateat haec dispositio opus erit impedire quominus electricitatis excursus in spira ab actione directa magnetis inductusesse adjiciat excursui illi in spira ipsa per ferrum mollius inducto, quem nostrum est investigare. Excursus autem ille compesci poterit aequali alio sibique adverso, quem altera spira suppeditabit, si eodem ipso temporis punto quo prior spira removetur a praesentia poli parallelepipedo suo ferreo oppositi, itidem secunda haec avellatur a praesentia alterius poli, cui sine ferri interpositione opposita fuerit. Poli hi duo eadem vi polleant; geminae spirae aequales esse debebunt, et sub eadem distantia ab ipsis collocari antequam ambae exinde distrahantur. Praeterea tali ratione conjungi debebunt et secum ipsis, et cum galvanometri filo, ut electrici excursus in iisdem indueti filum hocce oppositis directionibus pervadant. Experimentis facilior erit via si secundae spirae ligneum parallelepipedum inseratur eadem magnitudine ac parallelepipedum ferreum spirae priori insertum. Quod si, antequam horum parallelepipedorum inchoemus seriem avulsionum pro variis locis spirarum in parallelepipedis ipsis perficiendarum, vel priori ipsi spirae inseratur simile ligneum parallelepipedum, atque si ex hoc geminarum spirarum systemate, tum cum avulsiones fiunt, excursus non pro-

cedet, qui galvanometrum sensibiliter afficiat, tunc nobis certum compertumque erit omnes memoratas conditiones explatas fuisse.

En antem hujusmodi tentaminum specimen, quae instituimus in parallelepipedo ex ferro molissimo, longitudine millicm. 115, et per magnetem equini calcei ad instar, qui pondus 15 ad 16 kylogrammatum sustentare valet. Parallelepipedum tum ferreum, tum ligneum recte duobus magnetis brachiis ita apponebantur, ut ejus polos tangerent; ab hisce postea eodem tempore amovebantur: quod quidem iterabatur ad positiones singulas in quibus earum spirarum systema constituere lubebat.

Spiris ad extremitates constitutis, et polos attingentibus, index galvanometri Nobilianii, duabus acubus instructi, excursionem exegit . . . . . 57.<sup>°</sup>

Iisdem medium parallelepipedorum obtinentibus, excursio fuit. . . . . 42.

Spiris ad extremitates oppositas iis, quae polos attingebant, excursio pertingit ad . . . . . 24.

Solo parallelepipedo ferreo, et ejus spira successive collocata in iisdem positionibus hic indicatis, singulae excursiones fuerunt . . . . . { 78.  
46.  
25.

Denique si quaelibet ex duabus spiris, et parallelepipedo ferreo remoto, alterutrum magnetis polum directe attingeret, excursio habebatur. . . . . 6.

Excursus electricus hic postremus ad 6.<sup>°</sup> pertingens haud dubio excursui 78.<sup>°</sup> adversabatur, etndemque ad excusum 57.<sup>°</sup> redigebat, eum scilicet gradibus 21 imminuebat. Qua de re si quis vel leviter cogitare velit, hoc sibi perceptu haud facile occurrit, videlicet quonam pacto electricus excursus valens 6 e prioribus scalae galvanometricae gradibus, qui, si in intensitatem excursus convertantur, parvae sunt virtutis, excusum alium deprimere potuerit per 21 ex elationibus scalae gradibus, qui, conversi in excursus intensitatem, plurimum valent? Altera haec est ex consuetis anomaliis quae se se offe-

runt in communi methodo expendendis excursibus hujusmodi fugacibus, idest secundum aberrationes, excursionesve indicis galvanometrii ab puncto 0 scalae procedentis. Sin autem ex-pendantur prout declaravimus in Commentario, cui titulus « *De quadam Appendice ad Galvanometrum etc.* » , jam edito in III.<sup>o</sup> Volumine Nov. Comment. hujusce Instituti, pro supra relatis numeris 57, 78, et 6, hi alii veriores habentur, scilicet 59 +, 64, et 15: unde egregie percipitur qua ratione excursus ad 15 ex prioribus scalae gradibus aequipollere posuerit excursui 4 aut 5 e gradibus proximis ad 60.<sup>mum</sup>

Numeris superioribus ordine horizontali dispositis eos subjicimus quos obtinuimus tum cum commemorata Appendice usi fuimus.

57	, 42, 24; 78, 46, 25; 6
59 +,	48, 32; 64, 51, 33; 15

Tres priores numeri cujusque ordinis, et subsequentes tres quoque emendandi essent antequam concluderetur de intensitate qua magnetismus parallelepipedi ferrei pollebat in extremitate attingente magnetis polum, in ejus medio, atque in altera ipsius extremitate; nam inductio magneto-electrica quae sit in spiram juxta hasce tres positiones proficiscitur utique a magnetismo praecipue partium ab ipsa spira involutarum, non adeo tamen ut vel a magnetismo caeterarum parallelepipedi partium augmentum quoddam non suscipiat. E limitibus animadversionis hujusmodi excederemus, si longius hic immorareremur, ostendentes quoniam pacto, ab effectibus per spiram devectam in singula puncta juxta parallelepipedi longitudinem, ope calculi obtineri posset emendatio, de qua nuper loquebamur. Sed tot quoque experimentis omissis, et supputatione hac ipsa, facile percipitur e tribus obtentis numeris 59 +, 48, et 32 intermedium numerum 48 per hanc emendationem plus quam extremos 59 +, 32 inminutum iri; quoniam spira sub media parallelepipedi parte stat ad minimam distantiam medium ab omnibus hujus massae punctis, ac proinde maximam persentire debet actionem quoad magnetismum circumstantem. Hujusmodi igitur actionis effectus si a datis iis numeris adimatur, differentia 11 + augebitur inter primum extremum et intermedium, atque iniminuetur differentia 18 inter hunc ipsum et extremum alterum. Attamen

licet differentiae hae geminae haberentur utpote aequales inter se, concludere non esset parallelepipedi nostri magnetismum aequaliter decrescere ab extremitate illa sua, quae attingit polum, vim magneticam ei communicantem, ad extremitatem oppositam; contra, quum gradus superiores scalae galvanometricae plus valeant, quoad excursus intensitatem, quam gradus inferiores, ut superius animadvertisimus, in praedicta hypothesi tenendum esset, virtutem magneticam juxta parallelepipedi longitudinem, et a magnetis polo decrescere, magna scilicet ratione prope hunc polum, ratione autem multo minori procul a polo eodem. Enimvero quisnam putasset in ferro tam molli, et parvac molis, ex quo parallelepipedum istud constabat, per validissimum adhibitum magnetem evolvendum non esse magnetismum, si non uniformem, multo minus decrementem juxta brevem parallelepipedi longitudinem? Hinc patet quam parce, et recte uti debeamus ferreis armaturis, quarum ope in magnetibus praecipue naturalibus deducuntur, atque diriguntur quo oportet magneticae virtutes polares.

Hoc unum tantum addemus, videlicet: in experimentis memoratis, quumi ad contactum alterntius ex polis magnetis in modum soleae equinac parallelepipedum ferri mollioris defertur, medium ipsius magnetis lineam a suo loco removeri, accedendo ad polum qui cum hujusmodi parallelepipedo congruit; quapropter bini ejus poli tunc cessant eadem pollere vi, et proinde nequeant amplias immediata inductione pariter agere, alter super spira idem parallelepipedum obvolvente, alter super spira quae ligneum parallelepipedum circumambit, quemadmodum se gessissent si parallelepipedata ambo materie minime magneticata constitissent. Hnic rei, ob quam excursus electricitatis duo inversi, seu prosluvia ab immiediatâ polorum inductione in spiras, sese prorsus non eliderent, occurrere possumus apponendo ad latus poli liberi polum heteronomium alterius magnetis, et sub tali distantia, ut linea media memorata loco suo maneat: quum hujusmodi pericula instituantur, parallelepipedum ferreum, et ligneum, atque magnetem hunc subsidiarium omnia simul removenda sunt a polis magnetis praecipui.

## V.

*Dubium de viribus componentibus actionem reciprocam inter duas acus magneticas recte sibi oppositas, et crassitatem unius elementi magnetici habentes.*

Constat ex theoria cel. Coulombii actionem reciprocam inter duos magnetes in quatuor vires semper resolvi, quarum duae attractivae inter polos heteronomios, et quarum duae repulsivae inter polos homonimos. Iuxta Amperianam doctrinam circuitus electrici moleculares, a quibus magnetes haurirent suas peculiares virtutes, quod ad nostras attinet acus, relativa haberent centra supra una eademque linea recta, et plana itidem relativa huic ipsi lineae perpendicularia: videtur itaque earum actio omnis resolvi debere in vires simpliciter attractivas, aut simpliciter repulsivas prout sive consonans, sive opposita est directio inter prosluvia electrica unius, et prosluvia alterius, idest, prout eaedem acus suos habent polos homonimos ex eodem, vel ex opposito latere. Sed ad hujusmodi circuitus licet ne principio uti Amperiano de attractione inter prosluvia electrica eadem ratione procedentia, et de repulsione inter prosluvia, quae pergunt opposita via? Licet utique; immo et necesse est: cavendum tamen, ne una tantum utamur principii parte, dum hic fert opus utraqne parte simul uti. Sint  $E_m G_s$ ,  $A_n Br$ , fig. 2. Tab. XX., duo circuitus circulares ad modum circuituum dictarum acuum dispositi, ita ut eorum plana axi  $c c'$ , qui eorum centra conjungit, sint perpendicularia. Ponamus in eisdem relativa prosluvia juxta directionem eandem pergere, duaeque diametri quaecumque parallelae ducantur  $AB$ ,  $EG$ . Vigebit utique attractio, juxta memoratum principium, inter semi-circuitus, qui eadem ex parte extant,  $A_n B$  et  $E_m G$ ,  $A_r B$  et  $E_s G$ , sed ipso tempore repulsio aderit, juxta principium idem, inter semi-circuitus partium oppositarum  $A_n B$  et  $E_s G$ ,  $A_r B$  et  $E_m G$ . Attractio omnis inter priores major erit quam repulsio omnis inter secundos, et sicuti unaquaeque ex hisce viribus se geret juxta axem  $c c'$ , ita vis ex ipsis resultans earum differentiam aequabit, et proinde attractione se prodet. Contra ad re-


pulsionem pertineret vis *resultans*, si per geminos circuitus juxta directionem oppositam prosluvia viam suam carperent.


Ex hoc quod duorum circuitum actio uno in casu attractive se habet, repulsive in altero, perspicitur nunc quomodo a ratione aberraret is qui arguere vellet actionem ipsam non resolvi nisi in simplices vires aut attractivas, aut repulsivas, potius quam in vires quarum aliae attractivae sint, repulsivae aliae, sicut ex Imperiana theoria deduximus. Ambiguitas palam oritur ex hoc, quod confundatur casus duorum circuitum in semetipsos regredientium, cum casu duorum conductorum recta linea et sub aequidistantia inter se procedentium, atque ad eos accommodatur id, quod ad hos tantum referri potest. Per conductores rectilineos aequidistantes ABA, EGE, fig. 3. Tab. XX., procedant juxta eandem directionem duo prosluvia electrica. Dimidium  $A \pi B$  ex. gr. prioris attrahit non solum dimidium alterius  $E \pi G$  sibi oppositum, verum etiam dimidium aliud  $G \pi E$ : contra, si gemini conductores in circulum flectantur, ut in fig. 2, pars  $A \pi B$  pergit attrahere respondentem  $E \pi G$ , sed repellit alteram  $G \pi E$  quam antea attrahiebat.

Patefacta attractionis simul et repulsionis existentia in duobus nostris circuitibus, patet pariter pro gemino illo circuitum systemate, quod, in Imperiana theoria, per binas acus recte inter se dispositas repraesentatur. Fas igitur est omnino conquiescere supputationi ab hujusce ipsis theoriees principiis derivatae, juxta quam aevum earumdem actio, n*isi* actio geminorum magnetum quorumlibet, quatuor semper viribus componitur, attractivis scilicet duabus, duabus autem repulsivis, quales adamussim lex Coulombiana expostulat. Actio reciproca elementorum  $ds, ds'$  duorum prosluviorum electricorum quorumlibet  $s, s'$  non est tantum *functio* eorum distantiae, aut rectae lineae, quae puncta sua media conjungit; *functio* quoque est angulorum, quibus ea elementa se habent cum hujusmodi linea, et anguli extantis a duobus planis, quae per lineam hanc ipsam, et per unumquodque elementum transeunt, adeo ut differentialis ipsius actionis formula signum immutat, hisce angulis apte mutatis. Cum ex. gr. agatur de circuitibus clausis harum similibus quos acus duae nostrae repraesentant, ducatur in alterutro quocumque circuitu unius acus diametros

parallela elemento  $ds$  cuilibet ejusdem circuitus, et ducatur quoque in alterutro quocumque circuitu alterius acus diametros parallela illi jam ductae in priori circuitu. Formula antedicta positiva erit, ubi actionem repraesentet inter elementum  $ds$  et unumquodque ex elementis secundi circuitus, quae, ratione habita ad praedictas diametros, ex una eademque parte cum  $ds$  consistunt; negativo autem signo afficietur, ubi denotet actionem inter elementum ipsum  $ds$  et unumquodque ex cæteris elementis ejusdem secundi circuitus, quae consistunt ex parte opposita elementi  $ds$ , p[re]a diametris ipsis. Integratio autem, quae universas vires suppeditat agentes inter duo circuituum systemata, conjungit inter se actiones tam positivas, quam negativas, tam attractivas, quam repulsivas. Quod si, quum casu hoc nostro actiones hæ geminae adeo distinetae non sint, uti se produnt quando simul ad angulum conveniunt, mens se se adjicere potest solummodo actioni illi, quae determinat directionem effectus resultantis, et praetermittere minorem ex iisdem actionibus, nequaquam hoc fieri potest, ubi mens ipsa disquisitionem hanc ope calculi intente aliquantulum prosequatur.

Dubium, de quo hic sermonem fecimus, aliquot ante annos oblatum nobis fuit per physicum quemdam illum, cui ipsum sat ponderis habere videbatur, ut evidentem ostenderet discordantiam inter Coulombianam attractionum repulsionumque magneticarum legem, et consectaria ex Amperii doctrina. Nos igitur animo induximus dubium idem accurate expendi debere: atque ideo confidimus non omnino utilitate caritatum esse quidquid circa ipsum exaravimus, et hisce, qualiacumque sint, miscellaneis commendavimus.



 $\mathcal{F}_3$ 

$E$  —  $m$  —  $G$  —  $s$  —  $E'$



# SILVESTRI GHERARDI

## NOVA EXPERIMENTA

*De speciosa attractione, quae per venam fluidam erumpentem ex foramine, normali plano circumdato, fit in discum illi directe nec procul oppositum. (\*)*

**P**hoenomenon disci cuiusdam mobilissimi, qui vehementi magni follis fusorii flamini normaliter proximeque objectus nequaquam a pariete follis orificium circumambiente longius repellitur, sicuti unusquisque sibi fingere posset, sed immo adverso flamine ad parietem ipsum propius accedit et proxime ad ostium consistit (velut si follis aspiraret, seu machinae pneumaticae officium fingeretur, licet follis ipse reapse aerem semper comprimat, et ejus ostium jugiter aerem effundere non desinat), phoenomenon hoc, inquam, hujusmodi erat ut cuique vel minus diligent Physicae studioso cum primum offerretur attentionem suam traheret, et cum semel notum esset rerum hydraulicarum scrutatorum omnimodam considerationem mereretur.

§. 1. Griffithio moderatori in Gallia officinarum ferraria rum, nomine *Fourchainbault*, primitus phoenomenon, de quo sermo est, conspicere feliciter obtigit. Quod cum ille autumno anni 1826 clarissimis Thenardio, et Clementio Desormio concommunicasset, coram ipsis eodem in loco experimento instituto confirmavit: ex quo compertum fuit, quod, si fistula follis prominaret e pariete ipsam penitus circumamplectente, idest si orificium, a quo ventus effluit, omnino non si-

---

(\*) Haec Auctor retulit Academiac in sessione diei 11 Aprilis An. 1839.

steret in ipso parietis piano, ante quem parallela et orificio proxima tabella quaedam ex abiecte per funem suspendebatur, effectus singularis attractionis frustra desideraretur, cum ventus tabellam semper repelleret non secus ac si materialis superficie circumindumentum omnino deesset. Animadversum quoque est, tabellam seu vice sua discum metallicum, qui parvis sub intervallis ab fistulae orificio semper attrahebatur, contra ab eo usque repelliri, quotiescumque spatio majori disjungetur. Unde eo mirabilior effectus, quod consuetis naturae legibus magis adversari videbatur (*Ann. de Chim. et de Phys. etc. T. 35 pag. 38, e T. 36 pag. 69, Mai et Septembre An. 1827*).

§. 2. Clementius itaque Lutetiam Parisiorum reversus statim de phoenomeno agere caepit, plurimis institutis experimentis Fourchambaultiano similibus per aqueum vaporem multiplici atmosphaerae pondere pressum. Et paulo post Gallico Scientiarum Instituto quemdam suum Commentarium de hoc tradidit (Sessione diei 4 Decembris 1826), ejus notitiam tantummodo habemus per ea, quae clarissimi Cognitores ejusdem Instituti docta elaborataque eorum Relatione prodidere, quum Commentarius ipse nondum editus fuerit in Collectione = *Mém. des Savans Étrangers* =, qua dignus habitus est, ut publici juris fieret (*Ann. de Chim. et de Phys. etc. T. 36 pag. 69*).

§. 3. Ex tunc et alii quoque experimentis hujusmodi sedulam dedere operam: inter quos eximus Hachettius, qui ea multis variisque rationibus instituit ac facilita reddidit simplicissimis usus apparatus et adeo utilibus, ut repeti possint solo vel oris vel parvi eujuscumque follis communis flamine, comperitque in vena liquida proprietatem eamdem ac in aerea et vaporosa (*Ann. de Chim. et de Phys. T. 35. pag. 34 et seg.*); et Bombyus, qui experimentorum ope animadversum perspectumque habuit, speciosam disci mobilis adhaesio nem in alterum discum, contra illum positum et e cuius centro flamen erumpit, eo majorem fieri quo magis comprimitur aer in *recipiente*, unde manat effluxus, ac propterea singulare quoddam Clementii experimentum, ab memoratis Academiae Parisiensis Cognitoribus relatum, penitus confirmabatur (*Despretz*

*Traité Élém. de Phys.* pag. 71 4.<sup>me</sup> édit.) (V. §. 20); et cel. Savartius, qui horum experimentorum partem ad acusticam pertinentem nova ditavit luce, causam scilicet aperiendo eorum sonituum, qui tali experiundi ratione interdum carentur, quique ortum dicunt a propriis discorum *elasticorum* vibrationibus, dum hi venae fluidae impulsu per centrum concipiuntur: cuius rei veritatem nī ipse periculis de industria susceptis comprobasset, quum discus mobilis sub actione, de qua loquimur, modo in orificio atmosphaerica pressione impellatur, et modo aere effluente ab illo repellatur, potuisse quis existimare (sicuti Savartius ait) ab hujusmodi accessuum recessuumque subsequentium ordine, non secus quam in Fistulis sonoris et in Cagniardii-Latourii Syrena, eam fieri periodicarum pereussionum seriem, ex qua superius memorati sonitus suam ducent originem (*Ann. de Chim. et de Phys.* T. 45 pag. 53).

§. 4. Nunc et Bailletum in medium proferam (*Ann. de Chim. et de Phys.* cc. T. 16 pag. 64), qui circa idem tenipns juxta laudatam Relationem illud simplicissimo experimen-  
to effecit, ut sensibus percipi posset pressionis imminutio, quam in tubo *conico-divergenti* fieri ipse suspicabatur: etenim ad extremitatem tubi follis communis conum chartaceum antedicta forma aptavit, et quoties follis ipse acrem efflabat, conus ille (ut is asserit) pressione externa contundebatur (a).

(a) Hujusmodi experimentum sive aliud huic persimile (cui, haud secus quam ad notissimum illud Venturii, mox alii post alios cum Clementio phoenomenon Grifflithianum retulere) videor mihi enarratum compersisse in Libris ante memoratum tempus evulgatis. Sed utcumque res se habeat, non incommodo forsitan hic commemorari poterit propter effectuum et *suppositorum causarum* similitudinem mechanica quaedam primigeni *facti electro-dynamici* Amperiani explicatio, quam celeber Amperius ipse primitus in medium attulit, et clarissimus Nobilius postea elucidationibus novisque animadversionibus auctam Physicae studiosis exhibuit: factum hoc, inquam, illud est *attractionis*, quae inter duo electrica profluxia contingit tum cum per conductores parallelos juxta eandem directionem pergant, et *repulsionis*, si pergent juxta directiones sibi invicem oppositas. Amperius, principio nisus a Fresnelio posito de *undulationibus* luminosis, ex quo motus excitati in fluido tenuissimo ac sermè compressionis experti

§. 5. Phoenomenon istud singulare mox nonnullos sui studiosos apud nos quoque habuit. Alter e scriptoribus ( quem puto clarissimum Gazzerium ) Ephemeridis Scientiarum, nomine « *Antologia di Firenze* », captus ab iis, quae tunc Dia-ria Gallica enuntiabant, Egydium Succium, regiae Officinae ferrariae Follonicensis moderatorem, adhortatus est, ut aliqua institueret pericula in valvulis ductus venti ad fusorium illius Opificii furnum. Haec tentamina reapse et magna sagacitate suscepta fuere, ut appareat ex sequenti celebris illius Ephemeridis articulo, quo istiusmodi tentaminum et eorum Clementii successus referuntur, quique paullo ante in lucem prodiit, quam Hachettianus et Relatio Cognitorum Academiae superius me-

---

per universum spatium diffuso propagari dicuntur vi ejusdam confricamenti, quod strata jam motu correpta carent super illa adhuc immota, existinabat profluvium electricum alterius conductoris motum sumum fluido circumstanti partim communicare, et partim confricamentum ejusmodi in ipsum fluidum exercere, ut illud hujuscem fluidi *reactionem* in profluvium determinaret: censebat insuper *reactionem* istam haud posse in profluvii conductore aliquam inducere remotionem, donec circa ipsum conductorem eadem esset differentia inter profluvii et circumambientis fluidi velocitatem; conductorem autem eo progredi debere, ubi hoc velocitatis disserimen, proindeque *reactionem* illa esset minor, sive quo aliud electricum profluvium juxta eandem viam diffusum per spatium traheret fluidum etc. (V. *Recueil d'ob-servat. électro-dynam.* pag. 213, 214, 215 an. 1822). De hoc sedulo agens Nobilius, atque analogo principio fretus, asserebat communiores observationes harum consecutionum fidem facere, ac nil aliud addens, experimentum quod sequitur huic nostro argumento peropportunum indicabat. — Calami scriptorii tubus (is ajebat) sumatur, totusque circumperforetur; hinc calami hujuscem longitudine augeatur per tubi ejusdam vitrei additionem alque ore in tubum hunc alitus ideo insuffletur ut perpendatur aeris exterioris motus sive ministerio fili se-rii, quod ad circumperforati calami latus pendeat, sive per candelae flammam ad calatum ipsum admotam. Filum istud in partem anti-cam calami statim progreditur, et adeo ad flaminis directionem acce-dit, ut deum sese in flamen ipsum immittat; quod idem contingit de flamma, quae simul se flectit tum ad calatum tum ad flaminis directionem . . . . . Horum motuum causa per omnes est in aere externo, qui interioris flaminis aerem sequitur (V. *Que-stioni sul Magnetismo* pag. 62, 63 an. 1824).

morata (*Antologia di Firenze* Num. 73 Vol. 25 pag. 159 Gennajo 1827). « Discus ex crassa lamina ferrea, diametrum habens linearum 25, oblatns ad quatuor pollices foranini valvulae, cui tantummodo erat diametros linearum 10, maxima vi repellebatur; quae minor siebat si gradatim ipsi admoveretur: ita ut ad 3 lineas e manu anferebatur *vi attractionis* (sunt ipsins Succii verba), quae foramen versus illum invitare videbatur. Hunc ipsius effectum exhibuere et alii disci minores hoc media parte, sive tertiam tantum ipsius partem aequantes. Unus vero, qui vix foraminis amplitudinem excedebat, si huic applicaretur semper et absque interruptione a flamine extollebatur; sed addito sibi parum ponderis, quod illum aliquo modo aequilibratum teneret (et haec quoque sunt Succii verba), denuo foramen ipsum versus *attrahebatur* ». Si ab experimentis anteactis ernebatur ad felicem tentaminis exitum requiri, ut parva esset foraminis ampliudo piae amplitudine superficie foramen ipsum circumambientis, ex istis per Succium institutis inferri praeterea poterat ad eundem finem requiri, ut similis adesset conditio inter foraminis et disci sibi oppositi amplitudinem; sed inferendum quoque erat quod, *etiamsi perparum hujusce limbus cum labio illius congruat, nunquam tamen singularis hujusmodi effectus desideraretur*, cum fieri nequeat ut in postremo Succii experimento disci pondus, tenuissimo illo aequipondio anctum, ictus consueti vim ex impetuoso vento in ipsum discum aquaverit.

§. 6. Sed antequam de experimentis agam, quae ad me attingent, non est praetereundum mihi cum ad illa suscipienda tum ad eorumdem curam aliquam gerendam incitamentum fuisse non solum quod de hoc ipso subjecto legeram, sed etiam pretium non exiguum in quo idem esse perspexi apud summos viros, cum quibus alloqui mihi feliciter obtigit. Menti porro meae haerebunt omnia, quae initio anni 1828 de hoc ipso mihi patetfaciebat celeberrimus *Machinae Calculatricis* inventor et auctor aurei *Tractatus de Machinarum atque Operum oeconomia*. Suis ille manibus chartacea quaedam rostra ampullarum rostris similia, et quosdam item chartaceos discos concinnabat, ut minutatim produceret singularem illum quasi su-

etum per oris flatum; et de ejusmodi caussis, quae variae menti suae occurrabant, magna mea admiratione incertus anxiusque haerebat, cum mihi videretur nil tantae sagacitatis menti obsistere posse! Suo ille genio obsequens (ni memoria fallor) existimabat istiusmodi phoenomenou ortum ducere a quadam in posteriorem disci limbum reflexionein laminae floidae, excurrentis inter hunc et superficiem ubi orificium patet; quam reflexionem eademi de causa alii quoque in hisce studiis admodum versati assetari cognovi (V. §. 30). Obversantur etiam animo quae mihi verbis et scriptis clarissimus Bellanis postremis hisce diebus de ejusdem rei singularitate significabat: inter varios apparatus manibus suis constructos, quos secum habebat, magna delectatione vitreum tubum vidi curvatum ad imaginem 7, cuius brachio breviori per suum centrum perforatum connectebatur patella quaedam ex bractea, oras habens e suo plano aliquantis per prominentes; quoties vero aliud illius tubi brachium inter labia insereretur, et patella parvo tegeretur disco, alitum sufflando per hunc simplicem apparatum poterat praecipuum repeti experimentum eo ipso modo, quem Hachettius inter alios excogitaverat. Quum Bellanio notum fecisset me quaedam de hac ipsa re ab experientia in promptu habere, mihi metipsi Roma per litteras significabat « *quendam hujus civitatis magnae professorem tunc quoque sedulam navare operam phoenomeno de corpore levi, quod fatus repellere non valet* ».

§. 7. Sex jam sunt anni, quibus praecipua ex istis experimentis, dum de primis Hydraulicae rudimentis pertracto, in publicis Lectionibus repeto. Labente anno 1833 quum omnes Hachettiani apparatus mihi essent in promptu eosque experire, ipse animadverti primum discorum motum flaminis objectorum, illo ipso temporis puncto quo flamen agere incipit, repulsione constare, parva scilicet remotione juxta candem flaminis directionem; quae repulsio fit etiam quum eo ipso temporis puncto discus ab orificio distet tali intervallo, ex quo solet flamme permanente orificium idem versus transferri, et etiamsi eodem puncto, quo flamen excitatur, proximus sit superficie orificium circumamplectenti. Qui hac de re usque adhuc egere omnes distincte loquuti sunt de repulsione tantum-

modo, quae sit certis quibusdam intervallis, et de sola attractione, quae minoribus intervallis contingit. Indicatam repulsionem plus minusve sensibus percipiendam, plus minusve fugacem vidi, videlicet majori vel minori celeritate eandem excipi apparenti attractione, quae flamine continuato quoque continua evadit, juxta varia intervalla inter discum et orificium, juxta proportionem inter horum diametros, et juxta variam flaminis impulsione. Istinusmodi repulsio magis magisque evidens, quo major contactus sive quo minus inter duos discos intervallum aderat, minuerbatur quo magis distantia haec augeretur, donec sensibus omnino fieret impervia. Memoratae repulsionis origo patet: enimvero quaecunque sit vera aspirationis singularis caussa, quae modo nobis ob oculos praesertim versatur (atque hac voce *aspiratio* effectum potius quam causam immutimus), eorum gratia, quae supra indicavimus necessaria ad illam assequendam, intelligitur sane caussam istam nullo modo agere posse antequam vena fluida, per discum sibi oppositum pressa, non occupaverit armillarem zonam, quae duos inter discos circa orificium unius patet. Nullus igitur alius effectus, si discus mobilis objiciatur vento primitus flanti, haberi poterit nisi communissimus ille hydraulicae impulsione, ille nempe qui tantummodo obtineretur, flamine etiam jam perenne constituto, quoties foramine, unde hoc erupit, labiis circumexpansis careret.

§. 8. Quocirca si ad examen vocentur experimenta omnia, quae per venam fluidam continuatam perfici possunt, ea quae sequuntur, omissa caussarum discussione, mihi statui posse videntur. Sub illo inter duos discos intervallo, quo initialis repulsio deficit, attractio quoque deficit; tunc discus mobilis, quamvis ex uno tantum latere constanti aeris effluvio objiciatur, tamen immotus remanet, hand secus quam si ex adverso latere aequali impulsione afficeretur; ad summum quodam quasi tremore exagitatur. Si intervallum majus fiat, incipiente et continuante flamine repulsio continuata habetur. Imminuto autem intervallo durabilis attractio, quae illam subsequitur initialem repulsionem, eo efficacior est quo minus est intervallum ipsum, sive quo notabilior fuit repulsio eadem, quae attractionem praecessit. Atque ut aliquid dicam de tem-

poris spatio, licet per breve, quod inter duas actiones istas intercedit, notandum est eodem, quod supra indicavimus, intervallo tempus hoc videri nullum, quum actiones illae tunc nemdum aequales sed contemporaneae appareant: contra sub intervallis successive minoribus tempus augescere; ita ut si quis adest casus, in quo initiali repulsioni vis et tempus inesse possit, quibus successivae actionis effectus prohibeatur, mobilem discum removendo ultra intervalla, unde hic alium versus revocari possit, casus hujusmodi ille est, quo ambo disci, vena fluida erumpente, brevissimo separantur intervallo.

§. 9. Ex initialis fugacisque repulsionis phoenomeno magna me cupido incessit experiundi ictus hydraulicos, qui momento temporis sunt, quique continuis impulsionebus usque tunc adhibitis multo vehementiores sunt, quemadmodum se praebent ex. grat. impulsiones ballistarum ignearum. Poterat quis sibi fingere nil aliud hisce fieri, vel conspici posse propter earum violentiam, quam repulsionem. Sententia ab experimentis erat; et quaenam fuerit dicemus quamprimum. Ad hujusmodi tentamina nonnullis tormentis bellicis usus fui; inde ballistula Voltiana hydrogenica, et ballista pneumatica.

§. 10. Quibusdam aliis periculis ministerium quoque opportunum obivit Machina Pneumatica, quam nemo (nescio quae causa) usque adhuc in hisce investigationibus adhibuit, quamvis ex ejus usu elementa maximi momenti erni possint.

*Experimenta  
tormentis bellicis peracta.*

§. 11. — Fistula ex aurichalco primum usus fui, altero eius capitibus occluso. Haec, longa centimetris 73 et cui interne diametros erat millimetrorum 14, ita ad perpendicularium inserebatur foraminis centrali disci cujusdam lignei, diametri habentis centimetrorum 35, ut suus oris ambitus et disci superficies opposita illi, ex quo fistula in discum intromissa fuerat, eodem in plano inter se se congruerent. Dein fistula ipsa jam igniario instructa, verticaliter disponebatur ore in altum elato, et discus alias eadem diametro praeditus, qui horizontaliter e trutinae brachio pendebat et per ipsam librabatur,

parvis interpositis distantiis adamussim respondebat disco fistulae os circumamplectenti. Explodendo fistulam, in quam pulveris nitrati quadragesimam partem ex uncia Bononiensi immiseram, compertum est, donec inter duos discos intervallum esset plus minusve breve centimetris 5, discum mobilem primus plus minusve attolli, deprimi exinde continuo; nam secundum et trutinam deprimebat. Sub intervallis quoque indicatis aliquanto majoribus explosionis impulsus secus apparebat atque communiori experiundi ratione, eo scilicet modo, quo extabat cum ex fistulae ore suum indumentum auferretur: illius enim effectus, violens nempe disci mobilis translatio juxta explosionis directionem, modo augescet augendo quosdam inter limites duorum discorum intervallum. Verum sub intervallo centimetris 5 minore pondus, quo opus erat ut singularis illa reactio, explosioni adversans, impediretur, maximum occurrebat in distantiis minimis. Ipsum tamen pondus, comparatione inita cum pressione, quam exercet atmosphaera in superficiem eadem qua disci amplitudine praeditam, parvi visum est momenti.

§. 12. Experimenta haec commodius perfici poterant ( praesertim quum discus admodum levis esset ), quoties opposita manu superiori faciei disci ex trutina penduli elidebatur primus explosionis ictus.

§. 13. Sed solius pulveris nitrati mensurae addita stuppa, vel hac ommissa augendo ejusdem pulveris quantitatem, difficiliter per dictum apparatus explosionis suctus conspici poterat. Qua de re nunc sat erit notare, additione stupuae effluxum neutquam constare massa, quae tota fluida sit, et idem fieri, si ommissa stuppa, pulveris mensura nimis augeatur; nam tunc non totus pulvis incenditur: de quo certior factus sum inspicio signa, quae explosio desigit in muro vel in lignea tabella.

§. 14. — Ballistulae quoque igneae periculn fin feci —. Longitudo ejus calami erat centimetrorum 40, et diametros interioris circumferentiae ad os millimetra 15 aequabat. Discos eadem amplitudine, ut supra, sive diametrum habentes centimetrorum 35, modo adhibebam. Ballistulae ad horizontem disposueram, ac proinde disci verticales extitere et sibi invicem paralleli;

tunc discus mobilis, qui e longo filo pendebat, primum se se removebat ab oris disco, quotiescumque explodebatur in illum ballistula, ac statim inde in hunc velociter impingebat tali vi, ut fortiter eum compelleret. Experimenti conditiones ferme eadem fuere atque illae tentaminis superioris. Quoties duo disci centimetris fere 5 disjungerentur, primum remotionis effectus juxta explosionis directionem haud facile perspici poterat: sed si proxime admodum faciei posterioris disci pendentis a filo cuspides vel quid aliud signando aptum objectum esset, quae in disco cernebantur signa plane indicabant, effectum hunc semper alium praecedere, idque fieri usque ad intervallum centimetrorum 5, quo uterque effectus evanescebat. Spatio ex. grat. centimetrorum 4 interjecto, perparum discus progrediebatur juxta explosionis directionem, immo tum cum retrocederet, certa quadam vi donabatur, ut contra discum stabilem pertingere. Absit hinc ergo quaevis dubitatio, quod haec retrocessio nil aliud sit, quam recursus sive iterata ascensio *disci-penduli*, a verticali sua conditione distracti et inde soli gravitati relieti (§. 18). Parum refert addere, discum mobilem violenter repelli, sicuti quum ballistula nullo instrueretur disco, et si explosio ex magno intervallo fieret.

§. 15. Iure timenti milii, ne cum periculo ballistula explodetur si ante explosionem discus mobilis adamussim cum disco stabili congrueret, visum est ab hisce experimentis omnis danini metumi penitus arcere. Sed si discorum superficies oppositae prorsus planae non sint, et asperitatibus laborent, periculum fere nullum adest. Aliquando ballistulam sursum explodi, quum oris disco alium discum ligneum non omnino planum et aliquantulum gravem superposuissem: hoc in casu nil aliud compertum fuit, quam parva quaedam, hujus disci elatio et fugax quidam tremor. Ballistulac vero retrocessio fortior fuit ut par est in hisce experimentis, quam cum ejusdem explosio fieret duobus discis ablatis.

§. 16. — Sed ut ictus quoque sclopo vehementiores periclitatione probarem, semiballistam igneam, ore ad instar buccinae instructam (quam vulgo *mezzo-trombone* vocant) expertus sum. — Huic erat diametros interior ad os millimetrorum 19, et fistulae longitudine centimetrorum 40. Disci, quibus usus fui, so-

Iliores erant, ac praecedentibus magis ampli; diametrum enim habebant centimetrorum 45, et pondus duorum kylogrammatum vel cum dimidio. Quodnam inter duos discos adesse debet intervallum, ut discus mobilis, verticaliter pendulus, neque repelleretur, per explosionem, neque attraheretur, dissipilius quam antea determinari poterat: hoc enim intervallum in duobus experimentis praecedentibus centimetrorum 5 fas fuit aestimare; in praesenti autem variationem praebuit inter 8 et 12 centimeta. Nitrati pulveris mensura, qua usi sumus, octavam uniae Bononiensis partem aequabat, ac proinde quintuplicata erat ea, quam in aliis experimentis adhibuimus: forsan nimia extabat, et idcirco varia in variis explosionibus quantitas incendebatur.

§. 17. Si discus mobilis per longum funem ex superiori capite brevi clavo in murum insixo suspenderetur, neclum obtinebatur ut discus hic haud volubilis facile prospiceret aequidistanter discum, quo os semiballistae instructum erat, sed etiam effectus illius primi impetus sub explosione elidebatur. Hoc pacto intervallum, ex quo discus mobilis ob explosionem ori semiballistae obviam se se ferre desuit, visum fuit centimetrorum 10.

§. 18. Ante semiballistae explosionem singatur duorum discorum intervallum esse hoc multo brevius, ex. grat., 2 centimetrorum. Si discus ille, qui ori adversabatur, posteriore fulcimine careret, sicuti discus ipse propter primum explosionis impetum e situ suo ultra centimeta 2 progrediebatur, ita facile apparere poterat, successivam ejus retrocessionem, qua in alium discum incurrebat, nil aliud esse quam *oscillationem retrogradam* a sola gravitate pendentem. Si magna hujusce percussione vis, si prinnus disci progressus adeo parvus prae illo, qui, intercedente spatio 10 vel 12 centimetris majore, conspici potuisset, necessitatem alterius vis, vis scilicet gravitate efficacioris ad eum motum retrogradum producendum, haud satis commonstrassent, hoc idem denique plane suasisset persimilis hujus experimenti exitus, quum illud capiatur disco juxta murum posito (§. 14).

§. 19. Caeterum si discus, nullo posterius impedimento prohibitus, potest aliquando, propter primigenium harum explosionum violentissimarum impulsu (qui suum semper sortitur

effectum, uti vidimus, etiam quum de explosionibus agatur istis multo debilioribus, sed tamen continuis), develli ultra illud intervallum, e quo suctus vis, nostris hisce disquisitionibus prosequuta, eum revocare non valeret, seu ex quo vis ista evolvi non posset, hoc minime probat ( id quod notandum est ) singularem proprietatem, qua venas perennes, aereas, aquosas, et vaporosas frui compertum est sub duarum vel trium atmosphaerarum pressione, inesse non posse et etiam memoratis explosionibus violentissimis quoties continuas experiri possemus. Qui venarum illarum effectum primum tantummodo spectaret, proprietatem istam eisdem denegaret; et hunc prorsus, a veritate aberrare quivis diceret. Fieri utique posset ut inter discos, apta amplitudine praeditos prae amplitudine orificii in centro alterius horum peracti, vena fluida ab aliqua ex istis violentissimis explosionibus procedens, quamque fingimus continuam, evolveret sive produceret singularem illam suctus vim, qua fluidam venam communem pollere conspeximus; produceret, inquam, postquam primigenae ejusdem impulsionis effectus anteversus fuerit, detinendo discum mobilem initio experimenti vix dissitum ab alio, qui effectus ( sicuti vidimus et confirmatur ) ortum habet antequam vena fluida formam laminae sumpserit, antequam scilicet singularis vis ipsa, cui modo praecepit studemus, suo fungi munere possit. Huic autem opinioni suffragandi gratia si qua possunt experimenta in medinu profерri, haec mea et quae sequuntur analoga ( ni fallor ) hujusmodi sunt; fatendum tamen est et mea et aliorum tentamina sententiam hanc non ita confirmare ut de ea adhuc dubitari nequeat, quum longe aliud sit violens explosio sed summopere fugax, uti ea quam pericitatus sum, atque ejusdem vis explosio sed perennis, quemadmodum finximus illam sermonis praecedentis.

§. 20. Peculiarem consecutionem, quam mox egomet inde collegi, si quis experimentis hactenus cognitis fulcire velit, illorum Bombyi et Clementii eum meminisse oportet, quae initio hujus Commentarii recensui (§. 3), et e quibus patet disci mobilis adhaesionem in discum stablem eo majorem fieri, quo majori pressione vena fluida incitatur. De prioris experimentis mihi constat tantummodo ex simplici generalique adnota-

tione clarissimi Despretzii; de alterius autem experimento en quae in Relatione Cognitorum Academiae Parisiensis leguntur.  
 " Loquemur tantum ( ita hi scribunt ) de quodam experimen-  
 " to ob oculos nostros suscepto, in quo orificii diametro e-  
 " rant 4 millimetra , et vaporis in cacabo vis elastica duarum  
 " atmosphaerarum pondus cum octo decimis circiter aequabat.  
 " Vaporis effluxus verticaliter ac deorsum versus erumphebat:  
 " discus aeneus , eni erat diametros 8 centimetrorum , circi-  
 " ter duobus millimetri tertiaris distabat a plano orificii inci-  
 " sione sculpti in alio disco ejusdem diametri. Vis qua discus  
 " hic orificii plano adeo proximus detinebatur, satis valebat ,  
 " ut elidere posset pondus 276 milligrammatum , quod erat e-  
 " jusdem disci proprium. *Sed si in cacabo vaporis tensio*  
 " (quod animadversione dignum est) *haud parum minuere-*  
 " *tur, quem haec ipsa vis quoque decresceret eodem tem-*  
 " *pore, discus gravitatis actioni obtemperans ab alio sese se-*  
 " *jungebat* " (*Ann. de Chim. et de Pys. etc. T. 36. pag. 70*).

§. 21. Donec discus mobilis in posteriori parte impeditieba-  
 tur quominus retroiret, ballista in eum explodi poterat etiam  
 si pulvis nitrati mensura stuppa coerceretur absque eo quod  
 suctus singularis effectus ab explosione procedens desiderandus  
 esset. Hic tamen effectus evidentius sive minus turbate siebat  
 ob stupuae semiadustae impedimentum inter duos discos , si  
 hac alia ratione ageretur. In unius disci centro foramen pe-  
 regi, diametrum habens centimetrorum 5 , et illum ad extre-  
 mitatem baculi cujusdam, forma cylindracea et eadem dia-  
 metro centimetrorum 5 , aptavi eo ipso modo, quo rota in suo  
 axe; ex adverso capite baculus perpendiculariter et firmiter in  
 parietem infigebatur, et foramen disci tubo quodam metallico  
 cylindraceo erat praeditum, qui prominebat e disco tantummo-  
 do parietem versus, ita ut discus ipse ultra crassitiem suam  
 (quae erat centimetrorum 16) posset e baculo egredi, quin  
 caderet. Quamobrem poterat discus idem progredi ante ca-  
 put hujusce sui quasi ductoris, usque dum facies ejus antica  
 centimetris 6 circiter ab eo distaret. Baculus perfecte foramen  
 illud cylindraceum occupabat; at resistantia ex attritu minueba-  
 tur, unguine ipsum liniendo. Nunc quisque intelliget, quo-  
 modo disposito disco per faciem ejus anticam eodem in pla-

no, quo caput baculi, et in hunc recte explodendo semiballistam igneam, cuius os consueto disco instruebatur, nullius esset momenti, si pulveris nitrati mensura stuppa coerceretur: discus enim mobilis, agente explosione, decurrere contra stabilem, et stuppa poterat se se excipere in vacuo, quod sit per disci progressum inter ipsum et sui ductoris caput; quo circa discus ipse absque impedimento tantum progredi poterat, ut in alium impingeret: id quod reapse saepissime contigit.

§. 22. Disci mobiles, praesertim ubi solero retro disposito non innitantur, rigidi esse debent. Vidi enim ingentes discos ex lamina zincea ad cuculli imaginem se flectere sub harum explosionum impulsu, et ad magnam distantiam projici, nec non funem, a quo pendebant, penitus obtruncari, etc. Sed tunc vena erumpens neque comprimi, neque laminae plus minusve subtilis formam induere poterat (§. 33).

§. 23. In experimentis hisce nostris similibus, atque, ut mihi constat, usque adhuc institutis, materialis superficies, quae medium habet orificium, vel est vasis effluxum alentis paries, vel cum extremitate fistulae fluidum deducentis connectitur. Haec igitur superficies semper immobilis est, ideoque per illa experimenta nunquam probari potuit, an haec ipsa subjiciatur suetu laminae fluidae, eam inter et discum sibi oppositum excurrentis: nemio, quod mihi notum sit, ne de hoc quidem excogitavit. Sed cur subjici non deberet? Ut dubium tollatur nonne nobis insuper argumentum aliud in promptu est, quod de postremo hoc disco non habemus, *nullam scilicet commemoratae superficie partem venae impulsioni perinde objici, ut hujus ipsius disci pars media directe objicitur?*

§. 24. Discorum ligneorum foramina, quibus tum memoratae ballistae ignae tum semiballistae ora instruebantur, tubo metallico munita fuere prominente e posteriori eorumdem facie. Ita poterant hi faciliter progredi ad extremitatem calami ignae ballistae ad horizontem dispositae, ac intervallo quodam ultra ejus os pervenire: firmiter quoque detineri poterant per choceam permanentem tubo metallico infixam. Quoties explodebatur ballista, cuius os disco libero instructum erat, ita ut facies hujus antica in eodem esset oris plano, ac muto cuili-

bet parallela et proxima, discus semper progressus fuit ultra os, ad murum accedendo, sive in ipsum impingendo, sive ad hujus pedem cadendo (qui antea e fistula excederat), prout variae erant experiundi rationes (§. 28).

§. 25. Si vero disci, ut in superioribus experimentis consciarentur, unus alteri occurrebat etc.; nunquam autem hinc motui disci, in capite instrumenti insixi, praevire vidi remotionem ex parte adversa, sicuti de alio disco fiebat.

§. 26. Forsan cum hoc postremo experimento, quod duobus adhibitis discis mobilibus perfecimus, rectius quam cum quolibet alio, quibus *discum unum mobilem* adhibuimus, comparari posset illud jam indicatum Bailleti tentamen per quemdam conum chartaceum, qui ob flamen ipsum in eo excurrens contundi videbatur (§. 4). Duorum discorum superficies, quae sese prospiciunt, *simul sumptae* parietem zonee armillaris effluxus constitunt, quae comparanda est cum tubo *additionali* (uti ajunt) et *conico-divergenti* Venturii. Caeterum in Bailleti, sicuti in celebris Hydraulici nostri experimento, *nulla purietis portio* in tubulo effluxum deducente objicitur impulsui directo venae, quae illum pervadit; aliter autem res habet in praesenti nostro casu.

§. 27. — Ballistulam demum Voltianam hydrogenicam pertentavi — . Cum omnibus consentire puto, si asseram nullam esse breviorem et magis momentariam explosionem ea, quae per hoc instrumentum obtinetur. Attamen hac quoque explosione phoenomenon evidentissimae repulsionis illud attractionis apparentis subsequitur in disco, contra quem explosio ad centrum dirigitur; idque multoties inter scholastica experimenta discipuli mei plane conspexere. Hinc ballistulae, per nos ad hujusmodi experimenta adhibitae, sunt forma et magnitudo fere ac ovo struthio camelino; praeterea adest cum ea complexa fistula quaedam ex aurichaleo, longa centimetris 26, et interne habens diametrum millimetrorum 13: haec officium praestat conductoris vaporis aquae, qui detonatione producitur, et qui ordinu suo vel aliud est quam flamma perstrepens. Experimenta hoc apparatu confecta descriptione non prosequamur; nam eadem circiter sunt ac quae ballistik igneis suscepimus, quaeque jam descripsimus. Si fistula deorsum deprimatur, et variis filis sub-

ter suum discum, eidem fistulae adnexum per choceam tubi metallici, alius discus pendulus disponatur, dum ballista haec exploditur per punctum temporis fila tendi, statimque relaxari cernuntur, nec non discus, quem illa sustinebant, si convenienti intervallo ab alio disco se jungatur, surgere ex se conspicitur, donee in istum incurrat.

§. 28. Si ballistula Voltiana, suo disco instructa sed libero ac ad parietem quendam parallelo, circiter ex intervallo centimetrorum 5 explodatur, discus e fistula projicitur, et cadens parietem adlambit (§. 24).

§. 29. Atque hic forsitan commode cadit animadvertere explosionem in disci lignei centro per ipsam multoties concusso notam sui nullam aliam relinquere, quam maculam cineraceam ejusdem amplitudinis ad summum ae os fistulæ, quae disco ex consueto brevi intervallo apponebatur.

§. 30. In omnibus experimentis superioribus *plane conspicitur* lamina fluida, quae media duos inter discos erumpit; conspicitur flamma; conspicitur fumus; sed *minime patet eam sese flectere* super limbos facierum externalium discorum (V. §. 6).

§. 31. — Ballista pneumatica postremo usus sum —. Nonnulla tantum referam ex illis tentaminibus a me per hoc instrumentum susceptis, quod commodi gratia saepius adhibui tum cum in hoc physico Theatro eadem experimenta publice repeterem. Fistulae longitudo ad valvulam usque est metrorum 1 cum centimetris 15; diametros ad os est centimetri 1. Discorum, quibus fistulae caput instruebatur, alii diametro gaudebant centimetrorum 35, alii vero millimetrorum 225; qui sunt explosionibus objiciendi subtiles adsint et leves, eadem ratione ac qui per ballistulam Voltianam fuerint pertractandi.

§. 32. Intervallum, ex quo explosio ballistæ pneumaticæ, plurimum aere compresso repletae, nullam neque attractionem neque repulsionem producit, si adhibeantur disci majores, est millimetrorum 45; si minores, est millimetrorum 35.

§. 33. Si disco, qui ad os ballistæ pneumaticæ est, subtilles disci chartacei superponantur, et ballista coelum versus explodatur, ipsi sursum volitant hue illuc, sed vi flaminis sub scutellarum forma antea redacti, quae eidem flamini suam advertunt concavitatem (§. 22).

§. 34. Tam ballista haec pneumatica , quam ballistula Voltiana , ore demisso , ut libet , explodi possunt . Quod si fiat tum cum discus , qui ori jungitur , convenienter respondeat ali super solum vel super tabulam quamdam posito , hic sese attollit , quin tamen horizontalem suam dispositionem relinquit , ictum impingit in alium discum , inde super fulcrum suum cadit . Cum autem discus fulcrum deserat et ad ipsum redeat temporis puncto perquam brevissimo , atque explosionis rumor adeo percussionis ictum superet , ut hic vix percipi possit , ita observatorem vel intentissimum effugere potest verus istiusmodi motus disci mobilis , sive nil aliud eidem videri quam curvatura quaedam in parte media disci explosionis impulsu producta , et successiva ipsius partis ad pristinam formam restitutio . Sed omissis quoque experimentis alia ratione institutis , guttulae ex atramento , quibus discus hic aspergatur , et quae post explosionem vestigia sui in disco stabili relinquunt , prorsus ostendunt tum extremas tum medias et omnes simul disci partes sese reapse discum oppositum versus transtulisse .

§. 35. Semper vero accidit ut in experimentis vel per ballistulam Voltianam vel per ballistam pneumaticam confectis ( idque sive propter discorum levitatem , sive propter perfectam effectus explosionis fluiditatem , sive ex eo quod explosio ista perbrevi temporis momento fiat , sive tandem propter hasce tres simul-agentes caussas ) , accidit , inquam , ut attractionis motus fuerit usque promptior sub explosionis eruptione et majori apparuerit impetu praeditus , quam in experimentis per communes igneas ballistas institutis .

§. 36. Jam quum omnia quae praecedunt experimenta vel confidere vel ad examen revocare lubeat , hoc facile menti occurrere potest , videlicet = ballistae pneumaticae flamen , nec non ballistulae Voltiane detonationem , et tormentorum bellicorum explosionem haud aliter singularis sanctus phoenomenon producere , quam ex promptissima aeris *decpulsione* ( liceat mihi hoc uti verbo conceptum reddente ) , quae in horum instrumentorum fistula ac in intervallo duos discos sejungente fiat = . Conceptus hic , cui certe quoddam pondus inesse videatur , quiique in medium allatus tum cum pericula a me suscepta

constitissent, antequam phoenomenon a Griffithio animadversum esset et experimenta de eo ab aliis exegitata forent, neminem forsitan repugnantem invenisset, nunc quasi veri speciem tantum praeserens vel hujusmodi videri potest, ut admitti nequeat quin subtiliter perpendatur et nova luce ob oculos ponatur, quoties demum ei locus concedendus sit.

§. 37. Et re quidem vera si consideremus, phoenomenon singularis suctus item contingere omnino, quamvis fluidum plurimarum atmosphaerarum pondere pressum *excurrat et jugiter adsit in illo spatio, ubi*, ex allata hypothesi, *vacui vis ageret*; cum in mente revocemus modo effectum esse continuum prout continuus est fluidi effluxus, modo fugacem prout fugax effluxus est; cum tandem spectemus alterutro in casu eidem effectni alium eundemque effectum praegredi, repulsionem scilicet juxta primigenam effluxus directionem; nonne ex hisce omnibus fas erit illud invocare principium, videlicet = *iisdem effectibus eadem sunt caussae* =, atque uno ordine eademque disquisitione utriusque casus experimenta complecti?

§. 38. Hic opponi posset, = in experimentis per effluxus continuos usque adhuc cognitis pressionis proportionem, qua effluxus pervadit intervallum duos inter discos positum, ad pressionei externam in se parvi momenti esse; perparvi autem prae pressionibus respondentibus huic, quam fugaces meorum experimentorum effluxus producunt =: quid inde? anne in dubium vocetur phoenomenon oriri non posse, si duarum pressionum proportio in primo casu multo major sit quam 2 vel 3? Experimenta proxima (§. 42 etc.), a me per Maehinam Pneumaticam confecta, ni fallor, quodecumque hujusmodi dubium de medio tollunt.

§. 39. Sed haec hactenus de experimentis nunc memoratis; nam singula quaeque de illis recensere modo in animo non est, quod perfecturum esse spero quum iterum hujus argumenti plenius tractandi oceum erit. Hoc autem efficere non posse jam nunc video, ni antea et de postremis et de praecedentibus periculis fusius egerim, cum nunquam de eorumdem defectu tantum mihi metipsi suaserim, quantum hoc temporis, quo illa scriptis mandavi. Tunc forsitan potero commodius omnium experimentorum disquisitionem verbis prosequi de phoe-

nomeno singulari, cui primus Clementius studuit; tunc quoque nonnulla ex calculo derivata in medium proferam, quae mihi hypothesim accessu faciliorem vel minus imperviam unice prospicienti consequi licuit, ponendo scilicet fluidum inter duos discos excurrens esse compressionis expers. En vobis istiusmodi consecutiones.

§. 40. Communis *tuborum additionalium* theoria, quae hydraulico-statico Danielis Bernoulli principio nititur (atque hac de re quisnam eidem non suffragatur?) nullam singularis suctus, de quo egimus, explicationi viam praebet. Ob hanc theoriam *pressio hydro-dynamica* in spatio, quod est inter duos discos, minuente interna pressione *recipientis*, a quo effluxus alitur, augescere deberet, dum experientia oppositum omnino patet (§. 3, et 20): inde fit ut valor hujusc *hydro-dynamicae pressionis* deductus ex theoria nimis magnus exurgat pro parvis *recipientis* pressionibus, et parvus nimis pro magnis, ratione semper habita valoris qui per experientiam eidem pressioni *hydro-dynamicae* tribui potest. Ut singularis phoenomeni explicationi commemorata theoria inservire posset, ponendum esset: 1.º laminam fluidam duorum discorum parietes relinquere jam inde ab ingressu inter spatium armillare, quod parietibus ipsis continetur: 2.º eandem laminam ex se inter superficies convenientis curvaturae, calculo determinabiles, coerceri: 3.º aereum denique per laminam ipsam e spatio, quod duo disci comprehendunt, primo expulsum inde non posse inter hanc et discos se se servare nisi sub quadam densitate vel pressione ea minore, quam exterius habet, juxta *hydro-dynamican* laminae fluidae pressionem.

§. 41. Utinam atque utinam panceis hisce verbis honorandos Socios, quibus profunda calculi ratio prae manibus est, suasisse ut suum intenderent animum ad ardum hoc hydraulicae theoriae punctum! Tunc nil amplius procul dubio mihi addendum esset, quin etiam sperandum per eosdem argumentum istud tam scite et acute enodatum iri, ut brevi ego voti compos essem factus. Sed postremo ad experimenta veniamus per Machinam Pneumaticam confecta.

§. 42. In centro paropsidis ejusdam ex hisce machinis, quibus usus fui, per chocream ligitur aurichalceum rostrum

quoddam, externe coni ad instar efformatum, quod haberi potest sicuti tubus, ex quo, clave machinae pneumaticae adaperata, aer effluit ac in *recipiens* jam antea aere orbatum se se diffundit. Diametros orificii, quod in coni cacumine patet, est millimetrorum 3, et labium suum prominet millimetricis 5 ab horizontali machinae paropside. Quum rostrum hoc perfecte induisse ligneo disco (millimetricis 5 nempe crasso et cui diametros item erat centimetricorum 9, nec non foramen centrale aliquantulum majus quam orificii foramen), ita ut discus ille in eodem sisteret plano atque orificium, diligenter planum hoc rete metallico instravi, et discum chartaceum, diametrum habentem centimetricorum 9 circiter, et cuius centrum orificii centro respondebat, immediate super rete disposui. Post haec aere extracto ab *recipiente* satis ampio, tum cum barometron ex hydrargyrio machinae adnexum indicabat pressionem internam esse unius pollicis Parisiensis, aperta via est aeri externo ad internum *recipientis* aerem rarefactum: tunc discus chartaceus postquam leve sugacissimumque sublationis signum dederit, statim reti metallico adhaesit, et quamvis speciali quodam tremore invaderetur, semper tamen in idem rete plus minusve premere visus est illis duodecim (vel ultra) minutis secundis, quibus aer inter ipsum discum et alium huic subjectum sibilans *recipiens* implevit. Disci hi intervallo sejungebantur unius millimetri ad summum; si vero ex intervallis majoribus discus superior collocaretur, violenter repellebatur primo aeris externi flatui in *recipiens*: repulsus quoque fuit quamvis proximus plane reti tum quum memorato circumindumento rostrum aurichalceum exutum esset; unde etiam liquet requiri omnino, ne orificium effluxus ultra expansum sunum labium, quo circuminstrui debet, se se attollat.


§. 43. Arduum fuit experimentum hujusmodi perficere disco immediate disposito supra orificii planum; discus enim ipse tum cum aer extraheretur propter *consuetum suctum* modo in hanc modo in aliam plani ejusdem partem semper declinavit, ideoque aere externo in *recipiens* afflante tunc ipse centralem et convenientem positionem plerumque non occupabat. Sed quoties opportune dispositus constituit, experimentum eundem, quem nuper indicavimus, effectum praebuit.

§. 44. Effectus hic aliis quoque experimendi rationibus per me confirmatus fuit; etenim pneumaticas machinas postmodum adhibui, quarum paropsidum planum orificiis ex diversa diametro instruebatur. Sub *recipiente* etiam verticaliter collocavi quosdam discos aurichalceos: e foramine in horum centro peracto erumpere debebat aer accurrens in vacuum, et disci quidam chartacei, aliquantis per crassi atque per filum suspensi, venti impetum primi sustinere debebant.

§. 45. Compertum igitur manifestumque est, etiam quum aer qui extra duos discos manet, ea sit densitate vel pressione coercitus, ut haec fiat vigesima octava pars illius, quacum idem fluidum excurrere incipit inter eosdem discos, contingere haud secius singulare Clementii phoenomenon.

§. 46. Sed hoc non satis. — Major quidem fiat inter duas initiales pressiones differentia, sive aerem accuratius (quoad ejus fieri potest) extrahendo e machinae *recipiente*, sive communicationem instituendo inter *recipiens* aere orbatum et aliud Machinae *Comprimentis*, in quo aer sit sub diuarum vel trium atmosphaerarum pressione =: proportio inter duas pressiones erit sicuti 60 (sive ultra) ad 1, et phoenomenon similiter fieri videbitur: discus levissimus minimo illo intervallo nendum non repellitur ex alio, e cuius centro volocissimus erumpit ventus, sed ibi detinetur conatu manifestissimo.

Quantum difficultatis experimenta hujusmodi non asserent sententiae eorum, qui se sive omnia sive satis dixisse putarent asserendo, = phoenomenon corporis levis, quod flatus repellere non valet, *totum esse ab atmosphaerica pressione* =!



# ANTONII CAVARA

EQ. A CORON. FERREA

## *Exostosis in antro Igmorei enatae ope resecationis curatio.*

Perutile medicinae incremento sane putavi, morbos illos diligenter excipere, qui tamen, Deo juvante, raro in humana natura observantur, atque de illis particularitates speciales tum in initio, tum in progressu, tum in diurnitate adnotare, praesertim cum exoptatum finem habuerint. Quod si istorum curatio, aut e solis naturae viribus contigerit, vi in illis insita a divina providentia, aut artis medicae magisterio, et industria, optimum erit consilium casum, eventumque ponderare. Quamobrem quum in practica Chirurgica debuisse unum ex hisce morbis pervolvere, illumque artis auxilio non solus temperare, verum etiam vincere omnino, et ad sanitatem perducere, hinc illius historiam vobis referre non immerito sum arbitratus. Gravissima morbi conditio, et quae adhibita sunt remedia ad illum removendum, cum a chirurgia deprompta fierint, ita ipsius utilitatem quam maxime demonstrant: nonnullas postremo pathologicas observationes circa hujus morbi naturam et indolem pro eo, quod in me erit, exponam.

Dominicus Roncada domo Podio Renatico mense Augusti anni 1837, tertium dentem molarem in parte sinistra carie affectum habuit, qua de causa ad monacum in Ferrariam se contulit, qui ei dentem praedictum evulsit. Post operationem, dentem observatum fuit carere una radice, quae apparnit fracta, atque in alveolo proprio infixa. Quum tamen operator monacus de sinistro casu non desperaret, et in sua vel fortu-

ua, vel ignaria acquiesceret, Roncadam, in nomine Domini benedictum, domum suam restituit. Ipse tamen paulo post quo loco dens fuit avulsus, cepit inflationem, doloremque gravem sustinere. Quare consuluit medicum, qui parti affectae cataplasma admovit, postea hirudines iterum iterumque. Attamen hoc medicinae genus, quamquam aptissimum, opem, et auxilium non satis ferebat. Tali morbo oppressus per mensem duravit, quamquam variis remediis sibi opitulari non defuit, et praecipue collutoriis. Cepit eo tempore foetidus humor, ac putulentus in os fluere, e dentis evulsi hiatu, cui numquam coalescere datum fuit. Interea externae genae inflatio magis magisque turgescerat, quae arcum alveolarem comprimens profluum adaugebat, adaugebatque pariter infirmo molestiam. Neque in tantis miseriis animo defecit, quin immo saepe medicum postulabat, qui in hirudinibus, et cataplasmatibus spem maximam reponebat, et eorum usum saepius voluit renovare, e quibus tamen aegrotus expectatam opeim non ferebat. Brevi eo morbus devenit, ut nullam speraret salutem — Tali pacto Roncada cum ad deceembre ejusdem anni pervenisset, me ad terram Podii proficiscentem consuluit. Infirnum, eaque omnia cognovi, quae ad causas tam gravis morbi pertinebant, quaeque supra enunciavi, et tam proxime ad ejusdem statum spectabant. Ad os maxillae sinistrae tumor apparebat, qui parietem anteriorem antri Igmori, seu sinum maxillarem occupabat. Si tumor ad ejus basim comprimebatur, quo loco ad arcum alveolarem proximus erat, sanies foetidissima fluebat, quae ossis pravam naturam demonstrabat. Jam vir in gravissimum morbum mea quidem sententia incidisset, qua de causa ut Bononiam peteret ad suam valetudinem reparandam hortatus fui. Libenter amplexus est meam sententiam, sed nescio quo fato per mensim et ultra produxit ejus adventum, adeo ut initio tantum anni tunc proximi 1838, illum denuo vidi ad nosocomium confugere, ad omnia, quae ei proficia fatura forent paratum. Interea tumorem osseum in gena longius processisse agnovi: fluor puris erat adactus ex hiatu dentis evulsi, jam in fistulam osseam converso. Per ipsum specillo immisso os denudatum et scabrum apparebat: quin immo in maxillarem sinu major erat portio tali modo vitiata. Dubitandum non erat quin

exterior superioris malae pars abnormi sane ratione inquinata, maximam tumoris partem constitueret, cuius tumoris magnitudo ovi gallinacei molem superabat: hoc repraesentat Tab. XXII. fig. 1. Meum igitur consilium primum fuit totum os genae e partibus mollibus denudare, atque corona trapani in ipso infixa adiutum mihi in ejus cavitate patescere, et quidquid in ista evenisset observare. Jam arbitrabar non ex humore in antro collecto, sed ex ossea intumescentia morbum oriri. Facile patiebatur infirmus quidquid in ipso essem operaturus: quapropter postquam per dies ille rite dietam observaverit, et nonnullae venae sectiones institutae fuerint, die decima februario ad operationem deveni. Selebat infirmus capite erecto, et pectori adsistentis innixo. Supra genam latam incisionem institui adinstar / cuius apex ad angulum sinistrum oris protendens in illum finem faciebat, et totam ipsius substantiam penitus dividebat. Istius incisionis latus minus juxta nasum saliebat prope arcum orbitalem, aliud ductum stenonianum superius sequens ad apophysim zygomaticam perveniebat, ita ut tota incisio una cum ejus base, quae ad arcum orbitalem existebat integra, triangulum scalenum constituebat. Ingenium omni studio adhibui, ne ductus salivalis in incisione esset comprehensus. Ista angularis sectio continebat totum os maxillare e morbo inquinatum. Sejunximus partes molles, quae genam constituunt, et ita ab adhaerentibus os subpositum denudatum in apertum misimus. Periostio penitus abraso trapani coronam infigere in ipsum conati sumus, satis procul a foramine, quo exit fasciculus secundus nervi quinti paris. Ita aditum nobis aperiri ad internam cavitatem sinus maxillaris arbitrabamur. Res tamen non ita se gessit, nam sphaerica ossis praedicti superficies profecta e morbosa vegetacione, trapani usum omnino amovebat, quapropter malleo et scalpro partem externam ossis maxillaris superioris adsportavimus, ac totum antrum nobis apertum fuit. Agnovimus exostosim in sinu praedicto, quae stricte adhaerebat proximo ossi jugali, atque subposito fornici alveolari. Vide Tab. XXII. fig. 2. Haec antri cavitatem omnem replebat, quin imo angusta ipsa valde fuisset, si externus et anterior ejus paries distentus et dilatatus ab impetu hujus corporis durissimi in ipsa pervoluti majorem non adeptus fuisset capacitatem. Ut plane exostosis

nobis in conspectu veniret, necesse erat hiatum magis magisque ampliare; qua de causa subpositum quoque fornicem alveolarem adspor tavimus. Iam fuerat iste exostosi morbosa vi tia tus et distractus. E partibus inferioribus liberata omnino exostosis, quibus videbatur adhaerere, patuit jugali osso infixam esse, quas adhaesiones serrae scenimus: Vide Tab. XXII. fig. 3. Lit. A. Nutabat interea corpus istud a nexu sejunctum, sed quin illud educere nequeam nisi vim inferrem, propter quod pluribus punctis schmeideriana membranae adhaerebat, illud in situ reliqui, pro certo enim habebam, nec amplius angeri, nec ibi diutius remanere posse. Suscepimus postea vulnus ad contactum redigere, quod ope suturae cruentae interruptae peractum fuit, minus vero ad angulum oris in quo suturas convolutas duas adhibui. Ita consuluum nimiae hujus partis mobilitati, quam in cibi, et potus gestione removere omnino so ret impossibile. Convenienti apparatu et fasciis deligato aegroto, ipsum in cubili collocavimus. Operationem istam inflammatio non modica fuit secuta cum febre, capitis dolore, quae omnia profecto in tanta morbi gravitate nullo modo vitanda fuissent: attamen et diaeta stricta et iteratis venae sectionibus haec omnia superata fuerunt, ita ut viginti dierum spatio vulnus ad laudabile statum fuerit perductum. Dum partes molles ferro divisae a suturae punctis rejunctae sat bene invicem adhaerebant, liquida per os in antri cavum injecta illud a foedis mundabant. Magis magisque nutabat in dies exostosis atque istam modicis tortionibus educere saepe conabimur. Tandein post binos menses ab instituta operatione, scilicet die vigesima proximi mensis Aprilis, quamquam exostosis inclusa perduraret in antro, neque adhuc spes mea exitum, quem optabat, esset consecuta, infirmus domum rediit, non dubitans quin penitus ac facile ad pristinam sanitatem esset venturus. Hortatus fui interea ut collatorium adhiberet ex decocto hordei cum melle rosato paratum, atque vitam vacuam a laboribus et intemperantiis viveret. Urbem petebat bis quaterve ad mensem, illunque diligenter conspiciebam, et plurimum in judicio et opinione mea ponebam, ex eo quod provida natura mihi aperte demonstraret, esse cito perficiendum, quod ego non improviso fortasse consilio susciperam. Longe immi-

matum, et pene nullum in ore liquoris foedi profluvium proximum lapsum exostosis praenunciabat, qui evenit sponte die decima quinta mensis Augusti ejusdem anni, atque infirmus attulit mihi, non absque maxima juvnditate, osseum istud abnorme corpus, quod maxima morbi erat pars, ac vobis A.P. prae oculis pono. Jam probe nostis in eo exostosim, quae ob maximam ejus duritatem, et cum ebore elephantino similiudinem, eburnea quoque appellatur. In medio fuit secta ad intimam ejus structuram bene agnoscendam, atque observanda in ea est praesertim radix molaris dentis avnisi, quae prima fortasse fuit tanti morbi causa et origo. Vide Tab. XXII. fig. 3. lit. B. Apparet modo Roncada, veluti Tab. XXII. fig. 4. demonstrat, a natura sculptus. In oris parte interna formix alveolaris, qui ossi maxillari sinistro respondet, deest omnino. Tegit ossa ista nova mucosa membrana undequaque, quae est internae oris membranae reproductio, neque illa amplius apparet humoris scaturigo, neque cibum sumens molestiam sustinet. Externe gena, nullo modo vitiata, regularem cicatricem ostendit. In medio tantummodo partes inferiori osso adhaerent, ubi minimum apparet foramen; quod acum exilem admittit, et ad antrum internum perducit, ac per illud aerem expellit ad libitum, dum homo fortiter expirat. Huic tanti morbi hoc vitium tantummodo superest, quod facile amovere posset ars rhinoplasticae, et suturae auxilio. Sed quum nullus humor ab illo stillaret, et praesente valetudine ac rebus suis contentus esset, nihil amplius ab arte postulare videtur Roncada. Erit, ut opinor, in pathologia S. O. morbus hic non vulgaris, praesertim si locum consideremus in quo est adortus, et causas e quibus originem duxit, nec non praesidia, quibus usus sum ad curationem obtinendam. Saepc nobis occurunt exostoses in practica medica, atque illorum causae sunt modo satis bene exploratae. Exostosis, ut probe noscimus, est tumor ossium ab eorum incremento adortus, qui afficit ea plus minusve extensus. Virus venereum est prae ceteris exostosis causa; at labes scrofulosa aliquando exostosim generat, saepius vero in hisce cariem producit. Quidquid tamen valet in ossibus phlegosim inducere, tunc in hisce innormale augumentum, seu exostosim evolvere potest. Ex praedictis clare patet exostosim ex

osteite originem ducere, quae semper erit occasionalis causa hujnsmodi morbi. Hinc causae externae et traumaticae, dum in ossibus phlogosim promovent, sic et exostosim quoque, et saepe in practica chirurgica observatur ex ictu violento in quo non recte medicina adhibuerit exostosim oriri. Sed haec omnia sunt plane nota, atque omnium medicorum consensu admissa. Revera color ruber, quem observamus in ossibus animalium, quae adhuc sunt in vitae primordiis, sat clare demonstrat quanta sit in illis partibus sanguinorum vasorum copia, et congeries. Praeterquamquod plane appareat sanguineum ossium parenchima quantum sit postquam eorum texturam dissolvimus ope aliquuj substantiae corrosivae. Os vero constat praecipue pinguedine, gelatina, ac variis salibus terreis. Principia et fundamenta pathologiae nos docent in processu phlogistico partium organismum et vitalitatem augeri; ex quo necessario oritur, quod organa secretoria ad quotidianam reparationem, et reproductionem destinata, dum vis in ipsis crescit, cumulaturque, ita praetermodum officia secretionum adaugentur, ita ex majori copia gelatinæ non tantum, quam substantiarum omnium, quae os constituant, morbosae crescunt partes istae, et inordinatae. Nihil mirandum ex dictis appareat, si ab ossibus tenuibus et fere laminearibus, veluti sunt in praesenti casu maxillaria ac alveolaria ossa, durissimæ exostoses aliquando possent oriri, quae aeboris instar principiun gelatinosum habent quammaxime. Experientia practerea nobis demonstrat exostosim saepius a tenuissimis ossibus oriri, quae maximam amplitudinem possunt adipisci nisi ars opportune opem ferret. Praeterea ex aucta secretione albuminae cum salibus quibusdam conjunctae, in qualibet corporis nostri parte substantia cartilaginea aliquando producitur, quae ossium duritiem aeumulare valet. Fuit hoc mihi datum observare in quadam sectione ad hydrocelem curandam instituta, in qua vaginalis membra na tantam duritiem erat adepta, ut ad summam vim obtinendam forcipe ipsam secuerim. Hoc autem Hatchetti opinio foret, qui ad cartilaginiæ efficiendas albuminam coagulatam concurrere asserit, contra vero Berzelius, in suis experienciis numquam albuniinam inter ossium et cartilaginum componentia invenisse affirmat. Ex hactenus dictis appareat quaenam sit exo-

stosis curatio. Causae hujus infirmitatis in primis semper erit habenda ratio, istamque removere ac retundere Medicus curabit. Antiphlogisticum regimen laudandum erit omnimodo, et saltem in primordiis morbi immixtum, et debilitat, sed causae ut dixi prospiciendum est. Ita quae a syphilitico principio originem ducunt propriis curandae sunt remedii; quae vero oriuntur a scrofulis antiscrofosis curentur, et nunquam morbus victus cesserit nisi diatesis sit debellata. Quae vero a traumaticis causis productae sunt, ac proinde indelis omnino inflammatoriae, illis in primis validissimis antiphlogisticis occurrimus. Attamen in casu, quem supra exposuimus, quamquam et diu validiora remedia antiphlogistica adhibita essent, non tamen cum ea contigit utilitate, quae optabatur, ex eo quod prima hujus morbi causa nunquam fuisset admota, quae fortasse in dentis avulsi radice reposita erat. Jam morbus ad gradum pervenerat talem, in quo omnis valetudini spes in auferendo tumore supererat, illumque oportebat a partibus attignis resecare, ac sejungere: neque frustra elaborasse videor; etenim ope artis et naturae fuit tumor osseus expulsus, et aegrotus plane convaluit. Hinc eluet ratio nostra in medicina adhibenda, quae nescio utrum ab hodierna chirurgia laudari, an saltem adprobari mereatur. Probe teneo quod ipsa in exostosi inferioris malae proposuit, et pariter quidquid in hoc difficilimo morbo partis resectione audaciter sit adepta, sed nondum, aut saltem raro historiam legimus hujuscem morbis in mala superiori adorti. Hanc igitur vobis, S. O., tradere propo-  
sueram, quam quoque Deus Optimus Maximus fortunavit.



F. 1.



F. 2.



F. 3.



F. 4.





# CAMILLI RANZANI

DE NONNULLIS NOVIS SPECIEBUS PISCIVM

*OPUSCULUM TERTIUM.*

**H**odie, Sodales Praestantissimi, disseram de septem novis speciebus piscium, atque primo loco describam piscem maris brasiliensis, qui est e genere Clupearum. Sed antequam id exequar, nonnulla dicam de illis piscibus, quos graeci ac latini scriptores clupeas appellantur.

Nomen graecum *χλωπαῖς*, nec non nomen latinum Clupea sunt homonyma, significant enim et urbem quamdam Africac, et quemdam piscem. Geographi veteres urbem Clupeam, seu Clypeam ab Hermaea, idest a Promontorio Mercurii fere nihil distare docuerunt. Urbs ista adhuc extat, et *Quipia* dicitur; Hermaea autem *Capo Bon* hodie appellatur, atque in mare mediterraneum versus insulam Pantaleariam maxime excurrit. De pisce Clupea nemo scriptorum graecorum meminit praeter Callistenem Sibaritam in libro XIII operis, cui titulus fuit  
— De rebus gulaticis — Hujus operis fragmentum legitur in Stobaei sermone de morbis. — in flumine Araris inquit Callistenes, nascitur Clupea magnus piscis (utor versione Conradi Gesneri) qui crescente luna albus est, decrescente totus nigrescit, et corpore nimium aucto a propriis spinis interimitur. In hujus pīscis capite lapis reperitur grumo salis similis, qui optime facit ad quartanas sinistro corporis lateri alligatus, decrescente luna — Flumen Araris hodie *Saone* nuncupatur, atque in Rhodanum delabitur juxta, et infra Lngdunum. Eruditis bene multis persuasum fuit, Clupeam Callistenis esse illum piscem, quem galli hodie *Alose* vocant. Sed cum e qua-

litatibus, quas Callistenes Clupeae tribuit, vix alia praeter spinarum copiam, in Alosae naturam pertineat, facile inducor ad suspicandum, Clupeam Callistenis ab Alosa gallorum haud parum differre, atque ingenue fateor, me prorsus ignorare quisnam sit piscis ille, quem Callistenes Clupeam vocavit. Plinius in capite XVII libri IX Historiae Naturalis, ubi egit de piscibus magnitudine insignibus haec scripsit — Attilus in Pado inertia pinguescens ad mille aliquando libras, catenato captus hamo, nec nisi boum jugis extractus. Atqui hunc minimus piscis appellatus Clupea venam quandam ejus in fanebus mira cupidine appetens, morsi examinat. — Bochartus (1), aliique viri eruditii pro certo habuerunt Clupeam Plinii a Clupea Callistenis minime differre. Harduino autem, Schneidero, et aliis etiam persuasum fuit Clupeam Callistenis plane diversam esse a Clupea Plinii, eo quod prior sit magnus piscis, altera sit piscis minimus. Conradus Gesnerus credidit, Plinium ideo Clupeam minimum dixisse piscem, quod ipsam contulerit cum Attilo, idest cum Accipensere, qui ad ultimam actatem pervernerit, cuius et moles vasta esset et pondus maximum, sed haec conjectura et Salviano, et aliis jure, ac merito laevissima visa est, ac proinde adhuc locus est saltem suspicandi Clupeam Callistenis a Clupea Plinii valde discrepare.

Si Bellonium, Massarium, Jovium, Boehartum, aliosque doctissimos viros andiamus Clupea Plinii est ille piscis quem Galli, ut paulo ante dixi *Alose* vocant, ac Veneti *Chioppam*, Romani *Lacciam* appellant sed Georgius Cuvierius (2) hanc sententiam respuit, atque longe diversam interpretationem praedicti loci C. Plinii proposuit. Clupea Plinii, inquit Cuvierius, nihil differt a Petromyzone branchiali Linnaei, qui est piscis minimus, et vermi similis atque aliorum piscium branchiis adhaeret, exsugiturque sanguinem. Opinio ista procul dubio est admodum probabilis, nullus enim alias minutus piscis

(1) Geographiae sacrae pars posterior. Chanaam Lib. I. cap. 40. pag. 676.

(2) Plinii secundi. Historia Naturalis Augustae Taurinorum 1831. in 8.<sup>o</sup> Tom. IV. pag. 46. nota prima.

fluvialilis, praeter Petromyzonem branchialem, aut Petromyzonem Planeri iis instructus est organis, quae necessario requiruntur, ut possit aliorum piscium vasa sanguifera perterebrare, atque ipsorum sanguinem exsangere. Ut autem nemini hac de re dubium supersit, oportebit accuratis ac repetitis observationibus probare, Petromyzonem branchialem, aut Petromyzonem Planeri in os, vel in cavitatem branchialem Attili aliquando ingredi, venis faucium aut branchiarum ipsius adhaerere, sanguinem exsugere, atque ita partes istas dilacerare, ut inde Attili sequatur mors. Quamobrem cum neque Cuvierius, neque illus aliis ichthyologus harum rerum testimonium nobis perhibuerit, nondum plane constat Clupeam Plinii esse ex genere Petromyzonum Linnaei.

Procul dubio notum vobis est, Sodales praestantissimi. poematum Enniū nonnisi fragmenta ad nos pervenisse. Horum unum legitur in libro Apulei, cui titulus est = Apologia pro se ipso = Si Apulejo fidem tribuamus, poemati ex quo fragmentum excerptum fuit Ennius hunc titulum posuit = Aedes phageticā = atque in ipso non modo enumeravit multa genera piscium, verum etiam ubi gentium eorum quisque inveniatur ostendit, et qualiter assus, aut jussulentus optime sapiat. En versus Enniī:

*Omnibus at Clupea praestat Mustela marina,*

( Nonnulli eruditī legunt = *Omnibus ut Clupea etc.*)

*Mures sunt Aeni, est aspera Ostrea plurima Abydi;*

*Est Mytilene Pecten, Aperque apud Ambraciae annem;*

*Brundusii Sargus bonus est, hunc, magnus erit si,*

*Sume. Apriculum piscean Scito magnum esse Tarentei,*

*Surrentei fac emas Glauicum, et Cumas apud. At quid*

*Scarum praeterii cerebrum Jovis poene supremi?*

*Nestoris ad patriam hic capitur magnusque bonusque.*

( Sub intelligitur = *At quid praeterii*)

*Melanurum, Turdum, Merulaeque, Umbramque mari-*

*Polypus Corcyrae, Calvaria pinguis Atarnae (nam?*

*Purpura, Muriculei, Mures, dulces quoque Echini.*

Enniū non indicasse locum, ubi sapidores Melanuri, Turdi, Merulaeque, Umbræque expiscantur satis manifestum est. Er-

go hand parum a veritate discrepat id quod Apulejus affirmate scripsit, nempe Ennium in poemate Phageticorum indicasse ubi quisque pisces inveniatur.

Marcus Antoninus Columna, Casaubonus, aliique viri eruditati arbitrati sunt nomen *Clupea*, quod in primo horum versuum Ennii legitur significare civitatem, non piscem, eo quod, inquit ipsi, poetae institutum fuit referre quibus in locis insigniores, celebrioresque pisces capiantur. Sed Rondeletius, Bocchartus etc. contrariam sententiam tennerunt, fortasse animadvertisentes, Ennium aliquando siluisse loca, ubi pisces sapidissimi hospitantur. Sed non omnes eruditii, qui Ennium in primo illo versu de pisce *Clupea*, non de civitate, quam veteres eodem nomine vocaverunt, loquuntur fuisse credunt, in eadem versus interpretatione consentiunt. Nonnulli enim ex iis, qui cum Rondeletio, Joanne Pricaeo, Juliano Florido etc. versum legunt = *Omnibus ut Clupea praestat Mustela marina* = ita ipsum declarant = Ut *Clupea*, sic etiam *Mustela marina* praestat omnibus piscibus = ac proinde hi eruditii sibi persuadent *Clupeam* Ennii esse piscem longe diversum a *Mustela marina*. Alii autem ex iis, quibus magis arridet lectio = *Omnibus at Clupea praestat Mustela marina* = Putant *Clupeam* Ennii nihil differre a *Mustela marina*, atque ita versum explinant = At *Clupea illa*, quae etiam *Mustela marina* dicitur *praestat* piscibus omnibus = Haec interpretatio saltem vero proxima est, milique valde probatur. Neque mirum cuiquam videri debet, cumdem piscem duobus nominibus appellatum fuisse ab antiquis, id enim, ubi jam animadvertisit Rondeletius, permultis piscibus et olim, et nunc etiam accidit. Quod si quis ex meis ciscitetur de pisce, quem Ennius et *Clupeam* et *Mustelam marinam* vocavit, respondeo, me valde suspicari hunc piscem nihil differre a maiore *Lampetra*, quae ab Artedio, atque a Linnaeo *Petromyzon marinus* appellata fuit. Etenim Salvianus, M. Ant. Columna, Massarius etc. sibi personaserunt, *Mustelam Plinii*, quae etiam in lacubus alpium rheticarum hospitatur esse *Lampetram marinam*, id est *Petromyzonem marinum* Linnaci. Insuper Massarius, Salvianus, Rondeletius, Aldrovandus, Sealigner, Vinetus, Floridus, Froherus etc. pro certo habuerunt *Mustelam*, quam Ausonius cecinit in edyllo decimo cui titu-

Ium fecit: — *Mosella* — ab eodem Petromyzone marino nihil differre. En versus Ausonii prout leguntur in editione operum ejusdem in usum Delphini.

Quaeque per Illyricum, per stagna binominis Istri,  
 Spumarum indicis caperis Mustela natantum,  
 In nostrum subvecta fretum, ne lata Mosellae  
 Flumina tam celebri defraudarentur alumno.  
 Quis te naturae pinxit color? atra superne  
 Puncta notant tergum, quae lutea circuit Iris;  
 Lubrica caeruleus perducit tergora fusus;  
 Corporis ad medium partim pinguescis; at illinc  
 Usque sub extremam squallat cutis arida candam.

Haec pictura, inquit Rondeletius, *cum Lampetrae nostrae*, (idest majori) *optime conveniat*, *de eadem intelligendam esse assentior cum Massario*. Non me latet Petrum Gyllium affirmasse, Mustelam Ausonii esse Mustelam gallorum, quam Linnaeus inter Gados retulit, atque Gadum Lotam vocavit. Sed hanc sententiam Gyllii jure; ac merito Rondeletius, atque Gesnerus improbaut atque rejiciunt eo quod Ausonius illis verbis: *in nostrum subvecta fretum*, clare significet Mustelam suam e mari fluvios subire, Lota autem in flaviis dumtaxat vivat. Nunc refellam argumenta, quibus Harduinus, G. Cuvierius, aliquique conati sunt probare, Massarium, Columnam etc. errasse cum sibi persuaserunt Mustelam Plinii a Lampetra majore nihil differre. Gesnerus in magno opere de Aquatilibus, ubi egit de pisce Mustela haec scripsit. — *Lampetrae in Brigantino lacu hodie nullae, quod sciam, reperiuntur, et Gregorius Mangoldus, qui libellum de piscibus ejusdem lacus nuper edidit nullam Lampetrarum mentionem fecit..... Lampetram maximam, et pulcherrimam ante paucos annos Basileae in Byrsa flumine captam Hieronimus Frobenius ad me misit, ea longa erat dodrantes quatuor..... In Neocomensi lacu (Lac de Neuchâtel) helvetiorum quem Thecla fluvius efficit, Lampetas et magnas, et parvas degere audio..... Ego sane Lampetrarum genera in paucissimis lacustribus, et stagnantibus aquis reperiri arbitror..... At Mustelarium ge-*

*nus illud, quod galli Lotas nominant, in omnibus sere lacubus invenitur, et a Gebbennensibus etiamnum Motelle, quasi Mustela vocatur. Id autem in Brigantino lacu reperiri certum est..... Quamobrem diligentius considerandum de Lampetris, an de aliis Mustelis senserit Plinius. Ex his verbis patet consilium Gesneri fuisse lectoris menti dubium iniecere de Mustela Plinii utrum sit e genere Petromyzonum, an ex alio genere longe diverso. Harduinus aperte negavit Plinii Mustelam esse Petromyzonem, et pro certo habuit eamdem nullo modo discrepare a Gado Lota Linnaei. Argumentis autem, quibus Gesnerus probare contendit nihil explorati nos habere de Mustela Plinii unum addidit ductum ex praedicti loci plinianae historiae nova lectione: hanc autem non in antiquo, ac melioris notae codice invenit, sed per conjecturam, quam indubitatam dixit, ipse quaesivit. Vetus lectio haec est = *Nunc Scarro datur principatus, qui solus piscium dicitur ruminare, herbisque vesci, non aliis piscibus..... Proxime est mensa generi duntaxat Mustelarum, quas mirum dictu, inter Alpes quoque Rhetiae Lacus Brigantinus aemulas Muraenis generat* = Harduinus primum asseruit Plinii editores scripsisse: *proxima est his mensa generis Mustelarum contra omnium exemplarium fidem; nam in Cod. Reg. 1.<sup>o</sup> et 2.<sup>o</sup> in Colbentensibus 1.<sup>o</sup> et 2.<sup>o</sup>, in Parisiensi, in Toletano, in Salmaticensi, in vetere Dalecampi, aliisque constanter legitur = Proxima est mensa pecori duntaxat Mustelarum.* Secundo animadvertisit Pintianum ideo hanc alteram lectionem non respuisse, quod et genus, et pecus de animalibus marinis dicatur per translationem. Horatius enim (*Liricorum libr. 1.<sup>o</sup> carm. 2. vers. 7.*) de ipsis ita cecinit =*

*Omne cum Protheus pecus egit altos  
Visere montes,  
Piscium, et summa genus haesit Ulmo etc.*

Sed Harduinus et hanc secundam lectionem minus rectam esse putavit, atque unius litterulae immutatione, scilicet legendendo = *Mustelarum jecori*, suum, inquit ipse, orationi plinianae lumen reddidit, ut sit sententia = E Mustelis non quamlibet partem, sed jecur maxime palato sapere, atque in men-

sis probari. Deinde Harduinns legit. *Mustelas aemulas marinis*, et addit. *Ita codices omnes manuscripti, et libri impressi.... frustra sunt, qui muraenis, hoc loco reponunt.* His praemissis Harduinns pergit ad argumenta, quibus inititur, et contendit, ut probet Mustelam Plinii non esse Lampetram majorem, sed Lotam. *Ex dictis porro, inquit ipse, labescit eruditorum complurium conjectura, ex hoc loco colligentium Plinianam Mustelam esse Lampetram nostram.* Nam praeterquam in Brigantino lacu Lampetra est omnino nulla, eam jecore tantum palato sapere nemo vel paulum modo eruditus, vel admodum delicatus dixerit. Suffragatur autem nostrae emendationi vox dumtaxat, ut non tota Mustela, vel alia sui parte, praeterquam jecore lauta sit: idque res ipsa poscit; nam Mustela, quam Lugduenses, et Lucernini Lotam vocant jecoris bonitate, suavitate, magnitudine eximia, et coloris gratia praecellit. G. Cuvierius (1) valde probavit hauc interpretationem Harduinii. Bene, inquit, Cuvierius, arbitrio meo Harduinns. *Ista Lota apud Linnaeum est Gadus Lota, et in quibusdam provinciis Motella a Mustela vocatur.* Illius hepar in deliciis est apud convivantes. Nonnulli addunt hoc aliud argumentum: Mustela Latus brigantini a Plinio dicitur aemula Mustelae marinae; ergo illa in mari non vivit, ac proinde differt a Lampetra maiore, quae hiberno, et autumnali anni tempore procul dubio degit in mari. Nunc a me haec argumenta expendenda, atque aestimanda sunt. Primo itaque animadvertam Harduinum paucorum exemplarium manu scriptorum collationem fecisse vel per se, vel per amicos, ipsumque siluisse de codicibus vetustioribus, nempe de Riccardiano qui nono saeculo scriptus fuit, nec non de Escorialensi, qui par aetate Riccardiano creditur. Siluit etiam de aliis codicibus florentinis, de taurinensis, de parmensibus, de cesenatis, de venetiis, de neapolitanis, de anglicis, de germanicis etc. quos certe neque ipse per se, neque per amicos expendit. (2). Temere itaque Harduinns as-

(1) Plinii Hist. Nat. edit. taurin. 1831. Tom. 4. pag. 83.

(2) Vide praefactionem Harduinii in edit. Plinii cum notis ejusdem. Peris 1712 in fol.

seruit lectionem veterem praedicti loci Plinianae Historiae omnium exemplarum manuscriptorum fidei contrariam esse. Cum autem hauc ipsam lectionem veram, atque rectam esse judicaverint Joannes Buxius, Hermolaus Barbarus, Philippus Berroaldus, Sigismundus Gelenius, uterque Manutius, Brothens etc. atque hi viri doctissimi affirmate dixerint a se inspectos, atque collatos suis codices veteres, ac optimae notae, quis unquam credat omnes istos eruditos ad hanc lectionem amplectaudam consensisse, si quotquot extabant manuscripta exemplaria longe aliam haberent? Neque sensus hujus loci novam lectionem postulabat; nam sive legas generi *duntaxat Mustelarum*, sive pecori *duntaxat Mustelarum* sensus et planus est et clarus; scilicet Plinius his verbis innuit in mensa solis Mustelis dari locum proximum Scaro. Insuper Harduinus a veritate deflexit dum affirmavit in codicibus omnibus legi *Mustelas aemulas marinis*. Etenim Vincentius Bellovacensis qui interiit anno 1264 in opere, cui titulus, *Speculus majus* Libr. 17. cap. 74 haec scripsit: *Plinius in libro IX. Mustelae pisces mense deputantur, quas inter alpes lacus Rhetiae Brigantinus aemulas inuraenis generat.* Ergo credendum est virum istum, doctissimum, ac probatissimae fidei in veteri codice Operis Plinii reperisse hanc lectionem. *Mustelas muraenis aemulas.* Addo Nicolaum Perrotum Episcopum sipontinum vel in uno, vel in pluribus veteribus codicibus hanc ipsam lectionem invenisse. Nam in opere, cui hunc titulum posuit: *Cornucopia, sive linguae latinae commentarii*, haec de piscibus Mustelis leguntur; procul dubio excerpta e pliniana historia: *Mustelac in Lacu Brigantino Muraenis fere similis.* Notandum hoc loco est, Perottum, qui inter prioris bonarum literarum restauratores enumerandus est, ex hac vita migrasse Anno 1480, quando scilicet jam evnlgatae erant sex editiones plinianae historiae, ipsumque conscripsisse commentariolum in C. Plinii proemium historiae naturalis. In exordio autem hujus opuscoli haec dixit Perottus. *Non damno labores corruin, qui corrigendorum librorum provinciam suscepserunt.* Quin potius laudo laborem, sed quatenus nihil addunt de suo, sed vel aliis exemplaribus vel sententia ipsius auctoris alibi clarius expressa, vel ejus scriptoris, a quo id sumptum

*est auctoritate freti id faciunt.* Post exordium Perottus illustravit non pauca loca proemii plinianae historiae, emendavitque vigintiduo errores qui in ident proemium irrepserant, prout legitur in editione romana Anni 1470. Id antem ipsum praestitisse post collocationem codicum melioris notae, ac potissimum illius, quem ipse acquisiverat, quique hodie in bibliotheca vaticana adservatum numero 1952 distinctus, firmiter teneo. Quamobrem facile mihi persuadeo Perottum lectionem: *Mustelas aemulas Muraenis*, non arbitratu suo, sed codicum autoritate permotum, lectioni: *Mustelas aemulas marinis* prae tulisse. Non est itaque mirandum si lectionem quam Vincentius Bellovacensis, et Nicolaus Perottus in vetustis codicibus inventerunt, Massarius, Bellonius, Rondeletius aliquie plurimi eruditii probaverunt, et si vir doctissimus Jo. Gottl. Schneiders in eximio opere, qnod inscribitur Petri Arredi *Synonimia Piscium emendata, aucta, et illustrata Lipsiae 1789 pag. 422* haec scripsit in articulo de Mustela Plinii: «*Generi, legisse videatur Vincentius XVII cap. 74., ubi practerea pro marinis rectius ut puto, extat muraenis, quod vocabulum multi jam vi-ri docti Plinio restituere voluerunt.*» Quamobrem non est cur rejiciendum esse putemus veterem lectionem loci Plinii in quo loquitur de Mustelis, ut novam ab Harduino propositam amplectamur, ac proinde corruunt omnia argumenta jam supra exposita, quae huic novae lectioni veluti fundamento innituntur. Nunc diligenter examinato pondas illius argumenti, quod firmissimum crediderunt Harduin, G. Cuvierius, ac multi alii, quodque hoc entimemate continet: Hodie Lampetrae nullae sunt in Lacu Brigantino, ergo Mustela Plinii non est Lampetra major idest Petromyzon marinus Linu: Argumentum istud vix quidquam momenti habere ex eo patet, quod Plinii aetate potuissent Lampetrae e Mari Rhenum subeuntes, usque ad Lacum Brigantinum pervenire, subsequentibus vero saeculis semel atque iterum Rheni alveo mutato, ob impedimenta quae inde orta sunt in illum lacum accedere nequiverint. Id autem non modo contingere potuisse, sed revera evenisse satis credibili conjectura assecurus sum. Hartmannus, (1) et Schinzus

---

(1) *Helvetische Ichthyologie* Zuric 1827. in 8°.

(1) affirmarunt hodie Lampetras majores veris tempore e mari germanico Rhenum ingredi, nec non usque ad Basileam progredi; atque perraro usque ad Renoseldam (Rheinfelden) pertingere. Prope hanc urbem est gurges ille magnus, quem germani *Hollacken* appellant, a quo haud multum distat prior cataracta Rheni. Hujus fluminis aquae jam magno auctu creverunt juxta oppidum, cui nomen est Confluentia (Coblentz), ibi enim Arula (Aar) unum e majoribus fluminibus Helvetiae in Rhenum devolvitur. Major cataracta Rheni a pluribus dicitur schaffusiensis quia parum distat a Schaffusia, rectius tamen dicetur lanissenensis, etenim ad pagum Lœfslen Rhenus ab excelsa, et admodum abrupta rupe magna mole praecipitat cum ingenti fragore, atque stupenda aquarum ad scopulos illisione. Animadvertisendum hoc loco est, Rhenum exire a Lacu Brigantino, seu Constansiensi juxta urbem Steinum (Stein), ac fere recta progredi oceidentem versus usque ad vicinia Schaffusiae, eum autem illuc pervenerit, offendit montes calcareos admodum altos, quos cum superare nequeat in sinistram cursum detroquet, et inter rupes, seculosque viam tenet multis flexibus sinuosam. Persaepe ingentia saxa crebris, ac vehementibus aquarum ictibus perculta, ac labefactata in Rheni alveum ruunt atque profluente huc illud errare cogunt. Ex his patet credibile admodum esse, Rhenum ob magnas alvei mutationes non semel a veteri cursu deflexisse, atque olim multo minus altos, minusque rapidos habuisse lapsus, quos superare Lampetrae potuerint. Continenter Rhenus ex alpibus Reticis advehit arenas, nec non fragmenta lapidum in Lacum Brigantinum, eaque aggerit ad ripas ejusdem. Hinc quotidie hujus lacus amplitudo minuitur. Ebelus (2), qui diligenter expendit non modo loca, quae Brigantinum Lacum circumstant, verum etiam quidquid de ipso veteres geographi, atque historici scripserunt, non dubitanter asseruit tam longitudinem, quam latitudinem hujus lacus abhinc decem, et octo saeculis multo maiorem fuisse, ac proinde certum est velocitatem Rheni e Brigantino

(1) Naturgeschichte und Abbildungen der Fische. Leipzig. 1837. in fol.

(2) Manuel du Voyageur en Suisse tom. 2. pag. 291.

tino lacu exequuntis, post primum saeculum christianum per gradus admodum increbuisse. Hodie Lampetrae majores neque in flumine Aaro, neque in Lacu Neocomensi inveniuntur, eo quod impetu aquarium prioris cataractae resistere, ipsamque transgredivi non valeant. Si autem dictis Conradi Gesneri fides adhibenda est, dum ipse, viveret, Lampetrae majores non raro captabantur in Lacu Neocomensi, ac proinde tunc temporis iisdem prior cataracta Rheni non erat impedimento, quo minus ulterius progresserentur; ergo haec ipsa cataracta et minus excelsa fuit, et ab eadem aquae minori impetu praecipitarunt. Etenim ut Lampetrae a mari discedentes ad Lacum Neocomensem pervenire potuerint, ipsis necesse fuit per Rhenum ascendere usque ad Lauffenburgum, ac priori cataracta superata, confluentem Aaris, et Rheni attingere, deinde relicto Reno in Aarum se immittere, atque ad locum contendere, ubi in Aarum influit fluumen Taila, quod Neocomensem Lacum trajicit. Sed jam haec mea philologico-zoologica disquisitio ad exitum properat; etenim hoc unum mihi restat, ut rationes afferam cur ego credo Plinii aetate duas illas Rheni cataractas, quas supra sermone adunibravi, non exitisset. Certum est, jam inde a primis saeculis christianis imperatores romanos utramque Rheni ripam, atque vicinia Brigantini Lacus multis arcibus munuisse. Praeterea satis constat ex historiis eosdem imperatores per plura saecula has regiones in sua potestate, ac ditione tenuisse. Haec animadvertisens Ebelus (1) mirari se ait, nunquam a scriptoribus latinis mentionem factam fuisse de iis cataractis Rheni, quarum aspectu hodie omnes obstupescunt. Certe quidem nullus scriptor latinus aetatis aureae et argenteae memoriae prodidit in Reno extare cataractas. Cicero (Orat. 1. in Pisonem) tantummodo dixit: Rheni fossam gurgitibus redundare. Seneca Tacitus, Pomponius Mela, Strato, aliquique affirmarunt magna celeritate Rhenum currere, sed nemo narravit, Rhenum postquam e Lacu Brigantino effluxit; duobus a se invicem distantibus locis cum magno impetu, ac fragore ex altissimis rupibus praecipitare. An suspicendum est ad istorum virorum aures nunquam rei tam admiri-

(1) Manuel du Voyageur en Suisse tom. 4. pag. 194.

mirandae famam pervenisse, vel eadem consulto silentio praeteriisse? Nihil horum sane veri speciem habet. Ergo credendum est omnes veteres scriptores ideo de Rheni cataractis ne unum quidem verbum dixisse, quod quatuor prioribus saeculis ipsae non extiterint. Id mihi non modo confirmat, sed etiam persuadet descriptio totius cursus Rheni, quae extat in capite 4.<sup>o</sup> libr. XV. Historiarum Ammiani Marcellini. (1) *Inter montium celsorum anfractus, inquit A. Marcellinus, immanni pulsu Rhenus exoriens per praeruptos scopulos extenditur nullis aquis externis adoptatis, ut per cataractas inclinatione praecepsit funditur Nilus. Et navigari ab ortu poterat primigenio copiis exuberans propriis, ni ruenti curreret similis potius, quam fluenti. Jamque absolutus, altaque divortia riparum adradens, lacum invavit rotundum et vastum, quem Brigantiam accola Raetus appellat, perque 460 stadia longum, parique fere spatio late diffusum, horrore sylvarum squalentium inaccessum (nisi qua vetus illa romana virtus, et sobria iter composituit latum) barbaris, et natura loci, et coeli inclemencia refragante. Hanc ergo paludem, spinosis strependo verticibus annis irrumpens, et undarum quietem permeans pigram, medium veluti finali (alii legunt funali) intersecat libramento, et tanquam elementum perenni discordia separatum, nec aucto, nec imminuto agmine, quod intulit, vocabulo, et viribus absolvitur integris, nec contagia deinde ulla perpetiens, Oceani gurgitibus intimatur. Quodque est impendio mirum, nec stagnum aquarum rapido transcursu movetur, nec limosa subluvie tardatur properans flumen, et confusum misceri non potest corpus: quod ni ita agi ipse doceret aspectus, nulla vi credebatur posse discerni.* Hoc loco scire praestat Ammianum Marcellinum qui a Constantio Imperatore cum Ursicino magistro militum primum in Orientem, deinde in Galliam Narbonensem, atque in Germaniam cisrhenanam missus fuit, in libro XV Rerum Gestarum diligenter, et accurate descripsisse non

---

(1) Ammiani Marcellini rerum gestarum qui de XXXI supersunt libri XVIII emendati et notis illustrati ab Henrico Valesio. Parisiis. 1681 in fol. pag. 72.

modo Rheni, sed etiam Rhodani ortum atque cursum usque ad mare, pariterque verbis designasse Alpes cottias, maritimas atque penninas, nec non alias regiones, in quibus non sine aliqua gloria militavit. Cum autem ipse vivis, ut ita dicam, coloribus pinxerit lapsus Rheni, antequam Brigantinum lacum ingrediatur, atque in describendo transitum ejusdem per hunc lacum multam curam posuerit, si posthaec aliquis alius insignis lapsus aquarum Rheni tunc temporis extisset, procul dubio et de hoc copiose locutus fuisset. Sed ne verbum quidem dixit; ergo ex Marcellini silentio de cataractis, quas in Reno omnes admirantur, satis abundanter confirmatum est, eas ortas esse post Marcellini aetatem nempe post saeculum quartum. Quando ergo Plinius scripsit Historiam Naturalem, nihil Lampetas impediebat, ne ad lacum Brigantinum contendenter, ibique aliquod tempus commorarentur, tamdiu scilicet, quoad ipsarum ova foetum fudissent. Atque id ni fallor, significant verba illa Plinii — *quas (nempe Mustelas) mirum dictu, inter Alpes quoque Rhetiae Brigantinus lacus aemulas muraenae generat.* Nempe Plinius in Lampetris majoribus, idest in Petromyzonibus marinis Linnaei, qui pinnis pectoralibus, ventralibus, atque anali carent, jure admirabatur, quod ipsi quotannis tam longum iter bis conficerent, vere scilicet, a mari per Rhenum, adverso flumine ad Lacum Brigantinum contendenter, deinde cum autumnus appropinquaret eadem via ad mare reverterentur. Si autem Mustelae Plinii fuissent Lota gallorum, cum Gesnerus, Hartmannus, Schinzus aliisque testati sint, ipsas toto anno sere in omnibus lacubus, ac fluviis Helvetiae commorari, non erat profecto cur Plinius miraretur quod ipsae etiam in Lacu Brigantino generarentur. Ex iis, quae hactenus a me dicta sunt satis manifestum est 1.º Massarium, Rondeletium, Salvianum, aliosque veteres zoologos non sine probabili conjectura, atque ratione sibi persuasisse pisces, quem Plinius, et Ausonius Mustelam appellaverunt esse Lampetram majorem, idest Petromyzonem marinum Linnaei: 2.º Nihil obstat quominus credamus Mustelam marinam Ennii ab eodem Petromyzone nullo modo differre, atque antiquitus hunc pisces etiam Clupeae nomine vocatum fuisse. 3.º Admodum probabile esse Clupeam Plinii nihil discrepare a Petromyzone fluvia-

tili Linnaei, ac proinde nomen *Clupea* a latinis usurpatum fuisse ad indicandos illos pisces, qui postea Lampetrae dicti fuerunt, hodie vero Petromyzones ab ichthyologis vocantur. Sed jam satis a me dictum est de piscibus, quos veteres Latini Scriptores appellaverunt Clupeas, et a quibus plurimum differunt pisces quos complectitur genus, cui Artedius Clupeae nomen indidit. In hoc genus ipse retulit pisces qui vulgo Harrangi, Spratti, et Alosae vocantur. Desinitio generis haec est: *Membrana branchiostegia octo utrinque ossicula continet; venter admodum acutus, seu ex singulari squamarum situ quasi serratus, Pinna dorsi paulo propior rostro, quam ventrales.* G. Cuvierius partitus est genus in tria subgenera: horum prius complectitur Clupeas vere tales, eas nempe, quibus labium superius integrum est, et nullo modo incisum ut in Alosis e quibus constat secundum subgenus. In Clupeis autem vere talibus, sicut et in Alosis ultimus radius pinnae dorsalis neque productus est, neque in filum attenuatus, ut in Cattoessis, e quibus tertium sub-genus Clupearium conflatum est. Piscis quem nunc describere aggredior est *Clupea* vere talis Cuvieri.

#### CLUPEA MACROPHTHALMA Nob.

*Tab. XXIII. fig. 1.*

Caput mediocre; rostrum obtusum; os exiguum, maxillae subaequales; superior munita dentibus minutis, a se invicem distantibus, numero viginti quatuor; maxilla inferior instructa denticulis decem et octo conicis, in utroque latere ejusdem tres primi dentes longiores subsequentibus; pars posterior utriusque maxillae omnino edentula; lingua libera, triangularis, superficie aspera; narium foramina utrinque duo, contigua, obovata, marginata. Oculi in sublimi positi, orbicularis, magni aequi distantes ab apice rostri, et a margine posteriori opercularum branchiarum; opercula ista laevia, e tribus laminis coalita; margino posterior eorundem sinuosus, sinubus parum profundis. Radii branchiostegii octo, externi depresso, laminiformes; branchiae quatuor in utroque latere capitum, pectinatae, arcubus in

angulum veluti plicatis. Truncus compressus, altus (fig. 2. Tab. XXIV); margo dorsi obtusiusculus, margo ventris acutus, serulatus. Lineae lateralis indicium prorsus nullum. Pinnaepectorales mediocres, figurae quadrilaterae irregularis, radiis quatuordecim sulcatae; horum prior rigidiusculus, reliqui molles. Pinna dorsalis mediocris, aequa distans ab apice rostri, et ab apice caudae, margine superiori haud profunde concavo, radiis decem, ac septem firmata; pinnae ventrales parvae, figurae quadrilaterae irregularis, radiis quatuordecim instructae. Pinna analis humili, radiis decem, ac septem constans; horum prior anno proximus est, ultimus a basi pinnae caudalis haud parum distat. Pinna caudalis bifurca, ejusdem radii sunt numero viginti quartuor; utrinque tres externi imbricati, gradatim longiores; quartus omnino longior; medii admodum breves. Squamae laterum trunci (fig. 3. Tab. XXV) (1) grandiusculae, profunde imbricatae, margine aliquantum sinuoso, superficie superiori distincta costulis transversis, nonnihil prominentibus, undulatis, et ad marginem non pertingentibus; squamae dorsi figura similes, sed minores (fig. 4. Tab. XXVI) (2) Frons cinereo caeruleo, inspersa punctis minutissimis nigris, vertex, et pars anterior dorsi colore fronti omnino similes; operculi argenteo colore nitentes; reliquae partes trunci subauratae, pinna dorsalis cinerea; pinna caudalis pariter; aequaliterque cinerea; aliae pinnae lutescentes.

### Mensurae.

	POLL.	LIN.
Longitudo tota pars est . . . . : . . .	5.	10
Longitudo capitis . . . . . . . . . . .	1.	5
Longitudo trunci . . . . . . . . . . .	3.	4
Longitudo pinnae caudalis . . . . . . .	1.	1
Longitudo radii medii pinnae ejusdem . . .	--	3
Longitudo basis pinnae dorsalis . . . . .	--	10

(1) Figura ista reprezentat squamam duplo auctam.

(2) Figura ista exhibit squamam dulpo auctam.

Longitudo basis pinnae analis . . . . .	--	9
Altitudo partis anterioris trunci immediate post basim pinnarum ventralium . . . . .	1.	7
Crassities maxima trunci . . . . .	--	6

Clupea ista figura corporis aliquatenus similis est Clupeae Alosae, nec non Clupeae Cowel Russelii, a quibus differt magnitudine oculorum, figura ac magnitudine pinnarum, nec non numero radiorum earundem. Reliquae Clupeae vere tales Cuvierii mihi satis notae, ab hac nova specie differunt eo quod illarum corpus est oblongius.

#### CALlichthys PERSONATUS Nob.

*Tab. XXIV. Fig. 1, 2, 3.*

Caput cuneiforme; rostrum obtusum, latum, nudum, margine extremo curvilineo; guttar, ac tempora nuda, idest tantummodo cute tecta; reliquin caput opertum clypeo osseo in plures laminas, seu scuta partito; (1) frons lata, depressa; vertex declivis; occiput elevatum, scuta media frontis angusta ovato-oblonga, marginibus sinuosis; scutis istis interposita est areola nuda ovato-oblonga; scutum medium verticis polygonum; margo posterior ejusdem in angulum desinens, scuta lateralia frontis ac verticis quadrilatera, mixtilinea, scutorum occipitis margo posterior rotundatus; maxilla inferior nonnihil brevior altera; rictus fere semicircularis; dentes utriusque maxillae perexigui; foramina narium duo in utroque latere rostri; anterius exiguum, rotundatum, operculo membranaceo munitum, posterius pervium, grandiusculum, rotundatum, proximum margini anteriori clypei. Praeter haec foramina, nonnulla alia, margine elevato, ac fere tubuloso, per partes nudas capitis dispersa sunt, quorum usum difficile est definire. Tam in dextro, quam in sinistro angulo oris duo cirrhi satis longi, basi coaliti. Oculi parvi, orbiculares, margini lateralii clypei proximi; rima branchialis longa, curvata, membrana branchiostegia tri-

(1) Tab. XXIV. fig. 2. a. b.

radiata; dorsum convexum, bipinnatum; pars ejusdem, quae pinnis interposita est, anterius nuda, posterius scutulis tecta; horum quatuor priora in simplicem ordinem disposita, duo subsequentia alterna, tria postrema in seriem simplicem digesta (Tab. XXIV fig. 2). Latera trunci tantummodo prope caudam admodum compressa, obducta squamis, seu potius scutis magnis, imbricatis in duas series dispositis; scuta ista sunt multo latiora quam longa; in utroque latere ad basim caudae area triangularis, nuda; pectus, ac venter nonnisi cete vestita; pinnae pectorales mediocres, fere ovato-oblongae, radiis octo fultae; prior radius osseus, compressus, apice acuto, corneo, brevi; superficies hujus radii aspera, quippe redundat spinulis exilissimis, quae in margine posteriore sunt longiusculae; radii reliqui omnes articulati. Pinna dorsalis anterior satis alta, figura similis parallelogramo, novemradiata; prior radius robustus conicus, ac brevior reliquis; superficies ejusdem secura; radii subsequentes articulati flexiles, subaequales inter se: ipsorum apex bisidus est. Secunda pinna dorsalis parva, uniradiata, nempe illius partem anteriorem firmat ac sustinet radius osseus, robustus, aliquantum curvatus, inclinatus in caudam, etianisi membrana, quae ejusdem margini posteriori adhaeret omnino extenta sit. (1) Pinnae ventrales mediocres ovato-oblongae, octoradiatae, radiis omnibus articulatis. Pinna analis pinnis ventralibus major, figura tamen eisdem similis, radiis septem munita; horum prior osseus, breviusculus, apice acuto, superficie secura; reliqui articulati, flexiles. Pinna caudalis constat radiis quatuordecim subaequalibus, basi indivisis, deinde plus minus profunde bisidis. Marginem superiorem ejusdem caudae obtengunt sex squamae plicatae, atque imbricatae; in margine autem inferiore tantummodo quinque squamae plicatae numerantur. Color rostri, generum, temporum, menti, pectoris, ac ventris albidus. Reliquum corpus inquinat color nigrofuscus, qui in pinnis est nonnihil dilutus. *Callichthys* iste differt ab omnibus piscibus congeneribus, qui a Linnaeo, ab Hancockio, a Quoio, ab Orbignyo descripti fuerunt, colorum di-

(1) Tab. XXV fig. 3. a.

T. v.

spositione, nec non aut forma totius corporis, aut figura, ac magnitudine pinnarum, aut numero radiorum quibus ipsae constant. Patria ejusdem est mihi ignota. Prorsus nescio an et de hac nova specie verum sit illud, quod de nonnullis aliis affirmat Hancockius, nempe an ipsa sit monogama, et in litore maris, dammodo non sit abruptus, foliis aut herbis nidum construat, in quo foemina ova deponat, quas ipsa et mas foliis operant, et alteruter eorum prope nidum die, nocteque excubrias agat, donec pulli sint exclusi.

### Mensuræ.

	Pell.	lin.
Longitudo tota par est . . . . .	4.	5
Longitudo capitis . . . . .	1.	2
Longitudo trunci . . . . .	2.	3
Longitudo caudæ . . . . .	1.	—
Longitudo basis pinnae anter. dorsi . . . .	--	10
Longitudo basis pinnae poster. dorsi . . . .	--	4
Longitudo basis pinnae analis . . . . .	--	4
Altitudo trunci immediate post pinnas pectorales . . . . .	1.	7
Ibidem crassities maxima trunei . . . . .	1.	2

### SCARUS AMPLUS Nob.

Tab. XXV. fig. 1, 2, 3, 4.

Caput mediocre; maxillæ aequales bipartitæ ut in Tetrodontibus; margine serrato. Dentes numero plurimi cum ipsis maxillis in unum corpus concreti, atque coaliti, in quincuncem ita dispositi, ut coronæ ipsorum rhombiformes ab exteriori superficie maxillarum promineant. Horum dentium ordines sex numerantur in maxilla superiori, septem vero in inferiore; praeter hos dentes, in utraque parte posteriori maxillæ superioris infixus est dens conicus in fæces inclinatus, qui si os pateat, est satis conspicuus; rictus medioeris; foramina narium parva, in utroque latere frontis duo, oculis propinqua, margo ante-

rioris prominet; oculi grandiusculi, vertici proximi, suborbicularis. Frons convexa; vertex planus; occiput nonnihil conveuum, ac parum elevatum, genae, atque opercula branchiarum squamis vestiuntur; rima branchiarum magna; pars postica opercularum desinit in angulum valde obtusum. Truncus haud valde compressus, atque in parte anteriori rhinodium altus (1); squamae ejusdem per magnae, profundo imbricatae, transverse ovatae, margine nonnihil sinuoso; pars exterior earundem laevis, interna radiatim striata (2); linea lateralis dorso proprior quam ventri fere usque ad basim caudae; ibi interrupta descendit aliquantum, atque recto tramite pergit ad pinnam caudalem. Linea ista haud simplex est, sed ramosa, ramusculi vero sunt dichotomi, vel etiam trichotomi (3); pinnae pectorales ampliae, trapezicae, apice obtusiusculo, radiis duodecim firmatae; horum prior simplex est, reliqui multifidi; pinnae ventrales parvae, apice acuto; ipsarum radii sunt numero sex; horum prior simplex, reliqui quadrifidi. Pinna dorsalis haud humiliis, satis longa, radiis decem, ac novem fulcita; pinna analis figura similis dorsali, sed brevior, constans radiis undecim; pinnae caudalis margo extremus fere semilunatus, cornibus acutis; altitudo hujus pinnae triplo major est longitudine radii medii; quatuordecim radiis ipsa sustinetur, qui basi simplices, deinde aut bifidi, aut trifidi etc. Color capitis fusco-violaceus; squamae dorsi, nec non partis superioris laterum sunt fuscoviolaceae, margine fusco; reliquae squamae trunci, nec non pinnae omnes alborubescentes. Habitat in Mari brasiliensi.

Omni cura, ac diligentia contuli hunc pisces cum octoginta novem speciebus quas clarissimus Valeuciennus descripsit in tomo XIV Historiae Naturalis Piscium in luce edito Parisiis proxime elapso anno 1839, atque satis perspexi Scarum, quem ego amplum appellavi ab illis omnibus differre, aut forma generali corporis, aut altitudine partis anterioris trunci, aut stru-

(1) Tab. XXV. fig. 2.

(2) Tab. XXV. fig. 3.

(3) Tab. XXV. fig. 1. a, a, et fig. 4.

ctura dentium, aut magnitudine, ac figura pinnarum, aut numero radiorum earundem, aut denique colore.

*Mensurae.*

	Ped.	Poll.	lin.
Longitudo tota par est . . . . .	1.	2.	—
Longitudo capitis . . . . .	--	3.	6
Longitudo trunci . . . . .	--	7.	9
Longitudo pinnae caudalis . . . . .	--	2.	9
Longitudo basis pinnae dorsalis . . . . .	--	6.	7
Longitudo basis pinnae analis . . . . .	--	2.	11
Longitudo squamae lateris truncii . . . . .	--	1.	1
Latitudo ejusdem squamae. . . . .	--	1.	2
Altitudo trunci immediate post pinnas pectorales. . . . .	--	4.	10
Ibidem crassities maxima trunci . . . . .	--	1.	6
Altitudo basis pinnae caudalis . . . . .	--	1.	6

*HEMIRANPHUS UNIFASCIATUS* Nob.

*Tab. XXV. fig. 1, 2, 3, 4.*

Caput exiguum ita compressum, ut trigonum sit, mentum angulatum, gula pariter angulata. Frons plana, declivis, idem dico de vertice, atque de occipite; maxilla superior brevissima, depressa, apice obtuso, inferior figura, ac longitudine superiori fere omnino similis, ejusdem pars extrema aucta appendice ensiformi, longissima, canaliculata; dentes minimi, arcuatim dispositi in margine maxillarum. Nares mediocres, nonnihil oblongae oculis propiores, quam apici maxillae superioris. Oculi magni, margine sere circulari. Operculi branchiarum magni, laeves, margine posteriori vix sinuoso. Longitudo trunci, et ejusdem altitudinem immediate post pinnas pectorales, eandem proportionem, comparationemque habet quam habet XXXVI cum VIII, longitudo trunci est plus quam nonupla crassitas maximae ejusdem immediate post pinnas pectorales; (1) dor-

---

(1) Tab. XXIV. fig. 2.

sum convexum; pectus et abdomen angulata; linea lateralis fere rectilinea, pectori, atque abdomini proxima; pinnae pectorales figura quadrilatera lateribus inaequalibus; latus superius quadruplo majus latere basis; pinnae istae radiis duodecim sulcuntur; radius primus osseus, reliqui fere cartilaginei, ac flexiles. Pinnae ventrales exiguae sexradiatae, radiis subaequalibus. Pinna dorsalis a capite admodum remota, mediocris, radiis quatuordecimi munita; horum anteriores aliquanto longiores sunt posterioribus; pinna analis figura similis dorsali, radiis quindecimi, sed nonnihil brevior; ultimus radius utriusque aequa distat a cauda. Pinna caudalis mediocris, constans radiis decem, et octo, profunde biloba, lobus superior brevior altero. Squamae laterum trunci (1) mediocres, caducae; margo posterior ipsarum est rotundatus; anterior autem fere trilobus. Squamae, quibus insidet linea lateralis, in parte exteriore aucta sunt tubulo pervio (2). Color frontis, verticis, occipitis, ac gutturis fuscus; colore argenteo nitent genae, et linea media ventris; truncus fuscus, atque distinctus fascia albido-argentea, quae per latera ejusdem excurrit usque ad basim pinnae caudalis; pinnae omnes fuscescentes. Hab. in mari brasiliensi.

Hemiramphus iste ab aliis differt colorum dispositione, nec non aut brevitate maxillae superioris, aut pinnarum situ, figura, ac magnitudine, aut etiam numero radiorum, quibus ipsae fulciantur. Utrum sit varietas Hemiramphi marginati Cuv., definire haud possum, ipse enim pisces non descripsit; et quae Lacepedius de Esoce Gambarur ejusque varietate exposuit ad dubium tollendum minime sufficiunt: certe non est Esox marginatus Forskalii, quem Arabi *Gambarar* appellant: etenim linea lateralis ejusdem a capite ad pinnas ventrales margines abdominis constituit; dein elevatur, et oblique decurrit infra corporis medium: finitur sub apice pinnae dorsalis.

(1) Tab. XXV. fig. 3. quae exhibet squamam triplo auctam.

(2) Tab. XXV. fig. 4. quae exhibet squamam triplo auctam.

*Mensurae.*

	poll. lin.
Longitudo tota, quam metitur linea ducta ab apice ensiformi appendicis maxillae inferioris usque ad apicem lobi inferioris caudae par est.	7. 6
Longitudo ab apice maxillae superioris ad apicem lobi superioris caudae . . . . .	6. --
Longitudo appendicis ensiformis maxillae inferioris . . . . .	1. 2
Longitudo reliqui capitis. . . . .	1. 4
Longitudo basis pinnae dorsalis . . . . .	1. --
Longitudo basis pinnae analis . . , . . .	-- 9
Longitudo lobi inferioris pinnae caudalis. .	1. 1
Longitudo lobi superioris ejusdem pinnae .	1. --
Altitudo trunci immediae post pinnas pectorales . . . . .	-- 8
Ibidem crassities maxima trunci . . . . .	-- 5

Linnaeus piscem illum, quem brasilienses *Guacari* appellant primo Accipenserum deinde in Loricarum numerum retulit, ipsique nomen posuit *Loricariae Plecostomi*. Kleinius eundem piscem Truttis, idest Salmonibus Linnaei annumeravit. Gronovius et ipse retulit *Guacari* brasiliensium in pisces illos, quos Linnaeus Loricarias dixit, sed genus istud Plecostomi nomine vocavit. Lacepedius animadvertisens Loricariam Plecostomum Linnaei idest *Guacari* a reliquis Loricariis ejusdem discrepare eo quod gerat in dorso duas pinas, reliqua vero una tantum pinna dorsali instructa sint, sibi persuasit *Guacari* brasiliensium a Loricariis esse sejngendum, atque in novum genus retulit, quod Hypostomi nomine signavit. Georgius Cuvierius, quem secuti sunt Schinzus, atque Boryus a Sancto Vincentio Loricariorum genus partitus est in duo subgenera, quorum primum complectitur Loricarias vere tales, eas nempe, quibus unica est pinna dorsalis. In his margines veli labialis sunt multis tentaculis aucti, et reliqua superficies ejusdem veli nonnumquam est villosa, venter autem laminis tegitur; intestina neque sunt exilia, neque admodum longa. Subgenus

alterum nihil differt a genere, quod Lacepedius *Hypostomum* vocavit. Ipsius dorsum gerit duas pinnas, ejusdem velum labiale est tantummodo papillosum et nonnisi unum tentaculum habet prope angulos oris; venter autem nudus est, et intestina longissima sunt, ac fere siliformia. Wiegmannus, Naumannus, Okenius, Voigtus nullam mentionem fecerunt generis *Hypostomi*, ac proinde credi potest, ipsos hoc genus funditus repudiassesse. E contrario Cloquetius, atque Agassizius ipsum probavere, ac satis firmo fundamento niti judicarunt. Lacepedio una tantum species hujus generis innotuit, quam *Hypostomum Guacari* appellavit. Agassizius reperit aliam speciem in museo monachensi exsiccatam, atque farctam, quae cum tentaculis prorsus careat, propterea etentaculata dixit. Species ista differt etiam ab Hypostomo *Guacari* eo quod ejusdem pinna dorsalis anterior radiis duodecim sustineatur, qui in *Guacari* sunt tantummodo octo. Tabula septima piscium magni operis, cui titulus: *Voyage dans l' Amerique meridionale par Alcide d' Orbigny* exhibet figuram trium novorum hypostomorum, nempe Hyp. Iacua, Hyp. Commersonii, Hyp. Cirrhosi. Hi omnes in utroque angulo oris habent tentaculum haud breve, atque pinnam dorsalem octoradiatam. Nuperrime accepi e Stephano Morieando genevensi eximii historiae naturalis cultore *Hypostomum siccum*, atque farctum, qui quamvis forma corporis similis sit Hypostomo etentaculato Agassizii, in notis nonnullis tamen adeo ab ipso discrepat, ut satis credam esse novam speciem, quae cum prope angulos oris gerat tentaculum breve, idcirca a me appellatur *Hypostomus brevitentaculatus*.

Hujus caput est magnum, clypeo osseo obtectum, in laminas poligonas partito; hujus margo posterior sinuosus; margo anterior rostri rotundatus; pars media ejusdem rostri nonnihil convexa, latera admodum declivia. Frons plana, anterius in angulum acutum desinens, ac mediocriter inclinata, vertex planus posterius in angulum acutum desinens; pars media occipitis carinata; genae, ac tempora admodum declivia; oris apertura inferior, tantummodo in utroque latere uniangulata; prope angulum situum est tentaculum breve quidem, sed satis conspicuum, ac basi nonnihil compressa; guttura vestitum enti dura, ac quasi coriacea, ejus superficies aspera est tuberculis e-

xignis polygonis. Dentes longiusculi, inaequales, apice recurvato in plures series proximas dispositi; foramina narium oculis viciniora quam apici rostri, utrobique duo; anterius oblongum obliquum, posterius majus, fere rotundatum. Oculorum orbitae grandinseculae, ac fere orbiculares; branchiarun rima angusta, veluti plicata; margo posterior opercularum horridus spinis validis hamatis, truncus inferne planus vestitus cute a culeis exilissimis aspera; reliquum corporis opertum laniinis osseis simul junctis figurae rhomboidalis, multo latioribus quam longis in series octo in longum dispositis; diagonalis minor earundem prominens; cauda gradatim attenuata, est laminis osseis carinatis omnino operta; quarum series in longum sunt numero decem. Pinnae pectorales magnae, oblongae octoradiatae; prior radius multo crassior reliquis, apice veluti trunco, tamen, sicut et ultima tertia pars lateris exterioris, horrido spinis confertis, longis apice recurvo; reliqui gradatim breviores basi indivisi, deinde bipartiti, et prope apicem multisidi. Pinnae ventrales latae, radiis sex sulcatae, horum prior ossens, indivisus, superficie aspera, reliqui apicem versus multisidi. Pinna dorsalis anterior longa, elevata radiis duodecim praedita; horum prior ossens seaber, apice acuminato, reliqui multisidi, margo superior hujus pinnae manifeste sinuosus. Altera pinna dorsalis uniradiata; radius iste est osseus compressus, seaber, falciformis, superne apicem versus excavatus; hinc sinus satis amplus, atque profundus, a quo assurgunt spinae haud brevissimae, quarum apex conicus est. Pinna analis multo brevior, ac nonnihil minus elevata pinna dorsali anteriore; prior radius ejusdem osseus simplex, asper, quatuor reliqui versus apicem multisidi. Cum pinna caudalis speciminis hujus pisces, quod adservatur in museo, cui prae sum, sit versus apicem truncata, quaenam snerit ejusdem figura prorsus ignoror: affirmare tamen possum ipsam constare radiis sexdecim, quorum dorsalis, atque ventralis sunt ossei, crassi, compressi, asperi, indivisi; reliqui vero basi simplices, deinde multisidi. Totum corpus est intescens maculis, fuscis ac rotundis distinctum; pinnae omnes pariter lutescentes, ac maculatae, sed maculae multo minores sunt.

Habitat in aquis dulcibus provinciae brasiliensis quae Divi Pauli appellatur.

Iam animadvertisi hunc Hypostomum differre a *Guacari brasiliensium*, atque a tribus novis speciebus nuper ab Orbignyo in America inventis potissimum differre numero radiorum prioris pinnae dorsalis; dissent ab his et ab Hypostomo etentaculato Agassizii figura radii unici posterioris pinnae dorsalis. Insuper ab hoc discrepat margine superiore primae pinnae dorsalis, quem rectilineum exhibit figura Spixii accuratissimae descriptioni adjuncta.

### Mensuræ.

	Ped.	Poll.	lin.
Longitudo ab apice rostri usque ad basim pinnae caudalis . . . . .	1.	2.	—
Longitudo capitis . . . . .	—	4.	7
Longitudo trunci . . . . .	—	9.	5
Longitudo basis pinnae dorsalis . . . . .	—	4.	6
Longitudo basis pinnae analis . . . . .	—	—	10
Altitudo partis anterioris trunci . . . . .	—	3.	6
Eiusdem crassities maxima . . . . .	—	4.	—

Cum specimen a me adhuc descriptum corporis figura fere nihil discrepet ab Hypostomo etentaculato Agassizii, neque integrum sit, idcirco effigiem eiusdem descriptioni non adjunxi.

Pisces, e quibus constat genus linnaeanum Silurorum sunt adeo multi, atque non pauci eorum adeo inter se discriminantur, ut jure ac merito Lacepedius judicaverit ipsos in varia, ac diversa genera esse dispartiendos. Horum unum est illud, quod ipse Pimelodus vocavit. G. Cuvierins censuit Pimelodos esse e genere Silurorum, sed referri posse in subgenus distinctum, ac peculiare. Istud G. Cuvierins partitus est in varias sectiones, quarum secunda ab ipso Pimelodorum vere talium dicta fuit, atque in plures partes divisa. Pars secunda complectitur, illos Pimelodos vere tales, qui neque in vomere, neque in palatinis dentes habent, sed tantummodo in intermaxillari, et in maxillaribus. Ipsorum caput galea ossea indivisa obtectum est. In museo zoologico hujus nostri Lycei magni reperi piscem, qui proculdubio duabus hisce notis praeditus est. Cum autem Cuvierius affirmaverit in nullo Pimelo-

dormi, qui jam noti erant has ipsas notas simul unitas reperi, cumque neque Cuvierius, neque nullus alius ichthiologus, quod sciam, descripserit *Pimelodus* huic nostro similem, idcirco ipsum verbis adumbrabo.

*PIMELODUS PUSILLUS* Nob.

*Tab. XXVII. fig. 1, 2, 3, et 4.*

Caput mediocre ab occipite usque ad apicem rostri sensim, ac moderate declive, rostrum obtusum, ac fere rotundatum, frons, vertex, atque occiput operintur galea ossea indivisa, quae postice in angulum desinit acutissimum, atque ad basim prioris radii pinnae dorsalis anterioris pertingit; rictus oris mediocris; dentes maxillarum perexigui in tres vel quatuor series dispositi; palatini nulli; maxilla inferior nonnihil brevior superiore; nares oblongae, perviae, ab extremitate rostri distantes; margini lateris interni eariudem adhaeret basis cirrhi breviusculi; oculi mediocres, laterales, prominuli, ab angulo oris haud parum remoti; prope marginem rostri duo cirrhi longissimi atque a se invicem haud parum distantes, in utroque latere menti alii duo cirrhi mediocres, ac filiformes; horum exterior duplo major interno branchiarum opercula ovato-oblonga, margine curvilineo, atque integro. Dorsum vix convexum, latera primo convexa deinde caudam versus gradatim compressa, pectus latum, ac fere planum (1); abdomen convexiusculum; cutis trunci nuda, atque asperula tuberculis minutissimis(2) rarissimis in series dispositis; linea lateralis latiuscula, prominens, subrecta, foveolata, utroque margine dentato (3); pinnae pectorales mediocres, prior radius osseus, robustus, margine anteriore laevi, posteriore dentato, reliqui radii molles, articulati, numero septem; dorsalis anterior haud parum elevata, ejusdem prior radius osseus, robustus, immobilis margine anteriore laevi, posteriore denticulato; radii reliqui molles, articulati sex, versus apicem

(1) Tab. XXVII. fig. 2.

(2) Tab. XXVII. fig. 3.

(3) Tab. XXVII. fig. 4.

multifidi, altera pinna dorsalis ovalis, ac fere-spatulata; pinnae ventrales parvae, firmatae radiis sex articulatis; analis non humilis decem radiata; canda satis magna, profunde bifurca, furcis apice admodum acutis; radii imbricati breves sexdecim, tam in margine dorsali, quam in ventrali; radii non imbricati numero viginti, medii brevissimi. Color totius corporis fusco-aeneus ad aureum vergens, in pectore dilutior; pinnae conclores, punctis nigris minutissimis inspersae. Habitat.....

*Mensurae.*

	polli.	lin.
Longitudo tota . . . . .	3.	9
Longitudo capitis . . . . .	--	10
Longitudo trunci . . . . .	2.	1
Longitudo caudae . . . . .	--	10
Longitudo Cirri majoris . . . . .	3.	-
Altitudo trunci paulo post pinnas pectorales	--	10
Ibidem crassities . . . . .	--	7

Pisces illos, quos hodie plerique ex ichthyologis Bagros appellant, Linnaeus in Siluros, Lacepedius in Pimelodos retulit. G. Cuvierius docuit Bagros a Pimelodis vere talibus disferre eo quod istorum vomer dentibus careat, vomer autem Bagrorum fere obtegatur fascia dentium, qui adeo breves, exiles, ac densi sunt, ut fascia ipsa villosa videatur. Monet insuper Cuvierius Bagrorum nonnullos octo cirrhos habere, alios sex, et alios nonnisi quatuor. Horum duo tantum noti erant Cuvierio, ille nempe, quem Blochius Silurum Bagre vocavit, et alter, quem Mitchillius Silarum marinum appellavit. Hujus nomen tantummodo retulit Cuvierius, atque siluit de opere, in quo Mitchillus illum descriptis. Inter multos pisces Babienses, quos mihi quinque ab hinc annis clarissimus Stephanus Moricandus misit, inveni Bagros duos, quorum unus mihi videtur Silurus Bagre Blochii, alter vero ab isto specie proculdubio differt, ut infra ostendam. Piso (1) aperte dicit Bagros abundare in flumi-

(1) De Indiae utriusque re naturali, et medica. Amstelaedami 1656  
in fol. pag. 63.

ne S. Francisci, quod oritur in iis montibus, qui vocantur *La Sierra Canastra*, ac primo illabitur in montes inferiores, quibus nomen est *Las Minas Geraës*, deinde cursibus obliquis sicut inter provincias bahiensem, ac fernanbugensem tandem inter hanc provinciam, et serecipensem prorumpit in Oceanum Atlanticum. Addit Piso *Bagros nunquam dulces aquas hujus fluminis deserere*, ac proinde nullus eorum marinus appellari posset. Quamobrem mihi persuadeo ab omnibus Bagris, qui in eodem flumine vivunt diversum esse illum quem Mitchillius marinum nominavit. Ergo admodum probabile est, Bagrum bahiensem quem jam dixi discrepare a Siluro Bagre Bluchi, Cuvierio fuisse ignotum. Quamobrem illum describam.

BAGRUS MACRONEMUS NOE.

AN MYSTUS N. 382. GRONOVII?

Tab. XXVIII. fig. 1. et 2.

Caput mediocre, oblongiusculum, laeve; rostrum latum, margine curvilineo atque depresso; frons, ac vertex declives, occiput elevatum, aliquantum compressum, dentes ut in aliis Bagris; in utroque latere rostri duo foramina narium pervia, anterius mediocre, orbiculare, margui rostri proximum, posteriorius majus, nonnihil ab altero distans, transverse ovatum; oculi angulo oris proximi, ovato oblongi; cirrhi quatuor, unus in utroque angulo oris longissimus, alter brevis in utroque latere menti; dorsum convexiusculum; pectus latum vix conca- vum; venter planus usque ad pinnam analem; linea lateralis media, recta ramulosa. Pinnarum pectoralium prior radius compressus, osseus margine anteriore serrato, posteriore laevi; radii articulati numero quatuordecim, horum prior longissimus, oblique striatus, apice filiformi, reliqui gradatim breviores; dorsalis anterioris prior radius osseus, mediocris, compressus, oblique striatus, margine anteriore serrato, posteriore laevi, radii reliqui articulati numero octo, horum prior longissimus, articulis brevibus, basi articulo osseo adhaerens, reliqui gradatim breviores; dorsalis posterior fere cultriformis, apice ob-

tusiusculo, membranosa, atque nonnihil adiposa; ventrales mediocres oblongae, figura tapeziae, sulcatae radiis septem omnibus articulatis; analis longa, parum elevata, margine inferiore vix alicubi sinuoso, constans radiis triginta; pinna caudalis profunde bifurca, furca inferior nonnihil brevior superiore; in hujus margine dorsali radii imbricati tres, in margine ventrali furcae inferioris radii imbricati quatuor; radii reliqui non imbricati numero decem, et octo, multisidi, duo intermedii admodum breves. Color partium superiorum capitis, ac trunci plumbeus, inferiorum albicans; color pinnarum trunci plumbeus plus minusve dilutus; pinna caudalis fusco-rubescens. Habitat in flumine brasiliensi S. Francisci.

Mensurae.

	Ped.	Poll.	In.
Longitudo ab apice rostri usque ad a- picem furcae superioris caudae . . .	1.	--	6
inferioris . . . . .	1.	--	3
Longitudo capitis . . . . .	--	2.	9
Longitudo trunci . . . . .	--	7.	6
Longitudo majorum cirrhorum capitis .	--	4.	6
Longitudo radii primi articulati pinnae dorsalis anterioris . . . . .	--	6.	--
Longitudo basis pinnae analis . . . .	--	2.	6
Longitudo furcae superioris caudae . . .	--	2.	7
inferioris . . . . .	--	2.	4
Altitudo partis anterioris trunci . . . .	--	1.	1
Ibidem crassities maxima . . . . .	--	1.	8

Quamvis forma generali corporis, et numero cirrhorum capitis Bagrus a me descriptus similis sit illi, quem Blochius Silurum Bagre appellavit, ab hoc tamen discrepat eo quod caput ejusdem sit magis oblongum, atque cirri quorum basis angulis oris insidet sint multo longiores; nam ipsorum apex in Siluro Bagre Blochii parum ultra apicem radii ossei pinnarum pectoralium progredivit, in Bagro, quem macronemium nominavi nihil distat ab apice tertii radii pinnae ventralis. Sed major etiam differentia intercedit inter pinnas auales horum

Bagrorum: nam in Siluro Bagre Blochii qui in Museo cui praesum adseratur pinna analis non est admodum longa, tantummodo radiis viginti constat ac in margine inferiori ejusdem sinum habet adeo profundum, ut fere bifurca appareat, in Bagro autem macroneimo eadem pinna est admodum longa, multo majore numero radiorum constat, et ejusdem margo inferior vix dici potest sinuosus. Valde suspicor Bagrum a me descriptum esse Mystum N. 382 Gronovii, sed cum in descriptione, quam iste Zoologus contextit hujus piscis, nonnulla desint, quae scire oportet, ut ejusdem comparatio cum Bagro de quo dissero absoluta atque perfecta fiat; hinc haec de re adhuc mihi dubium aliquod superest.

## EXPLICATIO TABULARUM

---

### TAB. XXIII.

- Fig. 1.* Clupea macrophtalma. Ranz.  
*Fig. 2.* Sectio trunci ejusdem piscis.  
*Fig. 3.* Squama laterum duplo aucta.  
*Fig. 4.* Squama dorsi duplo aucta.

### TAB. XXIV.

- Fig. 1.* Calliehtys personatus. Ranz.  
*Fig. 2.* Ejusdem caput superne.  
 a. b. Scuta capitis.  
*Fig. 3.* Radius secundae pinnae dorsalis.

### TAB. XXV.

- Fig. 1.* Scarus amplus. Ranz.  
 a. a. linea lateralis.  
*Fig. 2.* Sectio trunci ejusdem piscis.  
*Fig. 3.* Squama laterum.  
*Fig. 4.* Squama lineae lateralis.

### TAB. XXVI.

- Fig. 1.* Hemiramphus unifasciatus. Ranz.  
*Fig. 2.* Sectio trunci ejusdem piscis.  
*Fig. 3.* Squama laterum.  
*Fig. 4.* Squama lineae lateralis.

### TAB. XXVII.

- Fig. 1.* Pimelodus pusillus. Ranz.  
*Fig. 2.* Sectio trunci ejusdem piscis.  
*Fig. 3.* Fragmentum cutis asperulae tuberculis minutissimis, duplo  
 auctum.  
*Fig. 4.* Linea lateralis.

## TAB. XXVIII.

*Fig. 1.* *Bagrus macronemus.* Ranz.

*Fig. 2.* *Sectio trunci ejusdem piscis.*

Tom:V.

Tab:XXIII.





Fig. 2.



Fig. 4.



*Glypera macrocephala*, Ranz.

S. Decore en lop del.

No. 3961 and next dol

L. Brune



Fig. 1.




Fig. 2.




Fig. 3.




*Catlocithrops personatus*, Ranz.

a. Tracheal membrane

c. Nostril flap

b. Lip






F.4.



6 Fresh ad nat. del

L. Böttcher



*Scarus amplus, Ranz.*

C. Böttcher in leg. det.

Led. Böttcher

L. M. Bellone

( Fig. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7)

( Fig. 1 and 2)

*Hemiramphus unifasciatus*, Ranzani





Tab. XXVI

Ton 1







F4.




*Pimelodus pusillus*, Ranz.

C. Fins et nageoires

C. Poissons de la rivière


L. P.





F.2


F.1



*Bagrus m*

A. Frobi ad nat. del.

C.



*renodus*, Ranz.,

*en en typ. des.*

*L. Bettini*

(

# CAMILLI RANZANI

## DE NOVIS SPECIEBUS PISGIUM

DISSERTATIO IV.

Inter multos pisces brasilienses, quos Stephanus Moricandus Genevensis eximius cultor Historiae Naturalis huic nostro Museo misit, ille prae omnibus singularis est de quo nunc disserere aggredior. Ipsius esse unum ex Acanthopterigii patet ex eo, quod radii primae pinnae dorsalis sint omnes spinosi, et spinosi pariter sint duo primi radii ventralium, nec non tres primi radii pinnae analis. Familia, in quam referendus est iste piscis, a Georgio Cuvierio appellata fuit Familia Percoidearum, quae cum complectatur genera bene multa, ab ipso in tres distinctas partes secta fuit, quarum prior complectitur pisces illos, qui gerunt pinnas ventrales sub pectoralibus, altera vero eorum est, cuius ventrales pectorales antecedunt, tertia denique constat ex iis Percoideis, quarum ventrales sitae sunt in abdome. Piscis, de quo dissero, manifeste ex iis est, quorum pinnae ventrales pectoralibus sunt suppositae. Hactenus ordinem ac familiam perquisivi; nunc de genere loquar. Diligentissime ac patientissime comparato Pisces hoc cum omnibus generibus Percoidearum, quae descripta sunt in secundo volume magni operis Cuvierii et Valencienni, cui titulus: = *Histoire Natur. des Poissons* = facile mihi persuasi et pisces et genus ejusdem ignotum fuisse duobus hisce celeberrimis ichthyologis, qui procul dubio genus non neglexissent, si ab aliquo alio etiam leviter et imperfecte adumbratum fuisse. Pisces noster est ex iis Percoideis, quae corpus gerunt admodum

compressum; ab omnibus autem longe differt eo quod ipse solus gerat secundam pinnam dorsalem, nec non analem partitam in pinnulas almodum similes iis, quae tantum reperiuntur in pluribus piscibus familiae scomberoidorum atque in genere Polyptero Lacepedii, quod est ex ordine Malacopterigiorum. Hinc novum Genus, de quo dissero, appellavi *Diapterum* a graeca praepositione διά quae teste Forcellino (in Lexico ad verbum *Diapylon*) separationem aliquando significat, et a πτερόν ala aut pinna. Est equidem unum genus Percoidearum cum quo Diapterus noster aliquam remotam habet affinitatem. Genus istud est illud, quod Cuvierius *Enoplosum* nominavit. In utroque basis frontis est concava, ac rostrum plus minus attenuatum, sed praeter defectum pinnularum in Enoploso aliae differentiae essentiales inter utrumque genus reperiuntur, quales ex. gr. sunt istae: in Enoploso angulus praecoperculi est duabus spinis armatus, in Diaptero vero vix denticulatus est; dorsalis posterior in Enoploso multo elevatior est quam in Diaptero etc. Ergo haec duo genera plurimum inter se differunt. Nunc genus definitio breviter his verbis.

#### DIAPTERUS NOB.

Caput breve frons basi concava, rostrum attenuatum. Dentes maxillares minutissimi, atque confertissimi; Membrana branchiostegia septem radiis fulcita. Corpus valde compressum et elevatum. Secunda pinna dorsalis, nec non analis in pinnulas divisa.

Hujus generis una tantum species adhuc mihi innotuit, quam appellavi *Diapterum auratum*, ejusque imaginem verbis nunc exprimere conabor.

#### DIAPTERUS AURATUS NOB.

*Tab. XXIX. fig. 1.*

Caput triangulare, rostrum apice obtusiusculum. Dentes maxillae superioris in sex series distributi, dentes vero, maxillae inferioris in tres tantum ordines dispositi. Foramina narium duo

in utroque latere rostri sibi invicem proxima; oculis multo propiora quam apici rostri; anteriora rotundata minora posterioribus, quorum figura elliptica est, atque obliqua; oculi magni orbiculares, a rostri apice satis distantes. Frons, ut dixi, primum concava, deinde convexa. Vertex convexus sicut et nuca, quae est admodum elevata. Mentum nonnihil concavum. Rima branchiarum magna. Margo posterior praecoperculi fere rectilineus. Margo operculi supra pinnam pectoralem in angulum obtusum desinens. Pars inferior trunci planinsula (fig. 2) in margine fere rectilineo usque ad initium pinnae analis; margo, cui insidet haec pinna, ascendit ad caudam, et cum margine praecedenti efficit angulum obtusum. Dorsum curvilineum sensim sensimque declive caudam versus. Haec satis a truncu distincta, haud brevis, tantummodo dilatata marginem posteriorem versus. Linea lateralis dorso prior quam ventri, ortum dicit ab angulo superiori operculi, deinde ascendit dorsum versus, postea descendit ad caudam. Squamae omnes magnae superficie anterius triradiata (fig. 4) iisdem operitur etiam caput praeter rostrum: illae quibus linea lateralis insidet fere subovatae, tubulo auctae (fig. 3.) Reliqueae figura similes sed in transversum oblongiores.

Pinnae pectorales longae adeo, ut earum apex anum multum excedat, figura similes cultro mediocris latitudinis. Radii earundem sexdecim omnes articulati; membranae iisdem interpositae angustissimae. Pinnae ventrales parvae figura fere triangulares latere inferiore curvato, duobus reliquis rectilineis. Pinna dorsalis anterior haud multum elevata radiis novem spinosis fulcita; horum prior brevissimus, secundus reliquis longior, subsequentes gradatim minores. Loco pinnae dorsalis posterioris conspicitur series decem pinnularum subaequalium, quae basi simul juncta sunt membrana nuda, ut in Polyptero Lacepedii. Apice vero sunt veluti truncae; earum unaquaque constat pluribus radiis in fasciculum coadunatis. Idem dicatur de pinnulis pinnae ventralis, quae numero sunt octo, subaequales, priore tamen excepta quae satis longa est et apice dilatata. Ante has pinnulas conspicuntur radii tres spinosi, quorum prior brevissimus, secundus robustissimus, atque nonnihil brevior tertio, qui est omnium longior.

Pinna caudalis satis magna, profunde bifurca, furcis subaequalibus angustis apice acutis, constans tribus radiis imbricatis tam in margine dorsali quam in anali, deinde radiis non imbricatis atque ramosis quindecim; Horum octo fulciunt surcam dorsalem, septem vero surcam analem. Color partis superioris rostri fusco aureus. Truncus coloris aurei, in dorso vix fusco admixti, in ventre parum nitentis atque nonnihil albican-  
tis. Pinnae omnes lutescentes.

Habitat in mari Brasiliam alliente.

*Mensurae.*

	Poll.	lin.
Longitudo tota . . . . .	13.	8
Longitudo capitidis . . . . .	3.	4
Longitudo trunci . . . . .	7.	3
Longitudo caudae . . . . .	3.	1
Longitudo pinnarum pectoralium . . .	3.	8
Longitudo marginis anterioris pinnae analis	1.	5
Longitudo basis pinnae dorsalis anterioris .	2.	3
Longitudo basis pinnae dorsalis posterioris	2.	6
Longitudo basis pinnae analis . . . .	2.	3

Altitudo trunci, quam metitur linea perpendicularis, quae ducatur a dorso ad ventrem immediate post basim pinnarum pectoralium (fig. 2) Poll. 5.

Ibidem crassities major (fig. 2) Poll. 1. 3.

De necessitate partiendi Genus Haemulon Cuvierii in duas sectiones, ac de duabus novis speciebus sectionis secundae.

Genus Haemulon a Cuvierio constitutum quatuor notis inititur, quae ad ejusdem intimam naturam pertinere videntur, nempe: 1.<sup>a</sup> Maxilla inferior admodum compressa, articulatur cum superiori sub oculis, atque admodum descendit cum os aperitur. 2.<sup>a</sup> Pars mollis pinnarum dorsalis, analis, et caudalis squamulis obtecta. 3.<sup>a</sup> Spinae pinnae dorsalis partim absconditae in sulco quodam, quem efformant squamae marginis superioris dorsi. 4.<sup>a</sup> Squamae majusculae. Praeterea species, quae Cuvierio innotuerunt, truncum gerebant oblongum et aliquantulum compressum, et earum linea lateralis constabat ramulis

bifidis vel trifidis, scilicet unaquaque squama lineac lateralis duabus aut tribus tubulis aucta erat. Non modo quatuor prioribus notis, sed etiam hisce duabus a *Pristipomis* distinguebantur a Cuvierio *Haemulones*. Valencienus in additamentis ad T. V., quae extant in Tomo nono magni operis, cui titulus: *Hist. nat. des Poissons*: descripsit novam speciem generis *Haemulonis*, quam appellavit *Haemulon arcuatum*, et cuius corpus erat multo elevatus quam in speciebus commemoratis a Cuvierio. Sed in descriptione Valencienus ne verbum quidem dixit de linea laterali, ac proinde ignoramus an simplex an ramosa, bifida, vel trifida sit. Novum hoc *Haemulon* forma corporis ad *Pristipomata* admodum accedere manifestum est. Multo tamen minus, quam illi duo pisces, quos jam jam descripti sum. Qui cum quatuor illis notis praediti sint, quas supra diximus pertinere ad intimam naturam *Haemulonum* Cuvierii, corpus tamen gerunt admodum compressum et elevatum, lineamque lateralem simplicem; ac proinde ab *Haemulonibus* Cuvierii his duabus notis satis differunt.

Haec mibi animadvententi primo persuasum fuit pisces istos referendos esse in novum genus distinctum ab *Haemulone* et a *Pristipomate*. Sed re maturius perpensa satis intellexi duas illas differentias non posse novo generi satis firmum fundamentum suppeditare, et duos istos pisces nostros ab *Haemulonibus* Cuvierio notis, non genere, sed sectione tantum esse se-jungendos.

Duae itaque sectiones constituenda erunt in genere *Haemulone*; quarum prior complectetur species, quae corpus gerunt oblongum, nec multum compressum, lineamque lateralem compositam: altera vero comprehendet species illas, quarum corpus est admodum compressum et elevatum, nec non linea lateralis simplex.

#### HAEMULON MELANOPTERUM. NOB.

*Tab. XXX. fig. 1.*

Caput mediocre triangulare, rostrum apice obtusiusculum. Dentes maxillae superioris et inferioris parum differunt ab iis qui in aliis *Haemulonibus* Cuvierii conspiciuntur. Etenim se-

ries externa constat 22 dentibus majusculis in maxilla superiori, et series eadem constat 28 dentibus pariter majusculis in maxilla inferiori, et plurimae series internae dentium minimorum extant in utraque maxilla. Foramina narium duo in utroque latere rostri, sibi invicem proxima, oculis vicinissima, anteriora elliptica majora posterioribus, quorum figura subrotundata est. Oculi magni orbicularis, a rostri apice satis distantes, et vertici proximi. Frons convexa. Vertex declivis, et inter oculos planus: naea convexa, compressa, admodum elevata. Mentum subplanum: in hujus apice sunt duo parva foramina oblonga; post haec fossula elliptica media. Rima branchiarum magna. Margo posterior praoperculi fere rectilineus serratus. Margo operculi paulo supra basim pinnae pectoralis in angulum obtusum desinens. Pars inferior trunci planiuscula inter pinnas ventrales, margine paulum convexo.

Dorsum valde convexum sensim sensimque declive versus caudam. Haec longiuscula et usque a basi multo angustior truncus, vix dilatata in margine extremo. Linea lateralis dorso propior quam ventri, ortum ducit ab angulo superiori operculi, deinde ascendit dorsum versus, postea descendit ad caudam.

Squamae omnes grandisculae superficie distinctae fasciculo radiato linearum prominentium (fig. 3) margine visibili pectinato; iisdem operitur etiam caput praeter rostrum. Illae, quibus insidet linea lateralis, fere subovatae tubulo auctae (fig. 4.) Reliquae figura fere similes, et latiores. Squamae caudae exiguae.

Pinnae pectorales longae figura similes cultro mediocris latitudinis, ejus apex est haud parum curvatus. Radii earundem decem et septem articulati. Membranae iisdem interpositae latiusculae squamigerae. Pinnae ventrales sunt mediocres, figura fere triangulares atque apice ad anum usque pertingunt. Pinnae dorsalis pars anterior parum elevata radiis duodecim spinosis sulcata; horum prior brevissimus, secundus paulo major, quartus omnium longior, subsequentes gradatim minores; basis ejusdem partis anterioris abscondita in fossula molli dorsi. Pinnae dorsalis pars posterior mediocris radiis decem et octo sulcata. Horum anteriores haud multum elevati, sequentes sensim sensimque breviores. Pinnae analis pars anterior constat radiis

tribus spinosis robustissimis, quorum prior brevis, secundus omnium longior: ejusdem pars posterior fulcita radiis novem articulatis subaequalibus; etiam basis partis anterioris hujus pinnae in fossula abscondita. Pinna caudalis mediocris bifurca, furca parum profunda, tam in margine superiori quam in inferiori radii duo imbricati; radii 9 articulati atque ramosi fulciant furcam superiorem et 8 furcam inferiorem.

Pars superior capitis nuda fuscescens; pars nuda inferior eiusdem capitis argentea. Squamae omnes argenteae in medio macula fusca notatae. Pinna dorsalis, caudalis, et analis fuscae. Pectorales fuscescentes, ventrales nigricantes.

Habitat in mari brasiliensi.

### *Mensuræ.*

	Pell.	lin.
Longitudo tota . . . . .	10.	6
Longitudo capitis . . . . .	2.	9
Longitudo trunci . . . . .	4.	6
Longitudo caudæ . . . . .	3.	3
Longitudo pinnarum pectoralium . . . .	2.	9
Longitudo basis pinnae dorsalis . . . .	5.	--
Longitudo basis pinnae analis . . . .	1.	6
Altitudo trunci quam metitur linea perpendicularis, quae ducatur a dorso ad ventrem immediate post basim pinnarum pectoralium (fig. 2.) . . . . .	3.	7
Ibidem crassities (fig. 2.) . . . . .	1.	--

### HAEMULON MORICANDI NOB.

#### *Tab. XXXI. fig. 1.*

Caput mediocre fere triangulare, rostrum apice obtusiusculum. Dentes maxillæ superioris, et inferioris figura et magnitudine non autem numero parum differunt ab iis qui in Haemulone praecedenti conspiciuntur. Etenim series externa constat viginti quatuor dentibus majusculis in maxilla superiori, et

series eadem constat viginti octo dentibus pariter majusculis in maxilla inferiori. In hoc etiam plurimae series internae dentium minimorum extant in utraque maxilla. Foramina narium duo in utroque latere rostri, sibi invicem proxima, oculis vicinissima: anteriora elliptica, multo majora posterioribus, quorum figura rotundata est. Oculi magni orbiculares, a rostri apice sat distantes, et vertiei proximi; frons convexa; vertex declivis et inter oculos planus; nuca convexa, compressa, admodum elevata. Mentum subplatum: in hujus apice sunt duo parva foramina oblonga; post haec fossula elliptica media. Rima branchiarum magna. Margo posterior praecoperculi serratus non-nihil concavus. Margo operculi paulo supra basim pinnae pectoralis in angulum obtusum desinens, et membrana molli auctus.

Pars inferior trunci planiuscula inter pinnas ventrales, margine paulo convexo; ejusdem pars extrema fere rectangularis, lateribus hujus anguli infixa est pinna analis. Dorsum valde convexum sensim sensimque declive versus caudam. Haec angusta sed minus longa quam in specie praecedenti, aliquantulum dilatata in margine estremo. Linea lateralis propior dorso quam ventri, ortum ducit ab angulo superiori operculi, deinde parum ascendit dorsum versus, postea descendit ad caudam.

Squamae omnes grandiusculae, superficie distinctae fasciculo radiato linearum prominentium (fig. 3.); pars visibilis marginis pectinata; iisdem operitur etiam caput praeter rostrum.

Illae, quibus insidet linea lateralis, fere quadrilaterae, oblongae, tubulo auctae. (fig. 4.) Reliquae fere quadrilaterae, margine externo convexo, latiores. Squamae caudae exiguæ.

Pinnae pectorales longae, figura similes cultro mediocris latitudinis cuius apex nihil fere curvatus sit. Radii earnndem decem, et septem articulati. Membranae iisdem interpositae latiusculae, squamigerae. Pinnae ventrales sunt mediocres, figuræ trapezicae, atque apice ad anum usque pertingunt.

Pinnae dorsalis pars anterior parum elevata, radiis duodecim spinosis fulcita; horum prior brevis, secundus et tertius maiores, quartus omnium longior, subsequentes gradatim minores, basis hujus partis anterioris abscondita in fossula molli dorsi ut in specie praecedenti. Pinnae dorsalis pars posterior mediocris, radiis decem et sex fulcita. Horum anteriores

haud multum elevati, quartus et quintus omnium longiores, subsequentes sensim sensimque breviores; membrana iisdem interposita squamigera. Pinnae analis pars anterior constat radiis tribus spinosis robustissimis, quorum prior brevis, secundus longissimus et validissimus; ejusdem pars posterior fulcita radiis novem articulatis, subaequalibus squamigeris; basis hujus pinnae, sicut et pinnae dorsalis in fossula abscondita. Pinna caudalis parva, bifurca; furca parum profunda; tam in margine superiori, quam in inferiori radii tres imbricati; radii octo articulati, squamigeri atque ramosi fulciant furcam superiorem, et totidem furcam inferiorem. Color capitis, mento excepto, fuscus fasciis semicircularibus, albicanibus suborbitalibus distinctus. Latera trunci cinerea fascis septem fuscis in longum dispositis notata: et macula ejusdem coloris est in extremo caudae. Pinnae dorsalis, candalis, analis, et pectorales cinereo fuscae. Ventrales nigricantes. Habitat in mari brasiliensi.

### Mensuræ.

	Poll.	lin.
Longitudo tota . . . . .	6.	6
Longitudo capitis . . . . .	1.	9
Longitudo trunci . . . . .	3.	—
Longitudo caudæ . . . . .	1.	9
Longitudo pinnarum pectoralium . . . . .	1.	10
Longitudo basis pinnae dorsalis . . . . .	3.	2
Longitudo basis pinnae analis . . . . .	1.	—
Altitudo trunci, quam metitur linea perpendicularis, quae ducatur a dorso ad ventrem immediate post basim pinnarum pectoralium (fig. 2.) . . . . .	2.	4
Ibidein crassities (fig. 2.). . . . .	~	7

Nota maculae caudalis communis est huic novae speciei, et *Haemuloni caudimacula* Cuvierii, sed cum hoc lineis decem et octo distinctum sit, et teste ipso Cuvierio non differat a *Dabasi Parrae* Desmaretii, cuius corpus est parum compressum et oblongum, satis patet duo ista Haemulona longe admodum inter se distare.

Piscis quem Aristoteles ac Plinius nuncenpaverunt Pagrum, Artedius, Linnaeus, eorumque sectatores inter Scaros retulerunt, atque vocaverunt Scarum Pagrum. A Cuvierio autem habitus sicut ut typus generis distincti, ipsique veluti circumposuit quinque alias species quibus Valencienus quinque alias novas interposuit. Hisce addam ego dnodecimam expiscatam, in mari brasiliensi, cui ne una quidem ex notis, Cuvieriani generis Pagrorum deest.

**PAGRUS QUADRITUBERCULATUS NOB.**

*Tab. XXXII. fig. 1.*

Caput mediocre, trapezium, altum rostrum obtusisculum. Dentes anteriores seu incisivi maxillae superioris grandiusculi, acuti, numero quatuor in seriem exteriorem dispositi; in utroque latere dens longior robustior quem Cuvierius caninum vocat. Pone istos, series quamplurimae constantes dentibus minimis confertissimis. Dentes maxillares hujusce maxillae tuberculiformes, apice rotundato et plano, in duplicem seriem dispositi. In maxilla inferiore incisivi sunt numero octo, canini duo, maxillares, dentesque minutissimi ut in superiori. Foramina nastrum duo in utroque latere rostri, sibi invicem proxima, oculis vicinissima. Anteriora parva, subrotundata; posteriora vero linearia angusta. Oculi magni, orbicularis, a rostri apice distantes, et vertici proximi. Frons convexa: vertex declivis, inter oculos subplanus. Nuca convexa, compressa admodum elevata. Mentum planum, undique porosum. Tubercula duo ossa conica in utroque latere capitidis, unum supra apicem rostri, alterum in angulo anteriori oculorum.

Rima branchiarum magna. Margo operculi curvilineus, supra basim pinnae pectoralis in angulum membranaceum desinens: Margo posterior praecoperculi inermis rectilineus, angulum obtusum cum inferiore efficiens. Pars inferior trunci planiuscula inter pinnas ventrales, margine paulo convexo. Dorsum valde convexum, sensim sensimque declive cundam versus. Haec hand longa et usque a basi valde angustior truncus, vix dilatata in margine extremo. Linea lateralis dorso propior quam ventri,

ortum dicit ab angulo superiori operculi, deinde ascendit dorsum versus, postea descendit ad caudam.

Squamae omnes grandinsculae, superficie distinetac fasciencio radiato linearum prominentium; pars visibilis marginis pectinata (fig. 3.) iisdem operitur etiam vertex capitis, operculum, et genae. Illae, quibus insidet linea lateralis, subrotundatae, tubulo auctae (fig. 4.) Reliquae rotundiores. Squamae caudae exignae.

Pinnæ pectorales medios, oblongae, apice acutiusculo. Radii earundem duodecim, quorum tertius omnium longior. Inter eos membrana fragilis ac subtilissima, squamigera. Pinnae ventrales breviuseculae, fere triangulares, radiis sex fulcitate, inter quos membrana tenuis latiuscula: horum prior spinosus. Pinna dorsalis radiis viginti quatuor fulcita, quorum priores duodecim spinosi, a se invicem distantes, membrana tenui conjuncti: subsequentes articulati. Omnes humiles ac subaequales. Pinna analis humili, radiis tribus spinosis, et decem articulatis praedita.

Pinna caudalis mediocris, squamis obtecta; parum profunde bifurca, furcis subaequalibus. Tam in margine superiori, quam in inferiori radii tres imbricati; radii articulati atque ramosi novem fulcunt furcam superiorem, et inferiorem.

Color capitis fusca in parte nuda; mentum albicans. Dorsum plumbeum; latera et venter argenteo grisea. Squamae omnes lineolis duabus fusca in longum notatae. Pinnae omnes griseo-fuscae. Cum nullus Pagrorum, quos descripserunt Cuvierius et Valenciennus gerat in capite 4 tubercula ossea, manifestum est speciem hactenus descriptam, hisce celeberrimis Ichthiologis notam minime fuisse. Habitat in mari brasiliensi.

### *Mensurae.*

	POLL.	LIN.
Longitudo tota . . . . .	10.	--
Longitudo capitis . . . . .	2.	6
Longitudo trunci . . . . .	4.	3
Longitudo caudae . . . . .	3.	3
Longitudo pinnarum pectoralium . . . .	2.	3

	POLL.	LIN.
Longitudo basis pinnae dorsalis . . . . .	4.	5
Longitudo basis pinnae analis . . . . .	1.	9
Altitudo trunci, quam metitur linea perpendicularis, quae ducatur a dorso ad ventrem immedio post basim pinnarum petoralium (fig. 2.) . . . . .	3.	6
Ibidem crassities . . . . .	1.	--

## DE ACHANTHURO VULNERATORE.

Recte Valenciennus sejunxit Achanthuros, qui vitam degunt in mari alluente Americam, ab iis qui in mari Indiae orientalis hospitantur. Priorum enim color inelegans est ac fuscus, in indicis vero fere omnibus et colorum nitor, et elegantia distributionis eorundem veluti ostendant saltem patria a prioribus distare. Valenciennus tres tantum species describit maris Americani quibus adjungam novam speciem, cui nomen erit

## ACHANTHURUS VULNERATOR NOB.

## Tab. XXXIII. fig. I.

Caput magnum, altum; rostrum nonnihil porrectum; os parvum. Dentes grandiusculi, compressi, margine serrato (fig. 4.) in maxilla superiori numero 14, et in inferiore 16. Foramina narium duo in utroque latere rostri, ad angulum anteriores oculorum posita, sibi invicem proxima; anteriora grandiuscula, rotundata, posteriora minima elliptica. Oculi magni, rotundati, fere medii inter originem pinnae dorsalis et apicem rostri. Frons convexa, sicut vertex et nuca. Mentum pariter convexum. Rima branchiarum mediocris. Margo posterior praoperculi fere rectilineus. Margo operculi curvatus, angulo obtuso in superiori parte praeditus. Pars inferior trunci planiuscula inter pinnas ventrales, margine convexo. Dorsum convexum, sensim, sensimque declive caudam versus. Haec brevis, angusta, aliquantulum dilatata in margine extreto, aculeo acuto, valido, mobili pyramidali, trigono utrinque muni-

ta, quo gravissime laedit pisces qui eum capere nituntur. Linea lateralis margini dorsi proxima, eidem parallella incipit sub secundo radio pinnae dorsalis, desinit versus apicem aculei caudae.

Squamæ omnes parvae, subaequales, forma irregulares (fig. 3.).

Pinnae pectorales mediocres, triangulares, latere superiori majore, radiis 16 constantes. Pinnae ventrales figura similes, sed minores, radiis sex fulcitate; horum prior spinosus. Pinnae dorsalis pars anterior radiis novem aculeatis fulcitur, quorum prior brevis, caeteris gradatim majoribus. Ejusdem pinnae pars posterior constat radiis articulatis viginti octo, longioribus praecedentibus, sex ultimis exceptis. Pinna analis radiis spinosis duobus armata et 26. articulatis fulcita. Radii omnes longitudine subaequales. Pinna caudalis magna, semilunata, cornubus elongatis acutis: tam in margine superiori, quam in inferiori radii quatuor imbricati; et radii sexdecim articulati fulciunt partem medianam ejusdem pinnae.

Color totius piscis fuscus. Pinnae omnes, caudali excepta ejusdem coloris, et apice nigricantes.

Habitat in mari brasiliensi.

### *Mensuræ.*

	POLL.
Longitudo tota . . . . . . . . . .	13 : 0
Longitudo capitidis . . . . . . . . .	3 : 3
Longitudo trunci . . . . . . . . .	5 : 3
Longitudo caudae, et pinnae candalis . . .	4 : 6
Longitudo pinnarum pectoralium . . . .	1 : 8
Longitudo basis pinnae dorsalis . . . .	6 : 6
Longitudo basis pinnae analis. . . . .	4 : 3
Longitudo basis pinnae caudalis . . . .	1 : 5
Longitudo aculei . . . . . . . . .	-- : 9
Altitudo trunci, quam metitur linea perpendicularis, quae clucatur a dorso ad ventrem immediate post basim pinnarum pectoralium (fig. 2.) . . . . . . . .	5 : 6
Ibideum crassities . . . . . . . . .	1 : 1

Species haec differt ab omnibus Achanthuris americanis, quos descripsit Valencienius colore et figura generali corporis. Tres tantum achanthuri maris indici orientalis colore aliquam gerunt similitudinem cum hoc nostro achanthuro. Horum prior est Ac. elongatus, qui forma corporis et summa aculei brevitate a nostro discrepat; alter a Valencienno nuncupatus fuit Ac. nigro-fuseus, qui procul dubio longe distat ab Ac. vulner. et forma corporis, et numero radiorum pinnarum; tertius tandem est Ac. matoides, qui a nostro manifeste differt et forma generali corporis, et figura pinnarum caudalis, ventralium etc.

#### DE DUABUS NOVIS SPECIEBUS GENERIS MESOPRIONIS CUVIERII.

Blochins in suo illo genere Lutjanorum pisces adeo inter se diversos congesserat, ut jure ac merito Georgius Cuvierius hoc Blochii genus omnino aboleverit, atque species in varia distincta genera rite distribuerit. Horum uni nomen est Mesopriion. Notae praecipuae ejusdem sunt istae. Dentes canini dentibus exilissimis permixti in parte anteriori, et in lateribus maxillarum. Praeoperculum denticulatum, et operculum spinis carens, ac desinens in angulum obtusum. Genus hoc nuperime auctum fuit pluribus novis speciebus, quarum nonnullae hospitantur in mari Americano, plures aliae in mari indico. Americanas Cuvierius et Valenciennus septendecim enumeraverunt; indicas trigintaduo. Prioribus duas novas adjungam, atque quo majori potero diligentia nunc describam.

#### MESOPRION BAHIENSIS NOB.

#### *Tab. XXXIV. fig. 1.*

Caput magnum, oblongum; rostrum obtusum, oris hiatus medioris. Dentes in maxilla superiori canini quatuor, distantes, validi, recurvi, in maxilla inferiori plurimi, in seriem marginalem distributi. Omnes dentibus minimis permixti. Foramina narium duo in utroque latere rostri, sibi invicem proxima, et media inter oculos et rostri apicem. Anteriora minima, posteriora grandiuscula, linearia. Oculi magni orbicularis, a vertice haud

remoti. Margo rostri ac verticis frontis sere rectilineus, margo nucae nonnihil curvatus. Vertex, qui inter oculos est, planus. Nuca compressa. Mentum ascendens. Rima branchiarum maxima. Radii branchiostegii externi ac visibiles numero septem. Margo posterior praeperculi irregularis serratis. Margo operculi paulo supra basim pinnae pectoralis in angulum cartilagineum acutum desinens. Pars inferior trunci planiuscula in regione thoracica; margo hujus regionis sere rectilineus: reliquus margo inferior usque ad caudam nonnihil ascendens. Dorsum convexum, sensim sensimque declive versus caudam. Haec longa et usque a basi angustior trunko, vix ac ne vix quidem dilatata in margine extremo. Linea lateralis a dorso haud multum distans et illi est paralella; ortum dicit ab angulo superiori operculi, desinit prope pinnam caudalem.

Squamae omnes grandiusculae, superficie distinctae fasciulo radiato linearum prominentium, margine visibili pectinato (fig. 3.) iisdem operiuntur etiam nuca, et genae, et opercula. Illae, quibus insidet linea lateralis, sere subrotundatae, tubulo auctae (fig. 4.) Reliquae figura sere similes; et latiores. Squamae minntae tegunt pinnam caudalem.

Pinnae pectorales longae, figura similes cultro mediocris latitudinis, cuius apex sit vix curvatus. Radii earundem quindecim. Pinnae ventrales sunt parvae, figura trapezica, radiis sex fulcitate: horum prior spinosus. Pinna dorsalis, mediocris altitudinis radiis 24 fulcita. Horum decem anteriores spinosi, validissimi, primo brevi; et quatuordecim caeteri articulati, quorum ultimi quatuor gradatim, breviores. Pinna analis constat radiis undecim; scilicet primi tres spinosi validissimi, caeteris articulatis. Pinna caudalis magna vix semilunata: tam in margine superiori, quam in inferiori sunt radii tres imbricati, et radii sexdecim in reliqua parte hujus pinnae.

Color capitis superne obscure fuscus. Dorsi fusco-rebescens. Color aliarum partium trunci ac caudae argenteo-rubescens. Pinnae omnes fuscescentes etiam in marginibus, praeter caudalem, ejus margo extremus sere niger est; caudalis vero margo extremus nigricans.

Habitat in mari bahiensi.

*Mensurae.*

	Ped.	Poll.	lin.
Longitudo tota . . . . .	1.	4	6
Longitudo capitis. . . . .	--	5	--
Longitudo trunci. . . . .	--	6	--
Longitudo caudae et pinnac caudalis . .	--	5	6
Longitudo pinnarum pectoralium . .	--	4	--
Longitudo basis pinnac dorsalis . . .	--	6	9
Longitudo basis pinnae analis. . . .	--	2	--
Altitudo trunci, quam metitur linea perpendicularis, quae ducatur a dorso ad ventrem immediate post basim pinnarum pectoralium (fig. 2.). . . .	--	4	9
Ibidem crassities maxima . . . .	--	2	--
Altera species quam describam est.			

## MESOPRION ARGYREUS NOB.

Tab. XXXV. fig. 1.

Caput magnum, oblongum; rostrum obtusum; oris hiatus mediocris. Dentes in maxilla superiori canini quatuor, distantes, validi, recurvi. In maxilla inferiori plurimi, in seriem marginalem distributi. Omnes dentibus minimis permixti. Foramina narium duo in ntroque latere rostri sibi invicem proxima, et media inter oculos et rostri apicem. Anteriora minima, posteriora grandiuscula, elliptica. Oculi magni, orbicularares, a vertice haud remoti. Margo rostri, frontis, ac verticis fere rectilineus; inter oculos planus margo occipitis nonnihil curvatus. Nuca compressa. Mentum ascendens. Rima branchiarum magna. Margo posterior praeoperculi sinuosus minute aculeatus. Operculum amplum; margo ejus paulo supra basim pinnae pectoralis in angulum cartilagineum acutum desinit. Margo totius trunci curvilineus, pectus planiusculum; dorsum convexum sensim sensimque declive candalam versus. Haec mediocris, et usque a basi angustior trunco, vix ac ne vix quidem dilatata in

margine extremo. Linea lateralis haud multum dorso proxima, sed illi parallela: ortum ducit ab angulo superiori operculi, et desinit prope pinnam caudalem.

Squamae omnes grandiusculae, superficie distinctae lineis radiantibus, margine visibili pectinato: (fig. 3.) iisdem operuntur etiam nica, et genae, et operculum: illae, quibus insidet linea lateralis, fere subrotundatae, tubulo auctae (fig. 4.) Reliquae figura fere similes et latiores. Squamis minoribus operatur pinna caudalis.

Pinnae pectorales mediocres latae, mediocriter longae; radii earumdem sexdecim. Pinnae ventrales sunt parvae, figura trapezica acuta radiis sex sulcitae: horum prior spinosus. Pinnae dorsalis pars anterior, humilis; constans radiis decem spinosis, validissimis, ejusdem pars posterior sulcata radiis duodecim, longiusculis, articulatis, et in angulum obtusum designens. Pinna analis constat radiis undecim: scilicet primi tres spiosi, validissimi; caeteri articulati. Pinna caudalis mediocris vix semilunata: tam in margine superiori quam in inferiori sunt radii tres imbricati, et reliqui radii sunt numero quatuordecim.

Color capitis, et dorsi argenteo fuscus. Color aliarum partium trunci et caudae argenteo rubescens. Mentum albicans sicut et gula. Maculae violaceae nucam exornant; et lineae ejusdem coloris in longum ante oculos sunt dispositae. Pinnae omnes rubescentes.

#### *Mensurae.*

	POLL.
Longitudo tota . . . . .	11. --
Longitudo capitis . . . . .	3. 3
Longitudo trunci. . . . .	4. 4
Longitudo caudae ac pinnae caudalis . . .	3. 5
Longitudo pinnarum pectoralium . . . .	2. 3
Longitudo basis pinnae dorsalis . . . .	4. 4
Longitudo basis pinnae analis . . . .	1. 9
Altitudo trunci, quam metitur linea perpendicularis, quae ducatur a dorso ad ventrem immediate post basim pinnarum pectoralium (fig. 2.) . . . . .	3. 3
Ibidem crassities maxima . . . . .	1. --
T. V.	45.

Ex diligentí collatione harum duarum specierum, quas descripsi, cum aliis Cuv. et Valencienni, satis intellexi has duas novas species inter se, et ab aliis differre aut forma generali corporis, aut colore, aut figura pinnarum etc.

Numerus Specierum generis quod Cuvierius Serranum vocavit sumimopere percrebuit cura atque diligentia illorum, qui remotissimas a nobis orbis partes novissimis hisce temporibus non modo pereurrere, sed et diligenter perscrutari, et ea quac in ipsis nova et singularia repererint secum asportare curarunt. Hinc factum est ut Cuvierius in tres sectiones partitus sit Genus istum quarum prima complectitur species minores vulgo dictas *Percas marinas*; alterum constituunt species majoris molis, quae *Merous* gallice appellantur; ad tertiam referuntur omnes pisces illi, quos iidem Galli *Barbiers* vocant, quique magnitudine parum differunt a *Percis marinis*; gerunt tamen mandibulas non nudas ut in istis *Percis*, sed squamis vestitas. Nunc describere aggredior speciem novam brasiliensem, quae procul dubio est ex secunda sectione, cuius nomen crit.

#### SERRANUS LURIDUS Nob..

*Tab. XXXVI. fig. 1.*

Caput longum: rostrum compressum, ac triangulare, obtusum; ore clauso, maxilla inferior nonnihil longior superiori. Dentes maxillae superioris numerosissimi, quorum pauci in parte anteriori maxillae, longi, acuti, retroversi, inter dentes minimos distributi. Dentes anteriores maxillae inferioris exigui, confertissimi; laterales grandiusculi, acuti, introflexi, in plures series distributi. Foramina narium duo in utroque latere rostri, oculis proxima, supera; anteriora minuta, operculo membranaceo aneta; posteriora rotundata, mediocria, pervia. Oculi majusculi a vertice nonnihil distantes. Frons, vertex, et occiput vix declivia, vixque convexa. Mentum planiusculum. Rima branchiarum satis longa. Margo posterior praeperculi sinuosus, serratus; inferne ad angulum praeperculi sunt aculei maiores conici. Margo operculi in angulum valde acutum sed non acquilaterum desinit, ibique est duobus aculeis armatus, ejusque apex dorso proximior est quam pectori.

Pars inferior trunci inter pinnas ventrales planiuscula, margine convexo. Dorsum parum convexum atque declive versus caudam. Haec angusta, longa atque, ut solet, aliquantulum dilatata in margine extremo. Linea lateralis dorso proxima, ortum dicit ab angulo superiori operculi, deinde parum ascendet dorsum versus, postea descendit ad caudam.

Squamiae omnes parvae, subaequales, superficie distinctae lineis radiantibus, margine visibili pectinato (fig. 3.); iisdem operitur etiam caput praeter rostrum. Inter illas, quae dorsum et ventrem tegant, est squamula minima interposita (fig. 5.). Illae, quibus operculum obducitur, irregulares sunt, et inaequales. Squamiae lineae lateralis angustae, tubulo auctae (fig. 4.).

Pinnae pectorales mediocres ovato oblongae. Radii earundem quindecim. Pinnae ventrales parvae, trapezicae radiis sex fulcitate. Pinnae dorsalis partem anteriorem susinent radii spinosi undecim, quorum primus mediocris, secundus et tertius longiores, caeteri gradatim breviores. Ejusdem pinnae pars posterior antice humili, postice elevata, ac rotundata, radiis articulatis quindecim fulcitur. Pinna analis radiis duodecim constat, quorum tres primi spinosi, caeteri articulati valde longiores. Pinna caudalis mediocris margine extremo vix concavo. Tam in margine superiori, quam in inferiori radii tres imbricati; et radii viginti articulati fulciunt partem medianam. Pinnae omnes squamulis operiuntur.

Color capitis, dorsi, et laterum Iridus; ventris ac gulæ dilutior. Pinnae dorsalis, caudalis, analis, atque ventrales fuscae, nigro marginatae. Pinnae pectorales flavescentes.

Habitat in mari brasiliensi.

### *Mensuræ.*

	Pedes
Longitudo tota . . . . .	1. 1. 6
Longitudo capitis . . . . .	-- 4. 6
Longitudo trunci . . . . .	-- 5. 3
Longitudo caudae ac pinnae caudalis .	-- 3. 9
Longitudo basis pinnae dorsalis . . .	-- 5. 9
Longitudo basis pinnae analis . . .	-- 2. --

	Pedes	
Longitudo piunarum pectoralium . . . . .	--	2. 6
Altitudo trunci, quam metitur linea perpendicularis, quae ducatur a dorso ad ventrem immediate post basim pinnum pectoralium (fig. 2.) . . . . .	--	4. --
Ibidem crassities maxima (fig. 2.) . . . . .	--	1. 6

Cum piscem hunc brasiliensem hactenus descriptum ego pri-  
mum, deinde Josephus Doctor Bianconius contulerimus cum  
*Merous* omnibus Cuvierii et Valencienni, nullus dubitandi lo-  
cus relictus est ipsum esse speciem Cuvierio et Valencienno  
prorsus ignotam.

Non immerito sane recentiores Ichtyologi in varia genera  
dispertiti sunt pisces illos, quos Linnacus, Gmelinus, ac Blo-  
chius in *Esocum* genus collegerant. Etenim non pauci eorum  
adeo inter se discrepant, ut tantummodo propinquia aliqua co-  
gnatione conjuncti sint. Unum ex his novis generibus *Belone*  
appellatur, atque in ipsam species omnes referuntur, quarum  
rostrum est admodum longum, atque instructum dentibus coni-  
cis. Fere omnes *Belones* habent truncum admodum oblongum,  
ac parum compressum; *Squamae* vero adeo subiles, ac perluc-  
eidae sunt, ut non facile perspiciantur. In nonnullis *Belonibus*  
maxillae sunt inter se longitudine aequales, in aliis subaequa-  
les, in aliis vero longitudine maxillae inferioris haud parum exce-  
dit longitudinem superioris. In speciebus hujus generis diversa  
est figura, longitudo, ac situs tam pinnae dorsalis quam ana-  
lis. Pinna autem caudalis aut est bifurca, furcis inaequalibus,  
aut semilunata, cornibus pariter inaequalibus, aut rotundata.  
Non in omnibus *Belonibus* eadem structura lineae lateralis. Ista  
dissimilitudines facilem, et expenditam reddunt distinctionem  
fere omnium specierum dummodo ipsae fuerint diligenter ex-  
pensae, atque accurate descriptae, nec non studiose inter se  
collatae, aut saltem descriptionibus imagines adjunctae sint quae  
ab exemplari minime ab ludant. His praemissis verbis adumbrabo,  
ut ita dicam, novam speciem hujus generis, cui nomen  
erit *Belone Raphidoma* (1) Nob.

(1) a Ραρις, ιδος - Acus, et δημος, ει. ω - similes.

Cum antem illa sit valde proxima Beloni Acus, et differentiae non magnitudine fortasse, sed multitudine sufficient ad istas species a se invicem sejungendas, idecirco dum novam describam, diligenter offendam illa omnia in quibus differat ab acu. Tandem praeципua adnotabo in quibus discrepat ab aliis speciebus.

## BELONE RAPHIDOMA Nob.

*Tab. XXXVII. fig. 1.*

Caput hujus Belonis angustum, cuius longitudo eam fere proportionem habet ad longitudinem totam, quam habet numerus 5. ad 17. Caput Belonis Acus eamdem fere servat proportionem. Rostrum in Raphidomate longissimum, subuliforme, polygonum; maxilla superior rectilinea, depressa, apice attenuata; maxilla inferior basi ascendens, compressa; versus apicem rectilinea, depressa, attenuata. Haec superiorem excedit quantum circiter numerus 39. excedit numerus 37. Haec eadem maxilla inferior in Acu paulo longior est, et apice vix recurva. Dentes utriusque maxillae cuneiformes, longiusculi, aculeati, antrorsum conversi in Raphidomate (fig. 5.) aliquanto minores in Acu; in utraque vero specie dispositi sunt in unicam seriem marginalem, et distant ab invicem, ac spatium, quod inter eos intercedit, nec non margo exterior maxillarum denticulis minutissimis occupatur. Foramina narium in cavitate anteorbitali abscondita, ac operculo membranaceo tecta. Oculi magni orbiculares pone angulos oris sistunt, et verticem attingunt. Hic in Belone nostro valde planus, et inter oculos latus, ita ut oculi ipsi a se invicem dissiti sint; occiput vero planum at angustius: frons pariter plana, at sensim sensimque angustior prout ad rostrum descendit. In Belone acu spatium oculis interpositum minus quam in Raphidomate dilatatur in occidente, ubi et convexum evadit.

Rima branchiarum magna tam in Raphidomate, quam in Acu, incipit prope verticem capitidis, desinit fere sub angulo oculis; sed in Raphidomate margo operculi exorsus, ut dixi, prope verticem capitidis, descendit per lineam leviter curvam tendens versus maxillam inferiorem; in Acu autem primo perpendicularis

descendit, dein quasi per angulum obtusum pergit antrorsum. Margo operculi et praecoperculi in utroque Belone est inernis.

Dorsum utriusque convexum, et parum declive versus caudam. Haec brevis, angusta. Lineae laterales duo, quarum una dorso propior quam ventri in parte anteriori truncata, et postea descendit ad caudam, prope quam evanescit in Raphidomate, perseverat in Acu usque ad pinnam caudalem. Altera in margine inferiori laterum posita ascendit versus caudam in Belone Raphidomate, et Pinnam caudalem attingit visibilior et major: in Belone acu evanescit contra initium partis inferioris pinnae caudalis.

In utraque specie squamae dorsi parvae ac depressae, laterum et ventris paulo maiores (fig. 3.) omnes deciduae; iisdem obteguntur etiam praecoperculi et frons: illae, quibus insidet linea lateralis inferior, sunt tubulis auctae (fig. 4.).

Pinnae pectorales utriusque speciei parvae, ovato acutae, radiis 12. aut 14. fulcitate. Pinnae ventrales parvae, radiorum sex, in Raphidomate triangulares, latere externo valde longiores, unde fiunt acutae; in Belone acu latus externum est paulo longius, unde apice obtusae evadunt.

Pinnae analis et dorsalis inter se figura similes, et falcatae in Raphidomate. In eodem analis brevior est dorsali, et constat radiis viginti duobus, quorum primi quinque longi, caeteri brevissimi sunt. Initium hujus pinnae est sub initio pinnae dorsalis; finis ejusdem est sub vigesimo radio dorsalis, id est ante finem dorsalis. In Bel. acu pinna analis et dorsalis inter se figura similes sunt, sed non falcatae, et irregulares, ejusdem analis longior est dorsali, et fulcitur radiis viginti unum, quorum primi paulo caeteris longiores sunt. Initium ejus paulo ante initium pinnae dorsalis: finis ejus post finem dorsalis.

Dorsalis pinna in Belone Raphidomate longior ut dixi, constat radiis 22, quorum primi quinque valde caeteris longiores; ac desinit proxima pinnae caudali. In Belone acu autem constat radiis decem et septem, incipit contra tertium radium pinnae analis, et finis ejus est contra decimum nonum radium ejusdem pinnae. Pinna caudalis parva in Raphidomate, major in Acu: in utroque bifurca, at furcis inaequalibus et acutis in illo, in hoc vero sere aequalibus et obtusis. Constat radiis vi-

ginti quatuor caudalis Raphidomatis, et fulcitur radius 19 caudalis Acus.

Color Belonis Raphidomatis in alcoole asservati est griseo olivaceus in dorso, capite, et rostro; in lateribus autem, in genis, et ventre dilutior, et ad album argenteum vergens. Pinnae ventrales et analis sunt albicantes; dorsalis et caudalis griseo olivaceae; pectorales basi albescentes, apice nigricantes.

Habitat in mari brasiliensi.

### *Mensurae.*

	Pedes
Longitudo tota . . . . .	1. 5. --
Longitudo capitis . . . . .	-- 5. 3
Longitudo trunci . . . . .	-- 10. --
Longitudo caudae, et pinnae caudalis .	-- 1. 9
Longitudo pinnarum pectoralium . . .	-- 1. 2
Longitudo basis pinnae dorsalis . . .	-- 3. --
Longitudo basis pinnae analis . . .	-- 2. 8
Altitudo trunci quam metitar linea perpendicularis, quae ducatur a dorso ad ventrem immediate post basim pinnae pectoralium (fig. 2.) . . .	-- 1. 8
Ibidein crassities . . . . .	-- 1. 2

Belone acus, quem Cl. Kar. Bonaparte Princeps Muxinianni et Canini descriptis in opere cui titulus = *Iconografia della Fauna Italica* = vix e mari extractus, hos habebat colores, scilicet: Piscis totus argenteus tendens ad virescentem et caeruleum colorem in dorso. Vertex et rostrum intense caeruleo viride, occiput pellucidum. Lineola fusca summum dorsum percurrebat, et alia similis in lateribus supra lineam lateralem superiorem. Venter argenteo-albus. Pinnae dorsalis et caudalis dorso concolores, sed obscuriores. Pectorales albo caerulescentes; ventrales et analis albescentes.

Differentia colorum, quae intercedit inter Belone raphidoma, qui in alcoole adseratur in Musaeo nostro, mox descriptum et inter Acum, qui jussu Karoli Bonaparte depictus fuit fortasse dum adhuc vivus erat, essent specificae judicandae, si

jure suspicari minime posset actioni alcoholis esse tribuendas. Id autem certe affirmari hard potest de aliis differentiis, quas et multas esse et nonnullas magni momenti satis perspectum est. Ergo Belone Raphidoma specie differt procul dubio a Belone acu.

Noster Belone Raphidoma differt insuper a Belone indica Borii, a Belone Caribaca, et a Belone Crocodila Lesueur eo quod horum maxillae sunt aequales. Discrepat ab Argalo Les. cuius analis incipit ante pinnam dorsalem et hac longior est. Differt a Belone truncata cuius pinna caudalis est oblique truncata, a Belone cancila Buchanan cuius margo extremus pinnae caudalis est rotundatus. De illo Belone quem Cuvierius appellat *Brochet de Bantam* valde suspicor ex iis esse quorum maxillae et aequales sunt et satis robustae; certe distantia maris in quo iste expiscatur, et mare Brasiliense ubi repertus fuit B. Raphidoma diversitatem specificam innuere videtur.

#### EXOCLETUS BAHIENSIS NOB.

#### Tab. XXXVIII. fig. 1.

Caput mediocre, depresso: rostrum obtusum. Maxilla paulo inferior longior altera. Dentes in utraque maxilla minutissimi atque confertissimi in plures series distributi. Alii dentes hisce similes in palato. Foramina narium in fossula anteorbitali abscondita, operculo praedita.

Oculi magni orbiculares; ab apice rostri hand nimis distantes. Frons leviter declivis plana et lata, vertex itidem planus et nonnihil declivis. Occiput latissimum, in medio carinatum, ad latera declive. Mentum subplanum, nonnihil ascendens. Rima branchiarum magna. Margo posterior praeoperculi angulatus, angulo fere recto sed apice obtuso. Margo operculi curvilineus, laevis.

Pars inferior trunci planiuscula usque ad pinnas ventrales; deinde margo ejusdem convexus, ad caudam ascendens. Dorsum planum, vix convexum, fere rectilineum usque ad caudam. Haec mediocris, et non dilatata in basi pinnae caudalis. Linea lateralis prope ventrem decurrentis, incipit contra apicem

radiorum membranae branchiostegiae, et desinit in margine lobi inferioris caudae.

Squamae omnes grandiusculae, subrotundatae, deciduae, superficie distinctae lineis impressis radiantibus (fig. 4.) Illae quibus insidet linea lateralis figura similes sed minores, tubulis auctae (fig. 3.).

Pinnae pectorales ita longae, ut apice prope attingant finem caudae. Radiis quatuordecim fulciuntur, articulatis, validis, apice bifidis: horum prior simplex brevior secundo, qui et longissimus est. Caeteri subsequentes gradatim minores. Membrana iisdem interposita latiuscula, tenuis. Pinnae ventrales longiusculae, inter se distantes radiis sex multifidis fulcitate, apice acutiusculo, distant magis ab apice rostri quam a fine caudae. Pinna dorsalis radiis tredecim fulcita, nec alta nec falcata; radii anteriores longiusculi, et subsequentes sensim sensimque decrescent, ita ut pinna ibi humilis fiat. Pinna analis valde humili radiis decem sustinetur. Prior radius hujus respondet, octavo pinnae dorsalis, et ultimus excedit finem dorsalis, ita ut postremus radius pinnae dorsalis respondeat septimo radio pinnae analis. Pinna caudalis mediocris biloba lobis inaequalibus, lobo infero longiore. Tam in margine superiori quam in inferiori sunt radii imbricati tres; et radii articulati octo fulciunt lobum superiorem et alii novem in basi caudae irregulariter inserti fulciunt lobum inferiorem.

Color capitis superne, et dorsi griseo-violaceus. Latera capitis, et trunci lurido-alblicantia. Pinnae pectorales nigricantes; dorsalis et caudalis fuscescentes, analis et ventrales albiantes.

Habitat in mari bahiensi

### *Mensurae.*

	Ped.
Longitudo tota . . . . .	1. 1. 8
Longitudo capitis . . . . .	-- 2. 6
Longitudo trunci . . . . .	-- 7. 9
Longitudo caudae cum pinna caudali .	-- 3. 5
Longitudo pinnarum pectoralium . . .	5. 4
Longitudo basis pinnae dorsalis . . .	2. --

	Ped.	
Longitudo basis pinnae analis . . . . .	--	1. 1
Altitudo trunci quam metitur linea perpendicularis, quae ducatur a dorso ad ventrem immediate post basim pinnarum pectoralium (fig. 2.). . . . .	--	1. 9
Ibidem crassities. . . . .	--	1. 3

Exocaetus Bahiensis adhuc descriptus differt 1.º ab Exocaeo volitante prout describitur a Linneo, a Risso ( Ichtyol. Nicocensis p. 350), a Boryo ( Dict. class.) et a Cloquetio ( Dict. des Sc. Nat. ) in hisce, scilicet, pinnae ventrales perexiguae aequae distantes ab apice rostri et a cauda seu potius nonnihil capiti propiores.


In Exocaeo Bahiensi vero pinnae ventrales grandiusculae, distantes magis ab apice rostri, quam ab apice caudae. Differt ab Exocaeo evolante prout describitur a Linneo et a Boryo, qui habet pinnas ventrales brevissimas et aequidistantes ab operculis et a pinna anali; Opercula vero squamis opera.

In Bahiensi autem opercula carent squamis, et pinnae ventrales valde propiores sunt pinnae anali quam operculis. Differt ab Exocaeo exiliente, prout describitur a Linneo, Cuvierio aliisque, qui pinas ventrales adeo longas habet ut caudam attingant, et pinnam analem ita suppositam dorsali, ut primus radius unius respondeat primo alterius, ultimus ultimo. In Bahiensi vero pinnae ventrales vix attingunt quartum radium analis, nec supposita est analis dorsali, sed radius primus pinnae analis, respondet octavo pinnae dorsalis, et postremus radius Pinnae dorsalis respondet septimo radio pinnae analis, ut jam diximus.


Differt ab Exocaeo mesogastro qui ventrales habet in medio corpore; dorsalem vero atque analem altas, atque falciformes. Insper squamae non extenduntur supra basim pinnae caudalis. In Bahiense vero pinnae ventrales sitae sunt post medium corporis et falcatae non sunt. Insper squamae extenduntur supra basim pinnae caudalis. Differt ab Exocaeo Mittchelli Boryi, qui dorsalem et analem habet altitudinis uniformis, et ventrales apice rotundatas. In nostro dorsalis et analis sunt altiores antice, et humiliores postice; ventralis autem apice a-

cuto. Differt ab Exocaeto Commersonii, qui habet pinnam dorsalem ingenti macula nigricante distinctam, quae macula in Exocaeto Bahiense omnino deest.

Differt denique ab omnibus aliis speciebus Exocaeorum scilicet Exocaetus Nuttalii Lesueur - E. comatus Mitch. - Exocaetus fureatus Mitch. - Exocaetus fasciatus Lesueur, qui appendices ad maxillas habent, quarum appendix ne vestigium quidem in Bahiensi reperitur. Ergo est species nova.








A. Fran ad nat. del. C. Bettini inv. lap. del.

F. 2.



*Dipterus auratus*, Ranz.

See Böttner






Tom V.

F. 3.




F. 1.



*Hemulon*

A. Gould man del.

Tab XXX



*melanopterum*, Ranz.,  
B. en tap. del

Lit. Beccane





Tom V



Tab XXVI.



R. 2



*Hemilepidotus microdon*, Ranzani

at Jindra and

C. B. in top of

20 June



Tom V.


F3



3



(Fad was del)



*Pagrus quadrifasciatus*, Ranz.

F. ad nat. del.

Bonapart del.

fig. ...



Tom:V


F.3.



3 pla




F.1.



c. lecanthus

6 F ad nat. col

F. 2.



Tab: XXXIII.

F. 4.




3 pla

*us vulneratus* „Ranz.“

B. in top dol'

Lore Bellone






1st maxillary

1st pharyngeal


22



Neosebastus bascanoides (Ranzani)

C. Bonapart






C. J. ad nat. del.



F.4



*Mesopriac aegyptius „Ranx...“*


Penkop del

Lee Beaufort




Tom V.

Tab XXXVI



(Fad)


Lee Miller



1002



Tour V




*Belone rufa*

A. Gmelin

C. B. M.


Tab. XXXVII.







Tom: V.




*Exocoetus bahiensis*, R.

A. F. ad nat. det.

B. in lap. det.

Tab:XXXVIII.



*Lic. Peltene*



**PHILIPPI SCHIASSII**  
**DE MONETA BONONIENSI**  
**DISSERTATIO**  
( *Vide Tom. IV. pag. 33.* )

*PARS SECUNDA*

**N**ihil mihi honorificentius accidere posse putaverim, Sodales clarissimi, quam ut quae jamdiu de Bononiensi Moneta italicice scripseram, eadem ut latine redderem, jusseritis, idque cum praestitisse, Lucubrationem illam meam praeter omnem opinionem expectationemque praemio dignam, nendum in Actis Academiac Nostrae evulgandam, ex Censorum judicio decreveritis. Voluntati autem vestrae quum statim, quoad pro viribus licuit, satisfecerim, a V. Cl. Antonio Alessandrinio Praeside, eodemque de Coetu nostro, supra quam dici possit, praecclare merito, sum per litteras admonitus, ut quidquid habendum reliqui de hoc argumento in schedis meis, id ipsum in latinum item sermonem verterem, Lucubrationi scilicet, quam modo dixi, veluti altera ejusdem pars, subjiciendum. Cui rei, ut Praesidis nostri jussa facerem, animum eo libentius adjeci, quod Chartarum Tabularumque, quas de Monetarum vario pro variis temporibus valore ac nomine contexneram, complexis, Tractationis de Moneta Bononiensi praecipua, immo potior habenda pars est; quandoquidem Chartae illae ac Tabulae perutiles, immo vero ad lites dirimendas, uti animadvertisse me alias memineritis, prope necessariae putandae sunt. Lucubrationem igitur hanc novam habetote, Sodales praestantissimi, quam, nisi mea me fallit opinio, longe pree alia publico privatoque emolumento futuram existimaverim.

Quam de Monetae Bononiensis origine coram vobis verba feci, ostendique hand ante Henrici V. Imperatoris, ejusdemque VI. Regis Germaniae tempora, haud nempe ante annum MCLXXXXI. Monetam fuisse Bononiae cūsam, etsi non defuerint quidam (uti tunc dixi) qui jam inde ab Hetruscis cūsam fuisse, ant certe eudi debuisse opinarentur, vobis me spopondisse memineritis documenta prolaturum, quae ipse cum fratri filio Iosepho Mapbaco de Monetarum Bononiensium pro temporum varietate pretio ediscere potuissem, ut quaestiones dubiaque auferrentur, quae litibus judicialibus, magnisque dispendiis frequentes, heu niniis, perniciosasque occasiones praebent. Ac re quidem vera hand multis abhinc diebus accedit, ut cum in publicis Tabulis anno millesimo tercentesimo editis solvere deberet quidam (cujus nomen reticebo) certum quotannis numerum denariorum, qui a Bononia Bononeni appellari consueverunt, is hodiernas ejus nominis Monetas, hoc est *Bolognini*, seu *Baiocchi*, intelligendos esse praratis et focis contendebat. En igitur quae ipse hac de re cum fratri filio collegi; eaque uno, ut dici solet, obtutu in nonnullis videre erit Tabulis, in quibus Bononienses descriptae Monetae sunt, eaeque jam inde ab eo tempore, quo primum eudi coptae Bononiae sunt, ad saeculum usque dimidium decimum octavum, paulloque ulterius (quandoquidem supervacaneum ad hodiernum usque diem id operis laborisque producere judicaverim) iisdemque in Tabulis intrinsecum, quod dicunt, earum Monetarum pretium legitur, nec non, ubi opus fuerit, valor qui pro temporum varietate varius obtinuit.

Antequam vero quas modo dixi, Tabulas ob oculos vestros ponam, in memoriam revocasse praestiterit, primam Bononiensem Monetam duodecimam fuisse ejus Monetae partem, quae italice *soldo* dicitur, ducentesimam vero quadragesimam partem ejus Monetae haud quidem *realis*, ut ajunt, sed *imaginariae* quae *Lira Bononiensis* vulgo appellatur, eique fuit denarii nomen attributum. Lira haec, quam *Libellum* quoque dixeris, aere, quod *compositum* vocant, constabat. Complectebatur scilicet Lira unaquaque aeris uncias novem, et quadrantes unum, argenti autem uncias duas, et quadrantes tres, ejusque pondus granorum erat sex. Illud quoque animadver-

tisse placuerit, anno millesimo ducentesimo trigesimo sexto a Bononiensibus cudi ex argento coeptam Monetam esse, cujus denariorum duodecim valor fuit, eamque non *imaginariam*, ut supra dixi, sed *realem* exstisset, quam italice *soldo* appellatam paullo superius menimi. Eorum denariorum viginti, uti Zamettus affirmat, libram aequarunt, eique *Bolognino Grossu* apud Italos omnes, nedum apud Bononienses, noinen fuit; ejus autem pondis ceratiorum fuit novem; unciae vero novem et denarii viginti ex argento, quod *pustulatum* Plinius, *pustulatum* Svetonius vocat, hoc est *purum putum*, uti habet Iuvenalis, libram aequarunt; ita quidem ut earum Monetarum unaquaeque unamquamque Monetarum temporum proxime praeteritorum, quae *soldos* quinque, *denariosque* septem, eorumque partem septimanam compleciebantur, aequaret; viginti autem Monetae ejusmodi complecterentur libras quinque, *soldos* undecim, et *denarios* novem.

Porro quas hactenus recensui Monetas, easdem, ant per exiguo certe discriminē eudere Bononienses sunt prosequuti saeculo plus quam uno, quoad Moneta signata nova est, eaque duplicis fere pretii, anno millesimo tercentesimo trigesimo octavo, nimirum Thaddaei ex Pépulis aetate, qui post complures Populi tumultus, seditionesque, quibus cum Bononia, tum Italiae Urbes per ea tempora afflietatae prope omnes sunt, devictis demum aenulis suis, Civitatis Dominator habitus a Civibus, Populoque est. Propterea quae ejus est jussu percussa Moneta, nomen ejusdem resert, ac *Pepulea*, seu *Pepulensis* appellata est, quemadmodum fuerit ab Imp. Henrici nomine, quas percūti is Monetas jusserrat, *Henriciana*e appellatae. Moneta *Pepulensis* ceratiorum pondo erat quatuordecim. Aliiae ex aliis deinceps percussae Monetae sunt, prout alii ex aliis Bononiam administraverunt. Administravit, quoad vixit, quem modo nominavi, Thaddaens. Item alter ex altero filii ejus duo Iacobus, et Ioannes, qui Urbis regimine post patris obitum sunt potiti. Ioannes ( quemadmodum Saviolius in sua Historiae Bononiensis Epitome scripsit ) a Comite Romandio-lae, qui Bononiae amissum recipere dominatum moliebatur, proditus cum fuerit, carcere ab eodem est detentus, ejusque frater Iacobus Ioanni Viscontio, seu ut plerique eum denomin-

nant, Vicecomiti, universam Provinciae ditionem vendidit, non nullis exceptis Oppidis, quae eidem fuerunt brevi erepta. Ecce vero, pergit Saviolius, a Dominatore Novo ( hoc est Comite Romandiola ) Praetor Urbis adlectus Ioannes , cui ab Olegio agnomen fuit, vir morum pessimorum , qui Primorum Civium sanguinem fudit, sumnumque sibi dominatum usurpavit . At paullo post a Vicecomite ex una parte, ex altera a Municipibus Pontifici Maximo addictis compulsus, pactione facta Urbe excessit, quae se Pontifici Maximo obtemperaturam jure jurando obstrinxit. Quare *Henricianis et Pepulensibus* subsequuntur Monetae Ioannis Vicecomitis, iisque subsequuntur quae ab Urbano V. et Gregorio XI. Pontt. Maxx. cuseae sunt, aliaeque, in quibus jam inde ab anno millesimo tercentesimo sexagesimo titulus *Mater Studiorum* attributus Bononiae legitur.

Brevi tamen tempore (sic nempe paullo infra ait Saviolius) receptam Pontifices Maximi potestatem retinuerunt, quanvis eorumdem consilio publicae rei administrandae potestas, quae Civibus compluribus ante fuerat attributa, in Senatum, quem sexdecim constituerunt Viri, iisque *Reformatores* vocati, translata fuerit. Seditio est Populi concitata, ac Libertas in pristinum restituta. Neque ut Libertas, quam sibi Populus adseruerat, perduraret, profuit quidquam Bonifacii VIII. P. M. ea de re silentium, immo vero summa ejus benignitas, qui operam dedit, ut Bononiensi Populo Urbis totius, Agrorumque omnium dominium traderetur, Forumque Cornelii, ac plura oppida addidit. Recruduerunt nempe factiones, rursumque Familiae divisae sunt; neque ambitiosi defuerunt Cives, qui palam Primum inhiarent. Prodiit demum ( inquit Saviolius ) Ioannes Primus Bentivolus, qui Rem Publicam est adortus, idque assequi potuit, ut ejus Dominus conclamaretur. Id ipsum quaedam etiam anno millesimo quadringentesimo primo percussae Monetae testantur. At paucis post diebus per conjurationem fuit is vita sublatus, ac Vicecomites, proflugis opulentibus, denuo sunt dominationem adepti. Quare aliae Vicecomitum Monetae anno millesimo quadringentesimo secundo in lucem prodierunt.

Verum paullo post Bononiam armorum vi Pontifices Maxi

ni receperunt; ac deinceps pluries ac pluries modo Civium Libertas, modo Pontificibus Maximis Obedientia sibi alternationi successere. Neque vero interea civilia extincta sunt odia.

Nempe Antonius Bentivolus funestos Patris appetens honores (quemadmodum pergit Saviolius) Canetulos habuit adversarios, quibus quidem obstitit; at insidiae pluries redintegratae sunt, eumque postremo ad exilium adegerunt. Importuno autem is sibi tempore est in patriam regredi ausus; siquidem Praetor Pontificius occultas eum moliri insidias suspicatus, repente comprehendi jussit, et capite damnavit. Mox ejusdem filius Hannibal, bello utique expertus, Populoque, atque Optimatibus acceptus prodiiit, quem Canetuli ex proditione interfecerunt. Iniquae Canetulorum Familiae statim subsequutum extinximus est; tantaque erga Bentivolorum genus insita omnibus animorum erat proclivitas, ut cum unicus superesset Hannibalis filius, isque puerulus, Sanctem Bentivolum Herculis Antonii fratris filium nothum, qui Florentiae fabri lignarii artem exercebat, Bononienses advocaverint, eidemque non tutelam solum orphani, verum etiam Civitatis Principatum detulerint.

Atque his quidem temporibus metalli omne genus, variaeque magnitudinis cuseae Monetae sunt, quae licet cujusvis ex Bentivolis careant nomine, eorum tamen Insigne praferunt, nunc iuferius ad pedes Leonis cum Vexillo, nunc in exergo sub Clavibus Decussatis, ac sub eo signo, quod Ecclesiae Signum est, quodque *Triregnum* nominant. Etenim aetate Sanctis Bentivoli, dum tot tantisque cum civilibus, tum bellicis ingemiscerent vicissitudinibus, cum Nicolao V. Pont. Max. pacationem Bononienses fecerunt. Ex pactionis autem conditionibus, subdit Saviolius, tutela magis quam subjectio extitit Civitatis; perpetua nempe Ecclesiae fides jure jurando promissa a Bononiensibus est, mutuoque est consensu constitutum, ut Ecclesiac nomine Legatus quidem Bononiae praeesset, at una cum eo Sexdecemviri Publicam Rem administrarent, neque ulla de re sine communi consensione quidquam statui, decernique liceret, tum ut Sexdecemviris Civitatis custodia, et quodlibet Provinciae Oppidum traderetur; denique ut publici redditus omnes, exiguo pro Ecclesia vectigali subducto, in Provinciae Bononiensis utilitatem attribuerentur. Interea Sancte Bentivolo vi-

ta functo, Ioannes Hannibalis filius in ejus est locum evectus. Generis nobilitas, patris memoria, domesticae illum opes commendabant, multaque praeterea, quibus fulgebat, ornamenta, benevolentiam eidem, atque observantiam omnium conciliabant; quae quidem tum affinitatibus, quibus se cum pluribus Italiae Principibus devinxerat, tum initis cum aliis, aliisque Praesidibus Civitatum, summisque Viris foederibus in dies magis magisque angebatur. Imperator Maximilianus eumdem insuper cedendi Monetas privilegio honestavit, quo in suis ipse *Feudis*, in Oppidis scilicet, quibus *Cavianum*, atque *Antignanum* denominatio fuit, usus est. Ut autem summo potiretur Principatu ( pergit Saviolius ) id unum deerat, ut legitima id fieret auctoritate. Paullus II. Pont. Max. ejus cupiditatem sovit, cum in perpetuum Senatui praeesse voluit. Ex eo tempore superbae uxoris stimulis incitatus, summum adeptus dominatum est, satellites conscripsit, privatas sibi injectas injurias ultus proditionibus est, filiorum dissimulavit scelera, seque tyrannum omnino patefecit. Ad extreum tot vicibus defessi Cives, a Iulio II. Pont. Max. exorato impetraverunt, ut tantae vexationi modum is imponeret. Quare cum exercitu ex improviso adfuit Pontifex Maximus. Illius superest Numisma cum inscriptione: *BONONIA PER IVLIVM A TYRANNO LIBERATA*; quod quidem Numisma etsi falsum judicaverit Leopoldus Cicognara Eques, certa tamen fide dignum nuperrime inter ceteros eruditissimus Archaeologus Caelestinus Cavedonius ( V. Memorie di Religione, di Morale, e di Letteratura. T. XII. pag. 72 ) demonstravit. Ioannes porro a belli sociis proditus ( inquit Saviolius ) patria, quae eum execrabatur, abscessit, cumque familia exsul emigravit. Porro Iulio II. Pontifici Maximo, qui postmodum Bononiam prope triumphans est ingressus, ac Ci- vium accepit fidem, placuit, ut Senatorum numerus augeretur. Itaque ex Primoribus Familiis Quadraginta is elegit Viros; ac subsequenti Civitatis Regini fundamentaliter extiterunt, quae Sanctis Bentivoli aetate constitutae fuerant, conditiones.

Hinc non interrupta Monetarum series prodiit, quae Pontificum Maximorum sive nomen, sive effigiem, sive insigne, sive haec omnia simul, tum etiam gentilitia Legatorum Insignia, qui alii ex aliis Urbem administraverunt, praferunt. Neque veteri

monetalis officinae jure orbata Bononia est in maxima illa proxime superiorum temporum conversione, quum a Gallicis exercitibus pseudo-libertate donata, deinde Italico Regno adjecta est.

Eo ipso jure, quo nempe Urbs Roma usa semper fuit, unam inter omnes Pontificiae ditionis Civitates donatam Bononię voluit Pius VII. Pont. Max. eius nunquam interitura in memoria est; idemque jus ipsum Successores ejus Leo XII, ac Pius VIII. confirmaverunt; integrumque pro summa erga Bononienses benignitate, clementiaque D. N. Gregorius XVI. servari jussit.

Sed vestra, Sodales Clarissimi, nimium in me audiendo abusus patientia sum. Itaque maximis, quas vobis debeo, gratiis actis, finem dicendi faciam, ac Tabulas, quas ab initio dixi, oculis vestris subjiciam.



# TABULA

IN QUA DESCRIBUNTUR

NUMMI BONONIENSES A PRIMO EORUM INITIO


USQUE AD

ALEXANDRUM VII. PONT. MAX.

CUIUS AUCTORITATE

NOVI INSTITUTI MONETA

SIGNARI COEPIT



Aetas Nummi	DESCRIPATIO NUMMI	Vulgaris Nummi appellatio	Pondus metalli ad mensuram Bononiensem exactum	Valor Nummi intrinseca ad moneta- tas actatis nostrae relatus
MCCXCI (1)	<i>Henricus V. Imperator</i> + ENRICVS in medio nummi litterae I . P . R . T . ( Imperator ) ad figuram crucis dispositae cum punctis ad angulos et in centro. )( + . BO . NO . NI . in medio nummi A intra quatuor puncta.	Denaro	Metalli mixtio cujus valor pro qualibet uncia lir. 4.15 Pondus ceratia 3. 2	Den. 8
MCCCXXXVI	+ ENRICVS in medio nummi I . P . R . T . ut in nummo praecedenti. )( + . BO . NO . NI . in medio nummi A intra quatuor puncta. (2)	Bolognino	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 7	Baj. 4 e Den. 9
MCCCXXXVIII	<i>Thaddaeus Pepolus</i> + TADEVS . DE . PEPOLIS . Crux. ( S . P . DE . BONONIA . * . Effigies Petri Apost. d. claves, s. librum tenentis.	Due Bolognini	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 43.2	Baj. 9 e Den. 3
MCCCXLIX	. + . BO . NO . NI . in medio nummi A intra quatuor puncta. )( + IA . 7 . IO . D . PPLIS . ( Jacobus et Joannes de Pepolis ) in medio nummi FRES ( Fratres ) litteris ad crucis fi- guram dispositis cum puncto in centro.	Bolognino	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 6.2	Baj. 4 e Den. 5
MCCCL	<i>Joannes Viccomes</i> . + . BO . NO . NI . in medio nummi A intra quatuor puncta. )( + IOHES . VICEC . in medio nummi OMES litteris ad crucis figuram dispo- sitis cum puncto in centro.	Bolognino	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 6	Baj. 4 e Den. 4
MCCCLX	<i>Innocentius VI.</i> Claves pontifical. BO . NO . NI . in medio nummi A intra quatuor puneta. )( MATER . STVDI . in medio nummi ORVM ad formam crucis. Superne in- signe Aegidii Albornotii Card. Leg. + BO . NO . NIA . Duea claves decussa- tae. ( S . PETRONIVS . Effigies Patroni cae- lestis.	Bolognino Quattrino	Argentum val. lir. 5.44.2  Met. mix. cujus valor pro qualibet uncia lir. 4 Pond. cer. 4.4	Den. 6 e 4/8

Actas Nummi	DESCRIPTIO NUMMI	Vulgaris Nummi appellatio	Pondus Metalli ad mensuram Bononiensem exactum	Valor Nummi intrinsecus ad monetae nostrae relatus
MCCCLX	<p>‡ BO . NO . NI . in medio nummi A intra quatuor puncta.</p> <p>) ( MATER . STVDI . in medio nummi ORVM ad formam crucis cum puncto in centro.</p>	Denaro	Met. mix. eius valor lir. 4 Pond. cer. 4.2	Den. 2
— — —	<p>DE . BONONIA . Due claves.</p> <p>) ( S. PETRONIVS . Effigies Patroni caelestis.</p> <p style="text-align: center;"><i>Actatis dubiae,</i></p>	Quattrino	Met. mix. eius valor pro qualibet uncia lir. 4 Pond. cer. 3	Den. 4 e 4f2
· · · · ·	<p>‡ DE : BO : NO : NIA : CRUX.</p> <p>) ( S. PETRONIVS . Effigies Patroni caelestis pacem dextra impertientis.</p>	Due Bolognini	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 43.2	Baj. 9 e Den. 3
· · · · ·	<p>‡ BO . NO . NI . in medio nummi A intra quatuor puncta.</p> <p>) ( MATER . STVDI . in medio nummi ORVM ad figuram crucis cum puncto in centro.</p>	Bolognino	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 6.2	Baj. 4 e Den. 5
· · · · ·	<p>‡ + DE . BO . NO . NIA . Due claves decussatae.</p> <p>) ( S. PETRONIVS . Effigies eius.</p> <p style="text-align: center;"><i>Urbanus V.</i></p>	Quattrino	Met. mix. val. lir. 4. Pond. cer. 3	Den. 4 e 4f2
MCCCLXVIII	<p>‡ Insigne Legati. BONONI . in medio nummi A intra quatuor puncta.</p> <p>) ( VRBAN . PP . V . Protome Pontificis triplici corona redimitti.</p> <p style="text-align: center;"><i>Gregorius XI.</i></p>	Bolognino	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 6.2	Baj. 4 e Den. 5
MCCCLXXIV	<p>‡ BONONI . in medio nummi A intra quatuor puncta.</p> <p>) ( + GREGORIVS in medio nummi PA- PA in modum crucis cum puncto in centro.</p>	Denaro	Met. mix. val. lir. 4	
— — —	<p>‡ BO . NO . NI . in medio nummi A intra quatuor puncta.</p> <p>) ( + MATER . STVDI . in medio nummi ORVM in forma crucis cum puncto in centro.</p>	Bolognino	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 6.2	Baj. 4 e Den. 5
— — —	<p>‡ BO . NO . NI . in medio nummi A intra quatuor puncta.</p> <p>) ( + MATER . STVDI . in medio nummi ORVM , ut in nummo praecedenti.</p>	Denaro	Met. mix. val. lir. 4 Pond. cer. 4.2	Den. 2

Actas Nummi	DESCRIPTIO NUMMI	Vulgaris Nummi appellatio	Pondus metalli ad m̄nsuram Bononiensem exactum	Valor Nummi intraseens ad moneta- tas aetatis nostrae relatus
MCCCCLXXIV	DE . BONONIA . Due claves. )( S. PETRONIVS . Eius Effigies.	Quattrino	Met. mix. val. lir. 4 Pond. cer. 3	Den. 4 e 1/2
MCCCCLXXVI	+ BONONIA . DOCET . Leo vexillum tenens. )( S. PETRVS . APOSTOLVS . Effigies ejus cum clavibus et libro. In quibus- dam dextrorum littera B, seu nota offi- cinatoris montarii, in aliis binae cla- ves utrinque. DE . BO . NO . NIA . Due claves decus- satae super imminente triplici corona pontificali. )( S . PETRONIVS . Effigies eius.	Bolognino d'oro	Aurum	
	<i>Joannes I. Bentivolus</i>			
MCCCCI	. + . BO . NO . NI . in medio nummi A intra quatuor puneta. )( + IO . D . BENTIVO . in medio num- mi GLIS in figuram crucis cum puncto in centro.	Denaro	Met. mix. val. lir. 4 Pond. cer. 4. 2	Den. 2
	<i>Nummi ad Vicecomites pertinentes</i>			
MCCCCII	Augnis, Iusigne Vicecomitum, BO . NO . NI . in medio nummi A. )( Anguis ut in parte adversa, MATER . STVDI . in medio nummi ORVM ad formam crucis cum puncto in centro.	Bolognino	Argentum val. lir. 5. 4. 2 Pond. cer. 6. 4	Baj. 4 e Den. 3
MCCCCVI	DE . BO . NO . NIA . Due claves decus- satae super imminente angue, Insigni Vi- cecomitum. )( S . PETRONIVS . Protome caelestis Patroni , insignibus Civitatis Bonon. in- mixi.	Quattrino	Met. mix. val. lir. 4 Pond. cer. 3	Den. 4 e 1/2
	DE . BO . NO . NIA . Insigne Civitatis Bo- non. super imminente angue Vicecomi- tum. )( S . PETRONIVS . Effigies eius.	Quattrino	Met. mix. val. lir. 4 Pond. cer. 3	Den. 4 e 1/2
	+ BO . NO . NIA . Insigne Civitatis Bo- non . )( DOCET . Leo vexillum tenens.	Denaro	Met. mix. val. lir. 4 Pond. cer. 4. 2	Den. 2

Actas Nummi	DESCRIPTIO NUMMI	Vulgaris Nummi appellatio	Pondus metalli ad mensuram Bononiensem exactum	Valor Nummi intrinsecus ad moneta- tas actatis nostrae relatus
	<i>Eugenius IV.</i>			
MCCCCXXXI (3)	<p>EVGENIUS PP. QVARTVS. Insigne eius superposita triplici corona pontificali.</p> <p>) ( S. PETRVS. BONONIA. Effigies Apostoli.</p> <p>EVGENIUS + PAPA + QVARTVS. Insigne eius superposita triplici corona pontificali.</p> <p>) ( S. PE + S. PA + BONONIA +. Effigies Apostoli utriusque.</p>	Dueato d'oro	Aurum	
— — —		Paolo o Grossone	Argentum enjus valor pro qualibet uncia lir. 5.44.2 Pond. unc. 4/8. gr. 2	Baj. 44 e Den. 2
MCCCCCLXIV	<p>BONONIA. MATER. STVDIORVM. Leo vexillum tenens; in area Insigne Praepositi officinae monetariae.</p> <p>) ( S. PETRONIVS. DE. BONONIA. Patronus caelestis sedens eum baculo episcopali manu urbem sustinet.</p> <p>+ BO. NO. NI in medio nummi A intra quatuor puncta.</p> <p>) ( + DOCET. Leo vexillum tenens.</p> <p>DE. BO. NO. NIA. Dnae claves decussatae superposita triplici corona pontificali.</p> <p>) ( S. PETRONIVS. Effigies Patroni caelestis manu urbem sustinentis.</p> <p>BO. NO. NIA. Insigne Municipii.</p> <p>) ( . + . DOCET. Leo vexillum tenens.</p>	Bianco	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 15.2	Baj. 40 e Den. 7
— — —		Bolognino	Argentum	
— — —		Quattrino	Met. mix. val. lir. 4 Pond. cer. 3	Den. 4 e 4/2
— — —		Denaro	Met. mix. val. lir. 4 Pond. cer. 4.2	Den. 2
	<i>Aetatis dubiae</i>			
....	<p>BONONIA. DOCET. Leo vexillum tenens.</p> <p>) ( S. PETRONIVS litteris interdum teutonicis. Patronus caelestis sedens manu urbem sustinet.</p> <p>.... BONONIA. Leo vexillum tenens.</p> <p>) ( S. PETRONIVS. Effigies eius sedentis.</p>	Due Bolo- gnini o Grosseto	Argentum val. lir. 5.44.2	
....		Quattrino	Met. mix. val. lir. 4 Pond. cer. 3	Den. 4 e 4/2
....	<p>BONONIA. MATER. STVDIORV. Leo vexillum tenens, in area nota officinatoris monetarii.</p> <p>) ( S. PETRONIVS. DE. BONONIA. Effigies eius sedentis.</p>	Bianco	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 15.2	Baj. 40 e Den. 7

Aetas Nummi	DESCRIPTIO NUMMI	Vulgaris Nummi appellatio	Pondus metalli ad mensuram Bononiensem exactum	Valor Nummi intrinsecus ad moneta- tas actatis nostrae relatus
	<i>Nummi ad Bentivolos spectantes</i>			
.....	BONONIA . MATER . STVDIORV. Leo vexillum tenens, infra Insigne Bentivolorum. )( S . PETRONIVS . DE . BONONIA . Effigies eius sedentis.	Bianco	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 15.2	Baj. 40 e Den. 7
.....	BONONIA . DOCET . Leo vexillum tenens, infra Insigne Bentivolorum. )( S . PETRONIVS . Effigies eius sedentis.	Mezzo Bianco	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 7.3	Baj. 5 e Den. 3
.....	DE . BONONIA . Duac claves decussatae super imminente triplie corona pontificali: infra Insigne Bentivolorum. )( S . PETRONIVS . Effigies eius.	Quattrino	Met. mix. val. lir. 4 Pond. cer. 3	Den. 4 e 4f2
	<i>Joannes II. Bentivolus</i>			
MCCCCXCIV	IOANNES . BENTIVOLVS . II . BONONIENSIS . Protome eius. )( MAXIMILIANI . IMPERA . MVNVS . Insigne Bentivolorum cum galea, super insidente Aquila Imperatoria.	Quattro Carlino	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. unc. 2f8. cer. 14.2	Baj. 35 e Den. 8
—	IOANNES . BENTIVOLVS . II . BONONIENSIS . Protome eius. )( MAXIMILIANI . IMPERA . MVNVS . Insigne eius aquila imperatoria super imminente.	Due Carlino	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. unc. 4f8. cer. 4.3	Baj. 17
—	IOANNI . BENTIVOLO . Insigne eius. )( MAXIMILIANI . IMPERA . MVNVS . MCCCCLXXXIII . Epigraphe in sex lineas tributa.	Carlino	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 14.3	Baj. 8 e Den. 1
—	IOANNI . II . BENTIVOLO . Insigne eius. )( + CONCESSIO . MAXIMILIANI . Aquila.	Mezzo Carlino	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 6.2	Baj. 1 e Den. 5
—	S . IOANNES . EVANGELIS . Protome eius. )( I . B . (Ioannes Bentivolus) Insigne eius.	Quattrino	Met. mix. val. lir. 4 Pond. cer. 3	Den. 4 e 4f2
—	S . IOANNES . EVANGELI . Protome eius. )( IOANNI . BENTIVOLO . II . Insigne eius.	Quattrino	Met. mix. val. lir. 4 Pond. cer. 3	Den. 4 e 4f2

Actas Nummu	DESCRIPTIO NUMMI	Vulgaris Nummi appellatio	Pondus metalli ad mensuram Bononiensem exactum	Valor Nummi intrinsecus ad mone- tas actatis nostrae relatus
<i>Julius II.</i>				
MDIII	IVLIVS . PAPA . II. Insigne eius. )( BONONIA . DOCET . Effigies S. Petri Ap., utrinque Insigne Municipii.	Ducato d' oro	Aurum	
	IVLIVS . II . PONT . MAX . Insigne e- ius. ( S. PETRVS . DE . BONONIA . Effigies Apostoli.	Ducato d' oro	Aurum	
MDVI	IVLIVS . II . PONT . MAX . Insigne e- ius. ( BON . P . IVL . A . TIRANO . LIBE- RAT . Effigies S. Petri Ap.	Ducato d' oro	Aurum	
	IVLIVS . II . PONT . MAX . Insigne e- jus. ( BON . P . IVL . A . TIRANO . LIBE- RAT . Effigies S. Petri Ap. BONONIA litteris in duas lineas tributis. ( Vexillum Romanae Ecclesiae cum clavi- bus decussatis funiculo colligatis. + BONONIA . Insigne Municipii. ( DOCET . Leo vexillum tenens.	Grosso	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 7	Baj. 4 e Den. 8
	IVLIVS . II . PONTIFEX . MAXIMVS . Effigies ejus .	Quattrino	Aes	
	( BONONIA . DOCET . S. Petronius sedens cum baenlo episcopali manu urbem sustinet , infra Insignia Francisci Alido- sii Card. Leg. et Municipii.	Denaro	Met. Mix. val. lir. 4 Pond. cer. 4.2	Den. 2
	IVLIVS . II . PONTIFEX . MAXIMVS . Effigies ejus .	Giulio	Argentum	
	( S. P. ( Sanctus Petronius ) BONONIA DOCET * . S. Petronius sedens, infra In- signe Card. Legati supradicti.	Giulio	Argentum	
MDXIII	IVLIVS . II . PONT . MAX . Insigne e- jus .	Ducato d' oro	Aurum	
	( DE . BONONIA . Effigies S. Petri cum Insignibus Ioannis Medici Card. Leg., et Municipii.	Giulio	Argentum	
	IVLIVS . II . PONTIFEX . MAXIMVS . Effigies ejus .	Bianco	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 15.2	Baj. 40 e Den. 7
	( S. P. ( Sanctus Petronius ) BONONIA . DOCET . S. Petronius sedens, infra In- signe Card. Leg. supradicti. BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenens, infra Insigne Card. Leg. supradicti.			

Actas Nummi	DESCRIPTIO NUMMI	Vulgaris Nummi appellatio	Pondus metalli ad mensuram Bononiensem exactum	Valor Nummi intrinsecus ad moneta- tas actatis nostrae relatus
	) ( S . PETRONI . DE . BONONI . Effigies Patroni Caelestis sedentis.			
	<i>Leo X.</i>			
MDXIII	BONONIA . DOCET . Leo vexillum tenens.	Ducato d'oro	Aurum	
	) ( S . P . ( Sanctus Petrus ) DE . BONONIA . Effigies S . Petri , cum Insignibus Iul . Medicei Card . Legati et Municipi . LEO . PAPA . DECIMVS . Insigne eius .	Ducato d'oro	Aurum	
	) ( BONONIA . DOCET . Effigies et Insignia ut in numino praecedenti . LEO . X . PONTIFEX . MAXIMVS . Effigies eius .	Bianco	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 45.2	Baj. 40 e Den. 7
	) ( BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenens cum Insignibus Card . Leg . supradicti .			
	<i>Clemens VII.</i>			
MDCXXIII (1)	CLEM . VII . PONT . MAX . Effigies eius .	Bianco	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 45.2	Baj. 40 e Den. 7
	) ( BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenens .			
	CLEM . VII . PONT . MAX . Insigne eius .	Scudo d'oro o mezza Doppia	Aurum	
	) ( * BONONIA . DOCET . Crux , infra Insignia Innoc . Cybo Card . Leg . et Municipi .			
	CLEM . VII . PONT . MAX . Insigne eius .	Mezzo Scudo d'oro	Aurum	
	) ( * . BONONIA . DOCET . Crux .			
	BONONIA . DOCET . Insigne Municipi .	Gabella	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 40.2	Baj. 7 e Den. 2
	) ( S . PETRONIVS . Effigies Patroni caelestis sedentis , dextrorsum Insigne Card . Leg . supradicti .			
MDXXXVI	BONONIA . MATER . Leo vexillum tenens .	Bolognino	Met. Mix.	
	) ( STVDIORVM . Duae claves deussatae superposita triplici corona pontificali .			
	BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenens .	Bianco	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 45.2	Baj. 40 e Den. 7
	) ( SANCTVS . PETRONIVS . Protome eius , infra Insigne Municipi .			
MDCXXIX	COGETE . INOPIA . REI . FRVMEN- TARIE . Effigies Sancti Petronii Insignibus Municipi superposita .	Lira	Argentum	
	) ( EX . COLLATO . AERE . DE . RE- BVS . SACRIS . ET . PROPHIANIS .			

Aetas Nummi	DESCRIPTIO NUMMI	Vulgaris Nummi appellatio	Pondus metalli ad mensuram Bononiensem exactum	Valor Nummi intrinsecus ad moneta- tas aeta tis nostrae relatus
MDXXIX	IN . EGENORVM . SVBSIDIVM . MDXXIX . BONONIA . In area super- ne canis faciem ore tenens, Insigne Fra- trum Dominicanorum. BONONIA . DOCET . Insigne Municipii. )( S . PETRONIVS . Effigies eius sedentis.	Gabella	Argentum val. lir. 5.41.2 Pond. cer. 40.2	Baj. 7 e Den. 4
—	BONONIA . DOCET . Insigne Municipii. )( S . PETRONIVS . DE . BONONIA . Ef- figies eius sedentis.	Gabella	Argentum val. lir. 5.41.2 Pond. cer. 40.2	Baj. 7 e Den. 4
	<i>Paulus III.</i>			
MDXXXIV	PAVLVS . III . PONT . MAX . Insigne eius. )( * BONONIA . DOCET . Crux cum In- signibus Bonifacii Ferrerii Card. Leg. PAVLVS . III . PONT . MAX . Effigies eius. )( BONONIA . DOCET . Leo vexillum te- nens cum Insignibus Card. Leg. supra- dicti.	Scudo d'oro	Aurum	
MDXXXIV	PAVLVS . III . PONT . MAX . Insigne eius. ( BONONIA . DOCET . Crux, infra Insi- gnia Ioan. Morrouii Card. Leg. et Mu- nicipii.	Murajola	Met. mix. val. lir. 4.15 Pond. cer. 8	Baj. 4 e Den. 9
MDXXXVIII	PAVLVS . III . PONT . MAX . Effigies eius. ( BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenens cum Insignibus Io. Mariae Montii Card. Leg.	Bianco	Argentum val. lir. 5.41.2 Pond. une. 4f8. cer. 6	Baj. 13 e Den. 11
—	PAVLVS . III . PONT . MAX . Effigies eius. ( BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenens.	Bianco	Argentum val. lir. 5.41.2 Pond. une. 4f8. cer. 6	Baj. 13 e Den. 11
—	PAVLVS . III . PONT . MAX . Effigies eius. ( BONONIA . DOCET . Insigne Municipii.	Paolo	Argentum val. lir. 5.41.2 Pond. cer. 46	Baj. 10 e Den. 9
—	PAVLVS . III . PONT . MAX . Insigne eius. ( S . PETRONIVS . DE . BONONIA . Protome Patroni caelestis Insignibus Mu- nicipii incidentis.	Carlino	Argentum	
—	PAVLVS . III . PONT . MAX . Insigne eius.	Mezzo Carlino	Argentum	

Aetas Nummi	DESCRIPTIO NUMMI	Vulgaris Nummi appellatio	Pondus metalli ad mensuram Bononicensem exactum	Valui Nummi intrinsecus ad moneta- tas actatis nostrae relatus
M <sup>o</sup> XLVIII	)( S . P . (Sanctus Petronius) BONONIA . DOCET . Protome S . Petronii Insigni- bus Municipii incidentis. PAVLVS . III . PONT . MAX . Insigne eius. )( S . P . (Sanctus Petronius) BONONIA . DOCET . Effigies Patroni Caelestis se- dentis. PAVLVS . III . PONT . MAX . Insigne eius. )( S . P . (Sanctus Petronius) BONONIA . DOCET . Effigies Sancti Petronii stantis. PAVLVS . III . PONT . MAX . Effigies eius. )( BONONIA . DOCET . Insigne Municipii .	Gabella	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 40.2	Baj. 7 c Den. 4
		Murajola	Met. mix. val. lir. 4.45 Pond. cer. 8	Baj. 4 c Den. 9
		Sesino	Met. mix. val. lir. 4. Pond. cer. 6.3	Den. 8
	DE . BONONIA . Due claves decussatae super imminente triplici corona pontifi- cali. )( S . PETRONIVS . Effigies eius sedentis .	Quattrino	Aes	
<i>Iulius III.</i>				
M <sup>o</sup> L	IVLIVS . III . PONT . MAX . Effigies e- ius. )( BONONIA . DOCET . intra lauream .	Testone	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. 2 $\frac{1}{8}$ . 5.4	Baj. 31 c Den. 3
	IVLIVS . III . PONT . MAX . Effigies e- ius. )( BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenens .	Bianco	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. unc. 4 $\frac{1}{8}$ . cer. 6	Baj. 43 c Den. 41
	IVLIVS . III . PONT . MAX . Effigies e- ius. )( BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenens .	Carlino	Argentum	
	IVLIVS . III . PONT . MAX . Effigies e- ius. )( BONONIA . DOCET . Insigne Municipii .	Paolo	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 46	Baj. 40 c Den. 9
	IVLIVS . III . PONT . MAX . Insigne e- ius. )( S . P . (Sanctus Petronius) BONONIA . DOCET . Protome S . Petronii Insigni- bus Municipii superposita. IVLIVS . III . PONT . MAX . Insigne e- ius. )( BONONIA . DOCET . intra lauream .	Gabella	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 40.2	Baj. 7 c Den. 4
		Mezza Gabella	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 5.4	Baj. 3 c Den. 5

Actas Nummi	DESCRIPTIO NUMMI	Vulgaris Nummi appellatio	Pundus metalli ad mensuram Bononiensem exactum	Autor Nummi intrinseca ad moneta actatis nostrae relatus
MOL	IVLIVS . III . PONT . MAX . Effigies eius. )( S. PETRONIVS . DE . BO . Effigies eius stans.	Murajola	Met. mix. val. lir. 4. 15 Pond. cer. 8	Baj. 4 e Den. 9
—	IVLIVS . III . PONT . MAX . Effigies eius. )( BONONIA . DOCET . Insigne Municipii.	Sesino	Met. mix. val. lir. 4 Pond. cer. 6. 3	Den. 8
	<i>Marcellus II.</i>			
MDLV	MARCELLVS . II . PONT . MAX . Insigne eius. )( BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenens.	Carlino	Argentum val. lir. 5. 44. 2 Pond. cer. 10	Baj. 7 e Den. 3
	<i>Paulus IV.</i>			
MIDLV	PAVLVS . IIII . PONT . MAX . Effigies eius. )( BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenens.	Bianco	Argentum val. lir. 5. 44. 2 Pond. 4/8. 6	Baj. 43 e Den. 41
—	PAVLVS . III . PONT . MAX . Effigies eius. )( BONONIA . DOCET . Insigne Municipii.	Paolo	Argentum val. lir. 5. 44. 2 Pond. cer. 16	Baj. 40 e Den. 9
—	PAVLVS . III . PONT . MAX . Effigies eius. )( BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenens.	Carlino	Argentum val. lir. 5. 44. 2 Pond. cer. 10	Baj. 7 e Den. 3
—	PAVLVS . III . PONT . MAX . Insigne eius. )( S. P. (Sanctus Petronius) BONONIA . DOCET . Protome S. Petronii , infra Insigne Municipii.	Gabella	Argentum val. lir. 5. 44. 2 Pond. cer. 10. 2	Baj. 7 e Den. 4
—	PAVLVS . III . PONT . MAX . Effigies eius. )( S. PETRONIVS . DE . BO . Effigies eius stantis.	Murajola	Met. mix. val. lir. 4. 45 Pond. cer. 8	Baj. 4 e Den. 9
—	PAVLVS . III . PONT . MAX . Effigies eius. )( BONONIA . DOCET . Insigne Municipii.	Sesino	Met. mix. val. lir. 4 Pond. cer. 6. 3	Den. 8
	<i>Pius IV.</i>			
MDLX	PIVS . III . PONT . MAX . Insigne eius. )( S. P. (Sanctus Petronius) BONONIA . DOCET . Effigies eius sedentis.	Testone	Argentum val. lir. 5. 44. 2 Poud. 2/8. 5. 4	Baj. 34 e Den. 3

Aetas Nummi	DESCRIPTIO NUMMI	Vulgaris Nummi appellatio	Pondus metalli ad mensuram Bononiensem exactum	Valor Nummi intrinseca ad moneta tas actatis nostrae relatus
MDLX	PIVS . III . PONT . MAX . Effigies eius. )( BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenens.	Bianco	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. unc. 1/8 cer. 6	Baj. 43 e Den. 11
—	PIVS . III . PONT . MAX . Insigne eius. )( S . PETRONIVS . DE . BONONIA . Protome eius insignibus Municipii im- posita. <i>S. Pius V.</i>	Carlino	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 10	Baj. 7 e Den. 3
MDLVI	PIVS . V . PONT . MAX . Insigne eius. )( BONONIA . DOCET . Crux. ad eius latera Insignia Fr. Bosii Card. Leg. et Municipii.	Scudo d'oro	Aurum	
MDLXX	Insigne Pontificis Maximi , additis ad la- tera Insignibus Alexandri Sforiae Card. Leg. et Municipii , in scheda 1570. )( Leo vexillum tenens. Insigne Pont. Max. )( Insignia Card. Leg. supradicti et Mu- nicipii , infra 1570.	Mezzo Bajocco	Aes	
—	PIVS . VIII . PONT . MAX . Effigies e- ius. )( BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenens.	Quattrino	Aes	
—	PIVS . V . PONT . MAX . Insigne eius. )( BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenens.	Bianco	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. 1/8.5.2	Baj. 19 e Den. 6
—	PIVS . V . PONT . MAX . Insigne eius. )( BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenens.	Gabella	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 10.2	Baj. 7 e Den. 4
<i>Gregorius XIII.</i>				
MDLXXII	GREGORIVS . XIII . P . MAX . Insigne eius. )( S . PETRON . D . BONONIA . Effigies eius, ad latera Insignia Lactantii Lattan- zii Praef. Urbis. et Municipii.	Paolo	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 16.3	Baj. 44 e Den. 6
—	GREGORIVS . XIII . P . MAX . Insigne eius. S . PETRON . D . BONONIA . Effigies Proni caelestis, ad eius pedes Insignia Fili Marti Frangipani Praef. Urbis. et Municipii.	Paolo	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 16.3	Baj. 44 e Den. 6
MDLXXVII	GREGORIVS . XIII . PONT . MAX . In- signe eius. BONONIA . DOGET . Crux, ad eius latera Insignia Io. Bapt. Castagnae Praef. Urbis. et Municipii.	Semod'oro	Aurum	

Actas Nummi	DESCRIPTIO NUMMI	Vulgaris Nummi appellatio	Pondus metalli ad mensuram Bononiensem exactum	Valor Nummi intrinscens ad mon- tas actatis nostrae relatus
MDLXXVII	GREGORIVS . XIII . P . MAX . Insigne eius. )( S . PETRONI . DE . BONONIA . Effigies Patroni Caelestis , ad cuius pedes Insignia supradicta.	Paolo	Argentum val. Iir. 5.44.2 Pond. cer. 16.3	Baj. 41 e Den. 6
MDLXXVIII	GREGORIVS . XIII . PONT . MAX . Insigne eius. )( BONONIA . DOCET . Crux, ad eius latera Insignia Fr. Sangiorgi Praef. Urbis , et Municipii.	Seudo d'oro	Aurum	
MDLXXX	GREGORIVS . XIII . PONT . MAX . BONON . S . P . Q . B . Effigies eius. )( LEVATA . ONERE . PATRIA . Felsina.	Sendo o Felsina	Argentum	
—	GREGORIVS . XIII . PONT . MAX . Effigies eius. BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenens.	Bianco	Argentum val. Iir. 5.44.2 Pond. 1/8.5.2	Baj. 49 e Den. 6
—	GREGO . XIII . PONT . MAX . Insigne eius. )( BONONIA . DOCET . intra lauream.	Mezza Gabella	Argentum val. Iir. 5.44.2 Pond. cer. 5.4	Baj. 3 e Den. 5
—	GREGOR . XIII . PONT . MA . Effigies eius. ( S . PETRONIVS . DE . BONON . Effigies eius.	Murajola	Met. mix. val. Iir. 4.45 Pond. cer. 8	Baj. 4 e Den. 9
—	GREGORIVS . XIII . P . M . Effigies eius. )( BONONIA . DOCET . Insigne Municipii.	Sesino	Met. mix. val. Iir. 4 Pond. cer. 6.3	Den. 8
<i>Sextus V.</i>				
MDLXXXV	SIXTVS . V . PONT . MAX . Insigne eius. )( S . PETRONIVS . DE . BONONIA . Effigies Patroni caelestis , ad cuius latera Insignia Henrici Caietani Card. Leg., et Municipii.	Giulio	Argentum	
MDLXXXVI	SIXTVS . V . PONT . MAX . Insigne eius. )( BONONIA . DOCET . Crux, ad cuius latera Insignia Card. Leg. supradicti, et Municipii.	Doppia o due Scudi d' oro	Aurum	
—	SIXTVS . V . PONT . MAX . Insigne eius. ( S . PETRONIS . DE . BONONIA . Effigies eius cum Insignibus supradictis.	Paolo	Argentum val. Iir. 5.44.2 Pond. cer. 16.3	Baj. 41 e Den. 6
—	SIXTVS . V . PONT . MAX . Insigne eius.	Gabellone	Argentum	

Actas Nummi	DESCRIPTIO NUMMI	Vulgaris Nummi appellatio	Pondus metalli ad mensuram Bononiensem exactum	Valor Nummi intrinsecus ad moneta- tas aetatis nostrae relatus
MDLXXXVI	)( BONONIA . DOCET . Leo vexillum te- nens infra 26. SIXTVS . V . PONT . MAX . Effigies e- ius. )( HINC . FIDES . ET . FORTITVDO . Felsina cum vexillo aggestis armis in- sidens , infra BONONIA . SIXTVS . V . PONT . MAX . Effigies e- ius. )( BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenebas.	Seudo o Felsina	Argentum	
	SIXTVS . V . PONT . MAX . Effigies e- ius. )( BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenens. SIXTVS . V . PONT . MAX . Effigies e- ius. )( BONONIA . DOCET . Insigne Munici- pii.	Bianco	Argentum val. lir. 5.11.2 Pond. 1/8.5.2	Baj. 19 e Den. 6
	Urbanus VII .	Carlino	Argentum	
	VRBANVS . VII . PONT . MAX . Insigne eius. )( BONONIA . DOCET . Crux. ad cuius latera Insignia Alex. Peretti Card. Leg., et Municipii. VRBANVS . VII . PONT . MAX . Effigies eius. )( BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenebas. VRBANVS . VII . PONT . MAX . Effigies eius. )( BONONIA . DOCET . Insigne Munici- pii.	Doppia o due Scudi d'oro	Aurum	
	Gregorius XIV .	Bianco	Argentum val. lir. 5.11.2 Pond. 1/8.3	Baj. 4.1 e Den. 10
		Sesino	Met. mix. val. lir. 4 Pond. cer. 6. 3	Den. 8
		Sesino	Met. mix. val. lir. 4 Pond. cer. 6. 3	Den. 8

Aetas Nummi	DESCRIPTIO NUMMI	Vulgaris Nummi appellatio	Pondus metalli ad mensuram Bononiensem exactum	Valor Nummi intrinsecus ad moneta- tas actatis nostrae relatus
	<i>Clemens VIII.</i>			
MOLXXXXIII	CLEMENS . VIII . PONT . MAX . Insi- gne eius. )( BONONIA . DOCET . Effigies S. Pe- tronii sedentis.	Testone	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. 2/8.5.4	Baj. 34 e Den. 3
—	CLEMENS . VIII . PONT . MAX . Effi- gies eius. )( BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenens.	Bianco	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. inc. 1/8. cer. 3	Baj. 44 e Den. 10
—	CLEMENS . VIII . PONT . MA . Effigies eius. )( BONONIA . DOCET . Insigne Munici- pii. BONONIA in medio nummi. )( Vexillum Romanae Ecclesiae.	Sesino	Met. mix. val. lir. 4 Pond. cer. 6.3	Den. 8
—		Quattrino	Met. mix. val. lir. 4 Pond. cer. 3	Den. 4 e 1/2
MDCIV	BONONIA . DOCET . intra floream coro- nam. )( Leo vexillum tenens , infra 1604.	Quattrino	Aes	
	<i>Paulus V.</i>			
MDCXII (5)	BONONIA . DOCET . Insigne Municipii. )( MEZO . BOLOGNINO . Protome Le- onis , in scheda MDCXII.	Mezzo Bolognino	Aes	
MDCXIV	S. PETRONIVS . PROTEC . Effigies Pa- tronii ecclestis sedentis infra MDCXIII. )( BONONIA . DOCET . Felsina cum ar- morum trophaco.	Lira	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. 1/8.19.3	Baj. 27 e Den. 5
MDCXV	BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenens , cum Insignibus Mu- nicipii , infra 1615. )( S. PETRONIVS . Protome eius. BONONIA . DOCET . Insigne Municipii. )( PRAESIDIUM . ET . DECVS . Effi- gies Mariae Virginis Lucanae.	Bianco	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. 1/8. cer. 3	Baj. 14 e Den. 10
—	BONONIA . DOCET . intra lauream , in- fra Insigne Municipii. )( S. PETRONIVS . Protome eius.	Madonnina	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 10	Baj. 6 e Den. 14
—		Mezza Madonnina	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 5	Baj. 3 e Den. 5

Aetas Nummi	DESCRIPTIO NUMMI	Vulgaris Nummi appellatio	Pondus metalli ad mensuram Bononiensem exactum	Valor Nummi intrinsecus ad moneta- tas actatis nostrae relatus
MDCXV	PAVLVS . V . PONT . MAX . Effigies eius. )( BONONIA . DOCET . MDCXV . Insigne Municipii.	Testone	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. 2/8. cer. 10	Baj. 34 e Den. 8
—	PAVLVS . V . PONT . MAX . Effigies eius. )( BONONIA . DOCET . Insigne Municipii.	Paolo	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 16.3	Baj. 44 e Den. 6
MDCXIX	PAVLVS . V . PONT . MAX . BOL . XX . Insigne eius , ad latera Insignia Alois. Capponi Card. Leg. , et Municipii. )( S . PETRONIVS . PROTECTOR . Ef- figies eius sedentis , infra MDCXIX. PAVLVS . V . PONT . MAX . Effigies eius. )( BONONIA . MATER . STVDIORVM . Leo vexillum tenens , et Insigne Card. Leg. supradicti , infra 1619.	Lira	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. 4/8.49.3	Baj. 27 e Den. 5
—	PAVLVS . V . PONT . MAX . Insigne eius. )( PRAESIDIVM . ET . DECVS . Effigies Mariae Virginis Lucanae , infra In- signe Municipii.	Bianco	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. 4/8. cer. 3	Baj. 44 e Den. 10
—	PAVLVS . V . PONT . MAX . Insigne eius. )( BONONIA . DOCET . intra lauream , infra Insigne Municipii.	Madonnina	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 40	Baj. 6 e Den. 11
—	PAVLVS . V . PONT . MAX . Insigne eius. )( BONONIA . DOCET . intra lauream , infra Insigne Municipii.	Mezza Madonnina	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 5	Baj. 3 e Den. 5
<i>Urbanus VIII.</i>				
MDCXXIV	VRBANVS . VIII . PONT . MAX . Effi- gies eius , infra L. S. )( BONONIA . DOCET . Insigne Municipii , infra 1624.	Testone	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. 2/8cer.10	Baj. 34 e Den. 8
MDCXXV	VRBANVS . VIII . PONT . MAX . Effi- gies eius. )( BONONIA . DOCET . Insigne Municipii infra 1625.	Testone	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. 2/8. cer. 10	Baj. 34 e Den. 8
—	VRBANVS . VIII . PONT . MAX . Effi- gies eius. )( BONONIA . DOCET . MDCXXV . In- signe Municipii.	Paolo	Argentum val. lir. 5.44.2 Pond. cer. 16.3	Baj. 44 e Den. 6

Actas Nummi	DESCRIPTIO NUMMI	Vulgaris Nummi appellatio	Pondus metalli ad mensuram Bononiensem exactum	Valor Nummi intrinsecus ad moneta- tas aetatis nostrae relatus
	<i>Innocentius X.</i>			
MDXXXIV	INNOCENTIVS . X . PONT . MAX . Effigies eius. )( S . PETRONIVS . DE . BQN . Effigies eius.	Murajola	Met. mix. val. lir. 4. 45 Pond. cer. 8	Baj. 4 e Den. 9
	<i>Alexander VII.</i>			
MDCLV	ALEXANDER . VII . P . M . Insigne eius additis ad latera Insignibus Hieron. Lomellini Card. Legati, et Municipii. )( BONONIA . DOCET . 1665. infra 20. Leo sustinens Insigne Municipii. ALEXANDER . VII . P . M . Insigne eius. )( BONONIA . DOCET . B . P . 1655. Insignia Card. Leg. supradicti et Municipii.	Lira	Argentum val. lir. 5. 44. 2 Pond. 1/8. cer. 12	Baj. 24 e Den. 14
—	ALEXANDER . VII . PON . MAX . Effigies eius. )( S . PETRONIVS . DE . BO . Effigies eius.	Scudo d'oro	Aurum	
—	BONONIA . MATER . Leo vexillum tenens. )( STVDIORVM . Duae claves decussatae super imminente triplici corona pontificali.	Bolognino	Met. mix.	
—	ALEX . VII . P . M . Insigne eius, appositis ad latera Insignibus Hier. Faruesii Card. Leg. et Municipii. )( PRAESIDIVM . ET . DECVS . Effigies Mariae Virginis Lucanae.	Paolo	Argentum val. lir. 5. 44. 2 Pond. cer. 16. 3	Baj. 44 e Den. 6
MDCLXVI	BONONIA . DOCET . 1666. Insigne Municipii. )( PRAESIDIVM . ET . DECVS . Effigies Mariae Virginis Lucanae.	Madonnina	Argentum val. lir. 5. 44. 2 Pond. cer. 10	Baj. 6 e Den. 44

(1) Primi Bononiensium Nummi Aeris fuerunt. Anno MCXCI. signati, iure officinae Monetariae impetrato ab Henrico V. Imperatore. Huic monetae *Denaro* nomen fuit.

Argentum feriri coepit Anno M<sup>CCC</sup>XXVI, quique ex eo metallo percensus est nummus, *Soldo* vel *Bolognino grossus* appellatus, valuit XII. *Denari* seu *Bolognini piccoli*. Nummus bicec vicesima pars fuit *mī Lira*, que ideo CCXL. *Denari* seu *Bolognini piccoli* continebat. Pondus eujusque *Denaro* erant grana sex acris, ita tamen ut singulis libris aeris uncias tres argenti minus uno quadrante essent admixtæ.

Pondus *mī Soldo* aequalibat eratia novem. Metalli autem probitas haec fuit: unciae novem et *Denari* viginti argenti puri pro qualibet metalli libra. Quin vero nummus ille *Baj.* 5. *Den.* 7. *Agf* monetae nostræ comparetur, extabit valor *mī Lira Sc.* 1. *Baj.* 41. *Den.* 9.

Verum hic valor pretio Nummi intrinseco perspecto debet ad *Baj.* 97. 60. juxta peritissimum Galletum sumnum Provincie nostræ supputatorem redigi, qui anno MDCCXXXV. re omni ad examen vocata reperit *Denarios* anni MCCXXXVI. aequivalere *Baj.* 4. 88. monetae nostræ.

Ab Anno MCCCLX. ad Ann. MCCCCXXX. paullo deteriores easi sunt *Bolognini*; quippe qui habent singuli valorem *Baj.* 4. 23. tantum. Viginti huiusmodi nomina dabunt pro valore *mī Lira Baj.* 81. 60.

Jam vero facile erit ad monetam nostram referre pecuniam legatam a Gaspare quodam, cui nomen *Dalle Guaine*, in cujus supremis Tabulis per Francum Lanfrancum editis legitur, eundem reliquias *soldos* quadraginta hon. (bononenorū) de qua quantitate « pecunie et legato . . . Prior . . . debeat facere unum animadversarium . . . cum sex presbyteris. Et si contigerit heredes nolle solvere . . . gravavit dictos heredes in decem libras hon. (bononenorū) ».

Si enim cuique *Soldo* valor *Baj.* 4. 23. et cuique *Lira* valor *Baj.* 84. 60 tribuatur, quos valores nummi illi tunc temporis (ut supra videre est) obtinuerant, habebatur multiplicatione facta pro XXXX *Soldi Sc.* 1. *Baj.* 69. *Den.* 2.

(2) Dum hanc tabulam anno MDCCXXXI. excute præclis committendam typographo traderemus, nobis ab eruditissimo Caelestino Cavedonio Praefecto Musci Atestini Mutinensis renunciatum est, parvum quemdam thesaurum Rosolæ in Agro Mutinensi effossum esse, in quo præter alias quasdam argenteas monetas magnam partem italicas, mille et quadraginta duo ex iis argenteis henricianis nummis, quos hic describimus, continebantur. Quin immo vir humanius, pro singulari qua nos complectitur amicitia, catalogum nummorum cornualem, multiplicesque, quas in iis detexit varietates, nobis communicavit. Crux scilicet, quae cum in alvera tum in alvera nummi parte inscriptioni interscritur, nunc solitaria est, nunc punctum habet a dextra, sive a sinistra, aliquando puncto utrinque concluditur. Interdum pro puncto utroque aut alterutro, parvus quidam occurrit circulus, vel flos, rosa, asteriscus, rota, lunula, aut quid simile. In magno nummorum numero tres montes sibi superimpositi, aut lilia, qualia in Insignibus regum Galliae conspicuntur, cruce hinc inde comprehendunt, sive illæ officinorum monetarum notæ sint, sive potius ad Insignia civium corrum perteant, qui eo tempore, quo percussae monetæ sunt, urbi præficiabantur. Haec nobis leviter attigisse sufficiat, clarissimo Cavedonio accurateorem thesauri descriptionem relinquenter, dummodo is se pretium operæ factum existimaverit.

(3) Anno MCCCCXXXIV. contractum est aes alienum quod vulgo *Monte de' Morelli* appellaverunt.

Pecunia ad rationem Bononenorū argenteorum (*Bolognini d' argento*) supputata est, quorum quilibet ea aetate *sol.* 3. *den.* 3. 9<sup>75</sup> respondebat. Id inde eruit, quod pro centum libris bononenorū (*lire di Bolognini*) Librae 19. 42. monetae tum Bononiae obtinenter senore acciperentur.

(4) Bononius Clemente VII. Pont. Max. Bononiae percussus valuit *Den.* 13., seu quadrantes (quattrini) 6. 4/2. — Viginti Bononii continetur Libra Bononenorū Argenteorum (*lira di bolognini d' argento*) ad ejus rationem supputata pecunia est acris alieni Anno MDXXVII. contracti, ac *Monte Gabella vecchia* appellati.

Ad huiusmodi aes alienum dissolvendum Sacrum Concilium XII. Virum Litibus Iudicandis Anno MDCCXLIX. decrevit, uti valor eujusque Librae (*lira*) esset *Sol.* 21. *Den.* 8. monetae tum vulgo obtinenter. V. Decis. S. R. Rotæ coram Arostegui 4. Jol. 4<sup>749</sup>.

(5) Animadvertisendum est *mis Lira* usque ad annum MDCXIV. non veram pecuniam fuisse sed monetam *imaginariam*, seu supputatoriam, quae idcirco pro varietate valoris nummorum, quibus constabat, pretium habuit et ipsa nunc magis nunc minus.

At quam plerunque in publicis contractuum Tabulis, ubi de *Lira* quaestio occurrit, nomen quoque adscriptum reperiatur nummorum, quibus ea continebatur, ejus quoque valor supputatis rationibus facile innotescet.

Id vulgo usurpatum est ante annum MD. verum in iis, quae subseqnuta sunt tempora, vix generatum indicantur *lib.* seu *lir.* *bonon.* *mon.* *cur.* (*librae* seu *lirae bononiorum monetac currentis*).

Quod ubi accidat judicium sententia sancitum est *mis lira* ad aestimationem, quae aetate nostra obtinet, esse exigendas.

Nummi veri argentei, quibus nomen *lira*, eudi cooperant regnante Paullo V. Pont. Max. Plerique eorum notam valoris BON. XX. praefecrunt.

Valuit tune temporis argentea *lira* Baj. 27. den. 5 monetae nostrae; verum illius nummi pondus sic est paulatim imminutum, ut postremis annis sacri Principatus Alexandri VII. fere cum *Lira* aetatis nostrae, quam etiam *Piastra* et *Papetto* appellamus, fuerit exaequata.

Ab eo tempore signari quoque cooperunt aerei illi nummi, qui *mezzi bajocchi* et *bagaroni* vulgo audiunt, et quadragesimam partem *mis Lira* constituant.

# ALOYSII CALORI

DE VASIS PULMONUM OPHIDIORUM SECUNDARIIS

OBSERVATIONES NOVAE (\*).

**M**aximi quidem momenti, graviqne animadversione dignae sunt duae ophidiorum pulmonum notae ab Hyrtlio nuperrime exaratae, quarum alteram celeberrimus Georgius Cuvierus haud leviter attinxerat; alteram vero nullus adhuc ex cogitavit. Nota prior consistit in multitudine vasorum sanguiferorum, quae pulmonalia secundaria appellantur, quaeque in provinciae pulmonis membranaceae, seu vesicularis ut vocant portionem jecori contiguam dissunduntur: pulmo enim ophidiorum, ut Matthaeus Slado (†) praesensit, omnis divisus est in partes seu provincias duas, quarum una anterior instruitur trachea innumerieisque cellulis ad modum favi interins apertis, in eamque vasa pulmonalia ad cor annexa distribuuntur. A tracheae finibus generatim describitur, aut vix ulterius extenditur, sensimque in provinciam posteriorem ad tertiam quartamve ut plurimum jecoris partem anteriorem desinit: altera posterior descriptae continua appellatur vesicularis eo quod oblongae tenuissimaeque vesicae imaginem praebet. Caret cellulis, albidaque exhibit lineam a trachea ad usque fere posticam jecoris extremitatem ductam, et constantem ex frustulis longiusculis fere cartilagineis seriatim dispositis, rudimentaque

---

(\*) Sermo habitus in conventu Academiae nono Kalendas Majas an. 1840.

(†) Tractatus physico-anatomico medicus de respiratione usque pulmonum Joh. Swammerdam etc. C. IV. §. 2. p. 82. Lugd. Batav. an. 1667.

bronchi dexterri præseferentem: nam qui pertinet ad sinistrum colubrorum pulmonem, seu Nitschianum (sic enim appellant ab inventore) anterior est et evolutor, licet multo brevior. Haec provincia renes rare praetergreditur; in ejusdemque portionem jecur legemtem disseminantur, ut dictum, vasa pulmonalia secundaria ab aorta, si sermo est de arteriis, ejusque ramis in proximas partes et viscera tendentibus tracta et profecta, quae sacco, sunt verba Hyrtl<sup>ii</sup> (1), pulmonali copiosos surculos distribuunt elegantes plusquam capillares, qui vix pulmonem nacti in tenuissimas propagines fatiscunt, quorum mutua anastomosis rete speciosum areolis polygonis fere regularibus interceptum efficit. — Rete illud polygonum arteriis pulmonariis secundariis conflatum non per se clausum est, sed cum retibus vasculosis ab arteria pulmonali primaria productis manifeste unitur. Sub haec veniens ad venas ait « Quid autem cum venis? An venae etiam ad venam pulmonalem primariam et inde ad cor abeunt? — Non ita! Venae enim, quae ex hac pulmonis sphaera emergunt, ad venam portarum abeunt, quae illas ob viciniam et situm maxime commodum quasi allicere et invitare videntur ». Quae doctrinae cum Cuvieranis porro collatae inter se maximopere differunt. Cuvierus enim statuit venas secundarias confluere in venam cavam posteriorem » les veines, qui répondent à ces artères, se rendent immédiatement dans la veine cave (2) » ibique fieri primam sanguinis arteriosi cum venoso commixtionem, quae postea in corde absolvitur. Hyrtlius autem hujusmodi sanguinis commixtionem perfici in vena portarum, neque cum præcipua in corde efficienda, sed cum jecoris functionibus intimum nexum habere. Nota posterior deprompta est a præsumpto vasorum defectu in ejusdem provinciae vesicularis portione, quae trans hepar incolit, et a renibus saepe contenta caeco fine terminatur « Membranis serosis, (3) sic ille, omni intuitu aequiparanda, va-

(1) *Strena anatomica de novis pulmonum vasis in Ophidiis nuperim observatis rerum gnaris oblata a Josepho Hyrtl. Pragae 1837.* Typis filior. Theoph. Haase p. 13 et 14.

(2) *Leçons d' Anat. comp. de Georgio Cuvier Paris 1805. T. IV. p. 387.*

(3) *Strena anat. ec. p. 15.*

sis sanguiferis omnino caret, quippe quae in felicissimis injectionibus dum reliquarum partium impletio optime votis successit ne minimum vasis cuiusdam vestigium exhibet, et ideo aeri atmospherico recipiendo aliosque in usus custodiendo potius, quam sanguini venoso inde oxydando destinata esse videatur. Evicta hac pulmonis in parte inferiori *στραγγεῖα*, non paradoxum amplius fore spero, amphibia, quibus respirandi minus languet, tamen pulmones insigniter evolutos habere — Haec evolutio ad solam formam spectat, et functionis vitalis energia eo magis torpet, quia vasorum praesentia, quae pulmonum tamquam organorum haematopoeticorum characterem efficit, in notabili ejus ambitu penitus desideratur.

Huc usque spectant observationes et doctrinae Clarissimi Hyrtl, in quibus quanta sint momenta ad Ophidiorum accioniam explanandam, nemo profecto non videt. Quapropter unusquisque fatebitur anatomes et physiologiae cultores ad illas dignoscendas et probandas vehementer incumbere, earumque examen perquam diligenter trutina castigare debuisse. Ast contra accedit. Unus Verga (1), ut notum est, de illis mentionem fecit, sed quemadmodum res postulabat, non investigasse videtur, quamvis eis sive in adjunxerit affirmans se in colibro natrice easdem partim comprobavisse: de portione vero, cui vasa ab Hyrtlio denegata sunt, minimè disquirit, ni forte ad hanc animum adverteat in Cuvieriana provinciae vesicularis cum aeris avium cellulis comparatione repetenda atque trutinanda. Cum ita res se haberet, mihi jam gravitate argumenti, novarumque inquisitionum necessitate permoto facile persuasi, ut, dum observationes Hyrtlianæ accuratius iterassem, tempus non in cassum collocavisse; quin etiam in spem ad ductus fui me aliquid, maxime in portione provinciae vesicularis infra jecur sita, pro scientiae usu deprehendisse. Comparatis itaque omnibus, quae ad hanc rem pertinerent, collatio nempe majori quam possem genequum et specierum ophidiorum indigenorum numero, injectionibusque quamplurimis institutis,

(1) Giornale delle scienze medico-chirurgiche di Pavia. Fascicolo di Giugno p. 211-212. Fascicolo di Luglio e di Agosto p. 42. anno 1838

ut copia et varietas rerum, circa quas meae investigationes versarentur, suppeterent, ad pulmones horum amphibiorum perlustrandos totus fui. Vix dum opere suscepto, comperi omnia indiscriminatim ophidia idonea non esse: angues enim, ut habent pulmones assimiles iis, quibus reliqui reptilium ordines instruuntur, a re plane aberant, absuntentque fortasse caeteri serpentes, qui anguum more duplice pulmone gaudent, simul atque vesica urinaria ad minia sacci allantoidei obvinda, neotericorum sententia, comparata. Sin angues ad rem minus spectabant, omnibus tamen ut cum maxime sufficiebant species colubrorum indigenorum et coluber berus, quare in eos perscrutandos totam curam intendi; nec multum absuit, quin in ea provinciae vesicularis portione, quae jecur attingit, observaverim et ipse primum in colubro Aesculapii, et atro-viridi, posterius in colubris reliquis et in vipera communi mirum et singulare phoenomenon ab Hyrilio et Cuviero prolatum, vasa nempe pulmonis secundaria hic cum aorta arteriisque ab ea suppeditatis, illic cum vena portarum, aut cum ramis in eam confluentibus communicantia, et sic, quod ad vim et dispositiōnem attinet, comparata, ut adumbrantur in figura strenae anatomicae Hyrtlīi adjuncta, quam ob oculos vestros, S. P., pone-re studui. Atque, ut de eorum existentia, ita de qualitate dubium in animo haerere potest, cum injectionibus tantummodo peractis per aortam statim supra cor, et per venam cavam posteriorem statim infra cor ultimos arteriae pulmonalis primariae ramulos, unaque radices venae homologae implere mili datum sit: quod indubias reddit anastomoses vasorum secundariorum cum vasis pulmonalibus primariis, ut ex harum praeparationum prospectu clarissime patet. Quibus autem anastomosibus quae ad arterias pertinent, conspectiores evadunt, atque in oculos facile incurruunt statim ac jecore sinistrorum tracto, et vesiulari pulmonis provincia nudata, vasa arterica jam ante felici injectione oppleta prosequamur. Nec arteriolas solum per provinciam vesicularē sejunctas ac diffusas, verum etiam truncos, e quibus ipsae oriuntur, cum arteriae pulmonalis primariae ramis copulatos deprehendimus; quin imo haec ipsa arteria, seu ramus ejus descendens non omnes, in quas finditur, ramifications tantum pulmoni, sed et proximis partibus tribue-

re videtur: ipse enim saepe saepius vidi in vipera communi et speciatim in colubro natrice ex ea quosdam ramos aut directe jecur permeantes, aut arteriae hepaticae circum venae portarum truncum ludenti arteriisque intercostalibus superioribus ab aorta tractis sese inserentes proficiisci. Quae anastomosiam et distributionis ratio, ut satis superque evincit praecepua pulmonium vasa nutritionis munere, jam e naturae legibus, quoque fungi, item vasa provinciae vesicularis non modo nutritia, sed pulmonalia etiam esse confirmat. Et jam Hyrtlus ad haec designienda potissimum ex vasorum secundariorum anastomosisibus cum vasis primariis argumentum deduxerat(1): nam ni essent vasa haematosis functioni attributa cum vasis pulmonalibus primariis neutriquam communicarent, quini is in nota vasorum bronchialium nullum anastomosium commercium cum vasis sanguificationi inservientibus illo modo contineri censuerit. His exploratis, quae de pulmonis portione jecori contigua ab Hyrtlio tradita sunt, investigationes et experimenta ad reliquum pulmonem, tum praesertim ad portionem provinciae vesicularis trans jecur incolentem et exanguem habitam continuo convertere statui eo quod procul a vero esse duebam vasis hanc omnino careare. Asfirmaverat Hyrtlus in provincia superiori, quae a trachea appellari potest trachealis, nullum reperiri vasculum, quod e praecepuis vasis pulmonalibus non procederet: ex quo traxerat et alterum argumentum ad vasorum secundariorum ut-pote pulmonalium significationem (2) confirmandam. Quod si in ea haec vasa desiderantur, insunt tamen communicationes quaedam minus faciles perspectu inter retia a vasis pulmonali-

(1) Strena Anat. p. 17. Sic Hyrtlus alloquitur » Arteria pulmonalis vera seu cardiae ramifications suas unice in parte pulmonis suprema divaricat, et cum retibus vasorum nostrorum manifesta anastomosi communicat, id quod scopo eorum nutrienti supposito directe adversatur. «

(2) Strena Anat. I. c «c. Vasa nostra, de quorum charactere determinando nunc agitur, solummodo medium pulmonis provinciam accedunt, extremas vero intactas lingunt; quam ob causam difficile certe explicatu foret, quare suprema praecepue pulmonis pars reliquis respectu structurae et organisationis multo complicatiōr vasis nutrientibus egeret. »

bus constructa et surculos exilissimos e vasis circum tracheae anulos ludentibus pullulantes (Tab. XXXIX fig. 2). Verum si quis eos vasa bronchialia putaret, graviter, mea sententia, decipereatur: siquidem tanta eorum exiguitas est, ut dictam provinciam nutritre hand sane possent; aortae enim vero et venarum cavarum injectionibus optime successis, nonnullae tantum cellulae provinciae trachealis vasis anterius pingebantur, reteque elegans praebabant, jam vacuis praecipuis vasis pulmonalibus: quod facilius in colubro bero, quam in reliquis serpentibus mihi memini factum esse. Quamobrem omnibus amotis, quae vasorum bronchialium suspicioni locum dare possent, concludendum est nihil aliud agi nisi de communicationibus vascularibus, nescio qua naturae providentia, ibi institutis cum vasis pulmonalibus, quae ab iis, quas in eunt arteriae intercostales aorticae superiores, et arteria hepatica cum ramis arteriae pulmonalis principis, vix differunt. Sed de his satis. Nunc ad portionem provinciae vesicularis trans jecur sitam veniamus. Haec postrema inquisitio multi operis atque laboris fuit: nam cum crederem felicis eventurum quod aggrediebar, si vastiores colubri injectionibus subderentur, haec mea sententia effecit, ut de recta via emoverer, tempusque in meis inanibus experimentis tererem, quia colubri ingentioris corporis cum essent et proiectiores, dupli- ci modo optatum exitum impediabant, tum quod materies injectionis per ampliorem extensionem erat distribuenda, tum quod vascula ad eam recipiendam fortasse minus accommodabantur. Re quidem vera in colubro Aesculapii, in atro-viren- te, et quibusdam colubri natricis varietatibus longitudinem quatuor sere pedum bononiensium attingentibus quodlibet ex-perimentum frustravi, quamquam maximam diligentiam et subtiliores injectiones adhibuisse: e contra in juniori colubri natricis et viperini (1) individuo, nec non in colubro bero injectiones ita mihi successerunt, ut, quod in votis jamdudum

(1) In colubro viperino juniore ad sequiorem sexum pertinente haec portio provinciae vesicularis trans jecur sita parum evoluta est, nec renes attingit; in ea, nulla quoque praevia injectione, quoddam reticulatum cernitur.

erat, eo tandem compos essem. Portio igitur pulmonis antedicta, quae prorsus exanguis erat adjudicata, crebris multisque vasis elegantissime inducta in hujusmodi serpentibus obtutui meo sese offerrebat. Quae vascula, ut in hisce praeparationibus et in fig. 1. Tab. XXXIX inspiciatis, non minori proportione, quam in provinciae vesicularis portione ad jecur spectante, circumfluunt et abundant, sieque disponuntur, atque inter se ipsa copulantur, ut congeriem polygonorum irregularium praeserentium similitudinem vetustissimarum constructionum, quas vocant architectones saturnias, sive iucertas, moliantur. Haec porro societate junguntur cum iis, quae portione superiori provinciae vesicularis, ea nempe quae jecur attingit, intexta sunt, totumque continuum constant sibi metipsi haud absimile; et, si qua dissimilitudo inest, in eo reperiri tantum potest, quod magis in portione ad jecur spectante, quam in portione trans jecur locata polygonorum ratio se ad normam eorum, quae extant in provincia tracheali, conformare nitatur. Caeterum hae binae portiones tum hac ratione, tum reliquis notis differunt a provincia tracheali, in qua polygona, ut videre licet in allata figura, ordinatim disponuntur. Quae autem differentia perire magis ad configurationem et generalem structuram, quam ad texturam, atque specie potius constituta esse, quam in re ipsa videtur. Quod compertum habui particulam provinciae vesicularis, ac cellulam provinciae trachealis microscopio perspiciens: ex quo consequitum est, ut singulae eamdem artificiosi operis mirabilisque vasorum vim testatae sint. Fontes tandem, e quibus ducuntur vasa in portionem provinciae vesicularis trans jecur sitam permanantia, iidem sunt ac illi, qui portioni, quae jecori comitantur, vasa sufficiunt, aorta nempe, arteria hepatica, arteriae intercostales, intestinales etc: verum si fuerit sermo de venis, influunt et ipsae in ramos venosos sese in portarum venam exonerantes. Quibus omnibus probatum est hanc insimiam pulmonis portionem vasis sanguiferis quoque scatere, ideoque vero absonum esse, quod Hyrtius senserat de mysticis ejus functionibus, deque insigni ophidiorum pulmonum evolutione ad solam formam spectante; nec insuper video, ut observationibus enarratis sententia Cuvieri bene congruat, quod minimus sanguinis portio jam per corporis arterias fluens ac

denuo appetens aerem atmosphericum ita minima sit, ut nobis declarat (1); nam cum conciperentur, simulque computarentur haec omnia vascula provinciam vesicularum pervadentia, consequeretur, ut eorum summa fere eam aquipararet, quae deduci potest a computatione superficie exterioris provinciae trachealis, sed haec magis magisque extenditur propterea quod in sepimenta quamplurima interius assurgit, innumeratasque cellulas superficiem haematosi attributam mirum in modum dilatantes efformat; verum, hae cum absint a provincia vesiculari, efficiunt, ut haec evadat minus extensa, ideoque persundatur minori sanguinis copia, quae, quantulacumque esse videatur, tam exigua non est, ut minima dici debeat, sed, pro portione, ni fallor, parum distat ab ea, quae provinciam trachealem permeat, dummodo ne sanguinis pars ad ejusdem cellularum sepimenta pertinens supputetur.

At enim quaeret aliquis: suntne porro vasa istaec haematosi, ut asseris, an vero nutritioni destinata? Suntne Hyrtlii argumenta eorum definitionem ut pulmonalium evincunt? Nonne Meckelio (2) edocti jampridem fuimus in pulmonum substantia anastomosibus inter vasa nutritionis ad invicem et sanguificationis locum fieri? Et quisnam de earum existentia dubitabit, cum in iis, quibus arteria pulmonalis multo ante quam vita defuisse, erat aut valde contracta aut fere obstructa, earum auxilio (3), sanguinis circuitus in pulmonibus nec cohiberi nec interrumpi potuerit? Praeterea, cum istiusmodi vasorum fontes exploreimus, clare patet non esse nisi vasa nutritia: sunt enimvero ut his, ita vasis provinciae antedictae pulmonalibus

(1) Op. c. Toin. IV. p. 337-338. En verba Cuvieri » une portion du sang qui a pris le chemin des artères du corps est soumise de nouveau à l'action de l'élément ambiant, mais cette portion est bien petite ».

(2) *Manuale di Anat. descrit. e pat. di G. F. Meckel ec. versione italicica con note di Giambattista Gaimi.* Milano 1826. T. IV. p. 336. — V. etiam *scenographiam arteriarum corp. hum.* F. L. Flischmann Erlangen 1837 et in vernacula linguam a me translatam atque Bononiae an. 1839. editam typis Emyglie ab Ulmo.

(3) Meckel l. c. In hisce circumstantiis vasa bronchialia et praecipue arteriae erant admodum dilatatae.

habitis ab aorta arteriisque ab ea suppeditatis origines, et, quod plurimi resert, longissime a corde; at neminem praeterit arterias pulmonales seu ex hoc viscere, sive ex arcibus aorticis in eo sere loco, e quo arteriae brachiales etiam oriuntur, proficiisci. Si hujusmodi notis arteriae pulmonales distinguuntur, cur inter has adscribendae erunt, quae per provinciam vesicularem diffunduntur, si omnibus hisce notis carent, easque omnes contra retinent quae sunt vasorum nutritiorum? Vasculares autem communicationes in provincia vesiculari deprehensae sane demonstrant naturam in ophidiis vasorum bronchialium restorationem conari, ideoque ramos ex collaribus arteriis, seu potius aesophageis profectos, superque tracheam perrepentes, atque anastomosis cum surculis arteriae pulmonalis inextintes, ipsiusmet tracheae anulorum nutritioni datos esse censendum: quod satis evincit vasa bronchialia universis reptilibus naturam plane et omnino haud denegavisse; at ni ex toto denegata sunt, nemo, ut opinor, dubitatur erit, quin et arteriae per provinciam vesicularem diffusae potius fuerint nutritioni, quam haematosi assignatae. Postremo, ubi res in hanc sententiam accipiatur, tum amplius admirandum non est venas e dicta pulmonis provincia emergentes sese in portarum venam, seu ramos in ipsa influentes immittere: cognitum enim, auctore Jacobsonio, habemus venam portarum reptilium destinatam esse non solum ad sanguinem refluum ex visceribus chylopholis, verum etiam ex aliis partibus organisque receptandum; et quod attinet ad ophidia, ad eam multum sanguinis e renibus organisque genitalibus internis atque muscularis intercostalibus et vertebrarum respondentium, nec non e rete subcutaneo manantis per canales anastomoticos perlabitur, in eamque confunditur. Ex quo conjectari potest, quod venae a dictis fontibus, e quibus in mammalibus ortum dicit truncus venae azygæ, derivatae, prout in ophidiis hacce vena destinatis ad portarum venam profluent, ita huic venae officia azygæ attribuere licet: ast vena azyga bronchiales venas in vertebratis superioribus recipit; venae igitur, quae e pulmonis vesiculari provincia evadunt, si in ramos venae portarum, aut directe in portarum venam ipsam abeunt, si haec vena sit etiam commune venarum ad azygæ trunci formationem con-

currentium recipiens, cumdem insertionis locum eamdemque dispositionem ac venarum bronchialium mammiferorum fere observant. Quod praebet gravissimum argumentum ad carum significationem statuendam: nam si essent venae haematosis ant in eorū aut in cavam posteriorem, quemadmodum docti eramus a Cuvierio, confluere debuissent: at res, ut dictum, se aliter habet: ergo et venae sanguinem a provincia vesiculari reventientes non secus ac arteriae, quibus ipsac comitantur, nutritiae putandae sunt.

At vero ad haec objecta ea, quae sequuntur, respondebo. Ut vasa bronchialia cum pulmonalibus iteratas ineant anastomoses, pro quibus iis datum sit haec vitio organico admodum contracta et pene obstructa in quibusdam rarissimis circumstantiis quasi supplere, hoc certe nihil aliud probaret, nisi quod Hyrtlius, vel istiusmodi anastomosum existentiam, ut suam tueretur opinionem, silentio dissimulavit, vel inficiatus est: probat deinceps, nisi fallor, vasa bronchialia minus sanguificationis functioni extranea esse, quamvis a praecipuo eorum scopo in pulmonum nutritione posito aberrent. Si vasorum pulmonalium obstructione aut coartatione natura diligens sollersque providit, ut, ne circulatio media ut vocant consistenter, suo unaque haematosis munere vasa bronchialia in homine fungerentur, cur tantum erit dubium in admittendo pulmonalia esse vasa provinciae vesicularis pulmonis ophidiorum, si haec provincia distinctis vasis nutritiis et pulmonalibus vacat, et sic provisum, ut vasa reptilium pulmones pervadentia tum sanguificationi, tum nutritioni deservirent? Nullum sane; nam siquid esset dubium de hoc, deberet et esse de functionis vasorum pulmonalium translatione in vasa bronchialia; sin minus id repugnat, item repugnare non potest vasa provinciae vesicularis nutritia simulque pulmonalia esse. Nec amplius ad eorum significationem diluendam plus vallet existentia quorumdam surculorum a vasis collaribus ad provinciam trachealem se conferentium. quippe surculi hi non sunt dissimiles vasculis anulos tracheae aliorum reptilium, ut anguis fragilis, testudinum, et lacertarum indigenarum, perreptantibus, eamque procul dubio nutrientibus, quae profecto in vasa bronchialia censita non sunt, quia substantiam pulmonalem minime pertingunt. Sed cum in colubris, viperisque etc.

trachea anularibus segmentis superius interruptis, scilicet annulum nequaquam complebitibus constet, cumque istiusmodi defectum suppleat non ut in homine aliisque vertebratis stratum aut carneum aut membranaceum, verum ipsiusmet pulmonis celllosa membrana (ni forte ipsa membranacea anulorum portio putetur in pulmone in conversa) factum est, ut ob viciniam vasculares tracheae surculi antedicti cum surculis evasis pulmonum pullulantibus copularentur. Quae autem copulatio fortuita plane videtur, comparandaque est, ut jam admonui, cum ea, quae inter ramos arteriae pulmonalis et arteriam hepaticam aut intercostales aorticas superiores sit; nec probat deinceps vasculares surculos memoratos esse vasa bronchialia, quamquam ipsi in horum vasorum specie insint, horumque rationem eos pene dices conari. Atque ut etiam cederemus ex hujusmodi copulatione inferri posse horum surculorum utsiote bronchialium disinitionem, haec tamen fieret omnino inverisimilis statim ut eorum numerus, incessus atque distributio perspicerentur; nam cum perexigui sint, nec ultra anularia tracheae segmenta admodum diffundantur, neque substantiam pulmonalem penetrant, non differunt, ut innui, ab iis, qui in trachea aliorum reptilium inveniuntur, quique pulmonis nutritioni haudquam praesunt. Quamobrem, ut in praedictis reptilibus vasculares tracheae surculi propterea quod ad usque pulmones non pertinent, a nemine quidem uno pro vasis bronchialibus habentur, ita hujus significationis ratio in ophidiis improbanda est, licet cum surculis vasorum pulmonalium anastomoses contrahant, propterea quod etiam in iis pulmonem non pervadunt. E quibus consequitur, ut ophidiis, sicut reliquis reptilibus, vasa bronchialia plane et omnino denegata sint, atque insuper vascularibus tracheae surculis nihil extenuationis sit ad vasa provinciae vesicularis definienda, ut pulmonalia; quin imo cum his comparari nequeant; quod facile intelligitur, si eorum quaminima per hanc provinciam diffusio perspiciatur, ejusdemque substantiae intima penetratio, et reticulata dispositio ei sane conferenda, quae cellulosis provinciae trachealis inest, ideoque nulla cum pulmonalibus vasis praecipuis essentialis dissimilitudo. Accedit eo quod vasa provinciae vesicularis, quamquam e proxinis truncis va-

scularibus more modoque vasorum, quae disseminantur per organa et viscera circumjecta, orientur, quasdam tamen relationes consensusque vasculares instituant, pro quibus minus a vasorum pulmonalium indole procul abesse existimandum. Et vero, quam vasa, quae per provinciam vesicularem diffunduntur, in pulmonalia, ut jam definitum est, accipi velint, nexus ille mirabilis, quo organa respiratoria cum organis motibus, per quos de alio in aliud locum transferimur, inseruentibus devinciuntur, magis magisque nobis aperitur, et confirmatur. Et jam arteriae istiusmodi provinciae magna ex parte ab intercostalibus procedunt, ab iisdem scilicet fontibus a quibus derivantur arteriae, quae in artus distribuuntur; namque ophidia, cum artibus destituta, aut artuum vestigiis, ut dicam, aliquando instructa sint, ad humum perpendulum e natura sunt adacta, quod auxilio costarum, et scutorum praeципue ventralium, quae, tamquam ungulae mobiles seriatim dispositae, mihi videntur habenda esse, unaque muscularum, qui et scutis et costis adnectuntur, maxime perficiunt. Atqui arteriae intercostales, cum omnes hasce partes pervadant, desinantque in rete subcutaneum mirabilissimum sese totum ad squamarum scutorumque configurationem ac dispositionem singens (1), munus, seu vices arteriarum, quibus organa motus voluntarii impertiuntur, perspicue gerunt. Quibus omnibus animadversionibus, si addamus provinciam vesicularem non esse pulmonis additamentum sive organum pulmonale problematicum, ut aeriac avium cellulae et natatoria piscium vesica, cum quibus illa comparata est, sed partem ophidiorum pulmonem constituentem, cellulam nimirum pulmonalem valde ampliatam, quae bronchi vestigium exhibet, atque ei analoga est, quae sinistrorum ad fines tracheac in colubris deprehendit, quaeque pulmonis Nitschiani rudimentum praesefert, tum magis allata ejus vasorum significatio elucebit, et nihil amplius dubii ad eam approbandam in animo haerere poterit.

---

(1) In hoc rete venae minori diametro donatae sunt quam arteriae (fig. 3. Tab. XXXIX). Haec circumstantia mihi videtur rationem reddere maximae vis reproductive cutaneae ophidiorum, et repetitae renovationis annualis putaminis etc.

Postremo analogiae venarum provinciae vesicularis cum ramis venae azygæ, nec non hypothesi, in qua hujuscemodi venae, venaeque portarum fusio in una continentur, ob dictas rationes adstipulari nequeo, et facile in sententiam eorum, qui ratam habent commixtionem sanguinis arteriosi cum venoso in vena portarum, concurro. Quod vero phænomenon non ita, ut quisquam primo intuitu suspicari posset, theoriam, quae nunc de bilis secretione in honore est, adversatur; siquidem istiusmodi secretio, ut perficiatur, sanguinis venosi opportunitatem haud semper desideret, illique sit locus etiam cum vena portarum neve existat, neve per jecur diffundatur, ut in invertebratis, ex. gr. in molluscis, quibusdamque vertebratorum superiorum monstris observatum est. Super haec, si vera essent quae a Waltero accepimus, minores nempe hepaticae arteriae hominis ramos, qui venae portarum ramifications amplexantur, sanguinem in hasce ipsas partim effundere, tum fieret, ut acina jecinoris sanguis mixtus pervaderet, proindeque materia, pro bilis secretione a sanguinis arteriacæ hepaticæ venaeque portarum commixtione, ut in ophidiis, educeretur. Atque ut haec omnia, quae nemo unus ignorat, missa fieri vellent, ad meam tamen sententiam tuendam animo occurrit argumentum non adhuc excogitatum, quod satis superque evincit, quantum ad organisationis, functionisque animalium varietates, ac anomalias gravissimas explicandas embryologia conferat, et quomodo saepe comprobetur, conditiones embryologicas et foetales vertebratorum superiorum in inferioribus permanentes representari. Jam magnus Hippocrates statuerat umbilicum humani embryonis respirationis vicem supplere, sententiamque a divo sene profectam Aristotiles, Galenus, Everardus etc. jam repetiverant: sed Majowius (1) ante omnes eam confirmavit, et tandem definivit placentam esse non jecur, ut sni aevi anatomici et physiologi opinabantur, sed pulmonem uterinum, ad quem sanguis per arterias umbilicales trajectus confluit, ibique aptioribus elementis ad vitam foetalem sustinendam, et nu-

---

(1) V. in Bibl. Anat. Mangeti T. 1 pag. 1064. Genevae 1799. Iohannis Mayow Tractatus de respiratione foetus in utero et ovo.

tritionem conservandam imbutus per venam homologam ad foetum remeat: in avibus autem placentae analogam dixit eam ovi membranam plurimis vasis refertam, quam neoterici sacrum allantoideum vocant (1). Haec opinio, quae usque ad nostram viguit aetatem, et in quam doctissimi viri quotidie magis ac magis descendunt, cum re proposita adamussim congruit; vena enim umbilicalis, quae ex allantoide aut placentae sanguinem eduxit ad arteriosi, saltem quod ad munera attinet, qualitates accedentem, atque in avibus eo, quem continent arteriae umbilicales, floridiorem, cum ad portas jecinoris pertinxerit, exoneratur partim in jecur et in venam portarum, partim per ductum Arantii in venam cavam posteriorem; in hisque duobus venis fit mixtio sanguinis arteriosi cum venoso illi non absimilis, quam in vena portarum et in corde ophidiorum deprehendimus. Sanguis igitur per jecur fluens atque acina appetens mixtus dicendus est, ab eoque bilis secernitur, quae porro in foetu minori copia, spissitate, colore, et amaricie, quam in adulto donatur; neque iccirco a characteribus bilis ophidiorum procul abest, in quibus tamen paullo colorationem amarioremque nec non spissiorem et copiosiorem deprehendi confitendum est; quod quidem in colubris indigenis et colubro bero tam cum ductibus hepaticis exillissimis, plexuosis, neque omnibus cum cystico conjunctis, quam cum exiguitate vesiculae felleae ejusque ductuum et choledochi congruere affirmandum. En igitur S. P., redactum, ni fallor, ad foetalem multorum vertebratorum typum phoenomenon, quod in magnam admirationem animos traduxerat, fueratque ab Hyrtlio singulare et sine pari habitum. En inter pulmonem et jecur ille nexus, qui videbatur inexplicabilis, per embryologiam enodatus; ideoque nihil amplius impedit, quominus allata vasorum provinciae vesicularis significatio admittatur, quin etiam probabiliori phoenomeni interpretatione ad eam recipiendam coacti sumus. Atque hic incurrire possent novae utilesque quaestiones de ratione et nexu phoenomeni cum ophidiorum aconomia, nimi-

---

(1) Traité élément. d'anat. comp par C. G. Carus. Trad. de l' allem. per Iourdan. Paris 1835. T. 11. p. 480 Vid. etiam tabul. illustrantes ejusdem auctoris.

rum de munere, quod provincia vesicularis, cum ob ingenium corporum deglutitionem provincia anterior valde comprimatur, et digestio conficiatur, atque animal complectatur hybernus torpor, fortasse praestaret; et insuper de causis, cur istiusmodi organisatio reliquis reptilibus, tum speciatim angibus deuegata sit, ac denique quantum conjectura auguri licet, an ipsa defectum vesicae urinariae post Towsonii observationes et experimenta pro organo respirationis succedaneo in quibusdam amphibiis habitae rependeret. Sed hae perdifficiles et perobscurae quaestiones, quae absque dubio ad agnitionem animi pulcherrimae essent, et ad promovendam ophidiorum physiologiam necessariae, licet ad rem pertineant, verum ab iis, quae mihi proposui, tamen evadunt. Caeterum, in hac cognoscendi ratione, ad eas declarandas non sufficerem, easque praestantioribus ingenii facile comitto, cum mihi satis superque habeam demonstrasse, per totum provinciae vesicularis ambitum vasa diffundi, eaque pulmonalia definienda, ac ideo aerem in infima hujus provinciae portione respirationi, in Hyrtlii sententiam, destinatum esse, ac denum gravissimum mixtionis sanguinis arteriosi cum venoso in vena portarum phœmenon ad normam circulationis fetuum mammalium, aliorumque vertebratorum comparari.

## EXPLICATIO FIGURARUM

---

### TABULA XXXIX.

*Figura 1. (ex colubro bero)*

Haec figura destinata est ad demonstrandum, quomodo vasa in provincia vesiculari tum speciatim in ejus portione infra jecur sita intexta sunt. Adumbrata est etiam portiuncula provinciae trachealis, cor et praecipua vasa cordi annexa, jecur et reliqua visceria quae dictae provinciae vesiculari colligantur.

- a,a* portio pulmonis a corde usque ad renes porrecta ex latere dextero, et inferius prospecta.
- b* portiuncula provinciae trachealis.
- c* portio respondens tracheae in apicem seu mucronem desinentis.
- d,d'* provincia vesicularis, *d* portio jecori contigua, *d'* portio infra jecur locata.
- e* vestigium bronchi unici; in colubro enim bero rudimentum pulmonis dexterter seu Nitschiani desideratur.
- f* dimidium dexterum jecoris sinistrorum tracti et a facie intrinseca aut superiori cava spectati.
- g* cystis fellea.
- h* portio appendiculum omentalium.
- i* gulae portio.
- k,l* portio tubi digerentis.
- m* cor sinistrorum tractum.
- n* ventriculus unicus.
- o* sinus venosus dexter.
- p* sinus venosus sinister.
- q* cava posterior.
- q'* truncus venosus, qui postquam emensus est medianam gibbam jecoris faciem, accepitque venas hepaticas admodum multas, et venam portarum, totum continuum efficit cum vena cava posteriori respondetque hujus portioni, quae per isthmum jecoris discurrit.
- r,r* vena portarum in venam cavam posteriorem influens. Haec, communicatio analogiam, ni fallor, instituit cum insertione in cava ascendentis venae onfalo-mesentericae.
- s* vena jugularis seu cava anterior dextera.

- t truncus venae pulmonalis principis.  
 u ramus ejus anterior.  
 v Ramus ejus posterior.  
 xx Nonnullae venulae pulmonales secundariae communicantes cum  
     vena portarum et cum ramo posteriore venae pulmonalis prin-  
     cipis.  
 yy etc. venae praecipuae in portarum venam influentes, quae in-  
     numeras venulas pulmonales secundarias accipiunt, quaeque  
     exactissime in colubro Aesculapii adumbratae sunt ab Hyrtlio.  
     Incessus harum venarum hic conspici non potest: oporteret e-  
     nim pulmonem sinistrorum inspicere.  
 zz venulae pulmonales secundariae, quae per portionem provinciae  
     vesicularis trans jecur incoletem diffunduntur  
 11 areus aortae, et truncus hujus arteriae descendens, qui per pro-  
     vinciam vesicularem pellucentem transmittitur.  
 2 arcus alter seu aorta adscendens.  
 3 arteria collaris.  
 4 arteria vertebralis.  
 555 arteria hepatica.  
 666 etc. rami hepaticae qui disseminantur per provinciam vesicularem  
 7777 etc. rami arteriarum intercostalium in eamdem diffusi.  
 8 truncus arteriae pulmonalis principis.  
 9 ramus ejus anterior  
 10 ramus ejus posterior.  
 11 ejus divisio in ramum dexterum et sinistrum.  
 12 ramus dexter communicans cum hepatica.  
 13 ramus sinister cum arteriis intercostalibus copulatus. Ambo rami  
     saepe saepius cum rete vasorum pulmonalium secundariorum  
     anastomes contrahunt.

*Fig. II. (Ex colubro bero.)*

Sistit frustum pulmonis felici injectione oppletum, pertinens ad medium  
     provinciae trachealis. Frustum hocce a superiori per longum dis-  
     sectum, et super vitrum extensum est. Segmenta anularia tra-  
     cheae evadunt complanata. Ab exteriori et inferiori perspicitur.  
 a. a vas obtruncatum super segmenta anulorum tracheae hic compla-  
     nata scandens, quod  
 bbb ramos mittit anastomosim ineuntes cum  
 ccc rete polygono vasorum pulmonalium cardiacorum.  
 d ramuli profecti ab rete dicto, qui super tracheae anulos perbellie  
     ludunt, ac saepe saepius copulanter cum sureulis a vase aa  
     suppeditatis, nec non cum rete per eos ipsos extracto.

*Fig. III. (ex colubro bero)*

Exhibit frustulum cutis ab interioribus prospectum cum rete se ad squamarum et scutorum configurationem fingente.

*aaa* squamarum et scutorum impressiones.

1.1.1.1. arteriae. Adnotandum est eas arterias, quae ad frustuli sectionem tam a dexteris quam a sinistris conspiciuntur, divisas esse: nam totum continuum instituebant; eas autem, quae ad tertiam squamarum seriem deprehenduntur, esse ramos arteriarum intercostalium abscissos.

2. ramuli venosi abscissi, qui ad venam juxta spinam dorsi decurrentem pertinent.

3. venae alterae quae viam sibi faciunt per musculos, inque corum venas confluunt.

4. 4. venae quae in abdominalem 5 abeunt.

5. vena abdominalis, an umbilicali analoga?




Fig. 1.



Fig. 2.




Fig. 3.



# ANTONII BERTOLONII

EQ. AUR., ET ORD. SABAUD. M. D.

IN ARCHIGYMN. BONON. BOT. PROFESS. EMER.

## MISCELLANEA BOTANICA I.

**I**ngens profecto plantarum supplex mihi est, Sodales praestantissimi, ex omnibus fere terrae plagis collecta, quae observationes summopere utiles suppeditare valet ad historiam rei herbariae poliendam, augendamque. Quare operae pretium duco vobis exhibere sub miscellaneorum nomine, quidquid praestantius ex horto sicco meo haurire potero. Ac primo quidem disseram de planta Rheni nostri a Plinio memorata, ut historia ejus a Plinio ad nos usque cognoscatur. Jamque intelligitis, me hisce verbis indicare calatum sagittarium Rhenii Bononiensis, quem memorare nequeo, quin de arte sagittaria veterum quoque tangam, ut quem in usum veteres calatum Bononiensem adhibuerint, rectius patesiat. Eo lalentius vero commentariolum de hac re scribendum suscipio, cum Cajetanus Montius, antecessor ille noster omnigena eruditione, ut bene nostis, plenus, idem opus peregerit, quod fato infelici periit, et licet doctrina summi illius viri non pollein, tamen spero, vos benigniter accepturos, quidquid de eadem re, aequa ac de aliis plantis in hisce miscellaneis dicturus sum.

De militibus sagitariis pluries sermo est in antiquis historiis, qui inter velites, levisque armaturae milites locum habebant, et vel ante aciem procedebant, aut fugientem insectabantur, aut appropinquantem prohibebant a muro (1). Diodo-

---

(1) *Veget. De re milit. lib. 2. cap. 2., et cap. 17.; lib. 4. cap. 29.*  
*Choul. Della Castram. p. 7.*

rus originem sagittiorum refert ad Cretenses, et Apollinem arcum reperisse, artemque sagittariam Cretenses docuisse assertat (1), ex quo Horatianum illud

*Nequiquam thalamo graves  
Hastas, et calami spicula Gnossii  
Vitabis (2).*

Plinius vero areum, et sagittas Scythen Jovis filium, vel sagittas Persen Persei filium invenisse contendit (3), Plinioque assentiri videtur Valerius Flaeus, qui Tanaim describens, qua in Maraeotim erumpit, sic comparat eum arcu Seythico :

*Aut hac Europam curvis anfractibus urget,  
Hac Asiam Scythicum specie sinuatus in arcum (4).  
Quidquid sit, certissimum est, orientis, et septentrionis incolas areu, et sagitis exceelluisse, ut idem Plinius dicere non dubitaverit : « Orientis populos sagittis suis solem ipsum obumbrare, ae, si quis Aethiopas, Aegyptum, Arabes, Indos, Seythas, Bactros, Sarmatorum tot gentes; et orientis, omniaque Parthorum regna diligentius eomparet, aequum ferme partem hominum in toto mundo calamis superatam degere (5). » Quare veterum poetarum mos fuit et Sericas sagittas, et Scytharum areum, et pharetratos Gelonos, et Dacum missilibus meliorem sagittis, et Medos pharetra decoros earminibus perpetuo celebrare (6), tantaque gentibus istis fuit in sagitis adhibendis peritia, ut aves non melius, quam a Catene prohibitae, qui adeo certo ictu destinata seriebat, ut aves quoque exciperet (7). At majores nostri non videntur adhibuisse sagittas ante secundum bel-*

(1) *Diod. Bibl. hist. Amstael.* 1746. tom. 1. lib. 5. p. 390. §. 74. *Pitisc. Lex. antiqu. Rom. Hagae Comitum* 1737. tom. 3. p. 319. *ad vocabulum Sagittae.*

(2) *Horat. Carm. lib. 1. od. 15.*

(3) *Plin. Nat hist. edit. Paul. Manut. lib. 7. cap. 56. p. 181.*

(4) *Valer. Flacc. Argon. lib. 4. v. 727. 728.*

(5) *Plin. l. c. lib. 16. cap. 36. pag. 406. 407.*

(6) *Horat. Carm. lib. 1. od. 29., lib. 3. od. 4. 6. 8.*

(7) *Q. Curt. De reb. gest. Alex. magn. Lugd. bat. 1724. tom. 2. lib. 7. p. 522.*

lum Punicum, cum nulla de eis certa mentio ante illud tempus habeatur (1), et forte etiam multo serius ab hoc bello uti caeperunt, cum in toto bello Gallico nullum de sagittis verbum sit, sed tantum de pilis, telisque (2). Quo deinceps tempore Romani adhibuerunt, adeo in sagittis jaculandis enituerunt, ut, cum Domitianus in pueri procul stantis, praebentisque pro scopo dispansam dextrae manus palmarum sagittas dirigeret, omnes per intervalla digitorum innocuae evaderent (3), Commodus, quocunque destinaret, jaculo, sagittave manu certa contingeret, et Parthorum letissimos sagittarios, ac Numidas jaculatores omnes longe artificio superaret (4).

Erat sagitta jaculi genus cuspide ferrea, retro in auriculam sive pinnam rectricem utrinque producta, calamoque infixae. Calamus cuspidem sustinebat, et librabat in aere (5). Sagitta haec aptabatur nervo, sive arcui, quo longius emitteretur, tyronesque diligenter docebantur arcum scienter tenere, et fortiter intendere, sic ut sinistra foret fixa, dextera cum ratione duceretur, et oculos ad illud, quod ferendum esset, consentiret. Frustulum, vel staminum fasces pro signo ponebantur, quod sexcentis pedibus ab illis remoti sagittis suis saepius tangere debuissent (6). Haec ratio est, cur arnndines a veteribus magni factae; belli enim, pacisque experimentis necessariae dicebantur (7). Celebrabatur in primis calamus Creticus longissimis internodiis interstinctus, et obsequens, quo libeat flecti, calefactus (8). « Sed in hoc quoque, ut caeteris in rebus, inquit Plinius, vicit Italia, quando nullus sagittis aptior calamus, quam in Rheno Bononiensi amne, cui plurima inest medulla, pondusque

(1) *Pitisc. Lexic. antiq. Rom. tom. 3. p. 319.*

(2) Vide *Caesar. Comment.*

(3) *Svet. in Domit. Taurini 1824. tom. 2. p. 338. §. 19.*

(4) *Herodian. ed. Ald. 1524. lib. 1. p. 16. versa.*

(5) *Plin. Nat. hist. lib. 16. cap. 36. p. 406.*

(6) *Veget. De re milit. lib. 1. cap. 15., et lib. 2. cap. 23.*

(7) *Plin. l. c. p. 406.*

(8) *Plin. l. c. p. 407.*

» volucre, contra flatus quoque pervicax libra » (1). Ab utroque vero longe distabat Nastus Dioscoridis, sive calamus Indicus, quippe qui enodis, solidus, concretusque, ut, cuspidibus additis, hastarum vices praaberet, nec esset sagittis aptus (2).

Sed qualis fuit calamus iste Rheni Bononiensis? A Plinii temporibus ad decimum septimum usque seculum nullus extitit, qui de illo quaesierit, et speciem determinare sategerit. Commentatores, qui primi habitu sunt a renatis litteris, Matthiolius, Caesalpinus, Dalechampius, Joannes Bauhinus verba Plinii retulerunt (3), neque aliud praeterea cognoverunt. Cum Jacobus Zanonius noster, qui sedulus, et felicissimus plantarum Bononiensium investigator fuit, ripas saxosas, et montanas Rheni Bononiensis perlustrans primus offendit in calamum, qui Pliniano calamo responderet; praestabat enim propaginibus teretibus, viminum instar flexilibus, et simul tenacibus, quae plurimam ligneam materiem includerent, spatio vacuo intus angusto, neque alia calami species in omnibus illis ripis habebatur. Quare de invento suo laetus statim illud publici juris fecit in *Historia botanica p. 62. tab. 24.*, vocavitque plantam *Canna fissa del Reno di Bologna di Plinio*. Post Zanonium Franciscus Cupanius eandem stirpem observavit in Sicilia, et in *Horto Catholico p. 23.* exhibuit sub nomine *Arundinis sylvestris, omnium minima: sive sepium durissimae*. Item Guillielmus Sherardus Anglus legit in ripis Tiberis, et *Arundinem Tiberinam vulgarem* appellavit, quo nomine recepta fuit a Rajo in *Historia plantarum vol. 3. p. 615. n. 4.*, et a Scheuchzero in *Agrostographia p. 125. n. 4. tab. 3. fig. 3. A. C. D.*, nulla de Zanonio detectore recordatione ab omnibus hisce auctoribus facta. Verum aliter egit Morisonus, qui in *Plantarum historia universalis Oxoniensi tom. 2. p. 222. sect.*

(1) *Plin. l. c. p. 407.*

(2) *Plin. l. c. p. 407.*

(3) Vide Matth. *Comment. ed. Valgrisii 1585. tom. 1. p. 160.*, *Caesalp. De pl. lib. 9. cap. 59. p. 187. Dalech. Hist. gen. pl. tom. 4. p. 998.*; *Joan. Bauh. Hist. pl. tom. 2. lib. 18. p. 483.*

8. tab. 8. fig. 32. admisit plantam sub nomine *Arundinis fissae seu farcta Rheni Bononiensis Zanoni*. Post hoc fata meliora contigerunt stirpi Zanoniana. Nam Josephus Montius, qui eam probe cognovit, retulit in *Catalogi stirpium agri Bononiensis prodrromo p. 32. tab. gram. fig. 38. D. F.* vocans *Arundinem semifarctam Rheni Bononiensis Plinii*, eademque phrasi postea indicavit Cajetanus Montius filius ejus in editione altera *Rariorum stirpium historiae Zanoniana p. 27. tab. 19. fig. 2.*, quam latino sermone nitidissime pro more suo verit, et centum plus tabulis locupletavit. Tetigit quoque nonnulla de historia hujus plantae, et fusius prae caeteris descripsit. Hactenus tamen deerat nomen ejus specificum ad Linnaeanas leges constitutum, cui assequendo studuit Antonius Turra Vicetinus. Hic, relicta praedecessorum circumlocutione, *Arundinem Plinianam felicissime nuncupavit in Flora Italicae prodromo p. 63.*, quod nomen in *Arundinem Plinii* postea converterunt ipse Turra in *Animadversionibus in Farsettium p. 14.* Vitmannus in *Synona plantarum tom. 1. p. 229.*, Sebastianius, et Maurius in *Florae Romanae prodromo p. 41.*, Moretius in *Quarta quarundam plantarum Italiae decade p. 7.*

Linnaeus, et Willdenowius non neverunt hanc speciem, nec reperunt in operibus suis. Novit vero Lamarckius, qui, seposito nescio qua ratione nomine a botanicis Italis statuto, dixit *Arundinem micrantham in Illustrationibus generum vol. 1. p. 196. n. 1087.*, eodemque nomine retinuit continuator *Dictionarii encyclopedici botanici Lamarckiani Poireti* in *vol. 6. p. 250.* editionis Patavinae. Novit Desfontainesius, qui stirpem reperit in oris Africæ borealis ad Algriam, et in *Flora Atlantica vol. 1. p. 106.* *Arundinis mauritanicae* nomine salutavit, quod nomen amplexi sunt Persoonius in *Synopsi plantarum tom. 1. p. 102.*, Gussouius in *Florae Siculae prodromo tom. 1. p. 135.*, et Kunthius in *Enumeratione plantarum vol. 1. p. 246.* Noverunt alii plures; sed cum post id tempus genus Linnaeum *Arundinis* in tria genera fuerit disceptum. scilicet in *Arundinem*, in *Calanagrostidem*, et *Donacem*, auctores, qui sequenti sunt, ad unum, vel alterum horum generum cacoethe

novitatis plantam retulerunt. *Calamagrostidem Plinii* ante alios dixit Gmelinus in *Systemate vegetabilium* tom. 1. p. 172.; *Calamagrostideum mauritanicum* appellavit Sprengelius in *Systemate vegetabilium* tom. 1. pag. 252.; *Donacem mauritanicum* vocarunt Palissotius in *Essai* p. 78., Römerus, et Schultesius in *Systemate vegetabilium* vol. 2. p. 601., qui novissimi in *Mantissa* 2. p. 335. suasu meo declararunt, *Donacem Plinianum* rectius esse dicendam; denique *Donacem Mauritanicam* nuncupavit Preslius in *Cyperaceis*, et *Graminibus Siculis* p. 32., nec non in *Flora Sicula* tom. 1. p. XLIV. Tenorius, cum hanc ipsam plantam reperisset in collibus Neapolitanis, *Arundinis collinae* nomine distinxit in *Flora Napolitana* tom. 3. p. 101. tav. 108., et in *Sylloge* p. 52. n. 8. in eo deceptus, quod putaverit, *Arundinem Plinianam* Turr. oriri Bononiae in palustribus, et ideo esse diversam, quod minime verum est, cum haec stirps apud nos ripas montanas fluminum tantum inhabitet, ubi ego eam observavi in ripis saxosis al. *Sasso*, et in ripis fluminis *Setta* ad radices montis *Mariano*, qua flumen hoc influit in Rhenum, nunquam vero in palustribus planicie. Denique absolutissimam descriptionem ejus habetis in primo volumine *Florae Italicae* p. 734., ubi Turrenum nomen a recentioribus injuria sepositum restitui, et cuncta ejus synonyma fideliter retuli.

Quis vero dicet, si haec stirps reperitur in ripis Tiberis, cur Plinius de planta Tiberina non meminit, meminit de Bononiensi? Forte temporibus Plinii Tiberina non innotuerat; rectius vero puto, Plinium non de specie, sed de qualitate calami intellexisse; noverat enim Tiberinis calamis fungosiorum esse naturam, duriorem illis, qui in asperis, saxosisque proveniunt (1). Sed jam satis superque diximus de hac planta.

Venio nunc ad nonnullas plantarum species exponendas, quae in oris Euphratis nuperime detectae sunt ab Anglis in ex-

(1) *Multum praelata arundine*, quae in siccis proveniat Plin. Nat. hist. lib. 16. cap. 36. p. 407.

peditione Cliesneyana. Per illustris Societas Londinensis ab hortis colendis nuncupata, cum accepisset plantas, quae hoc in itinere lectae sunt, eas rei herbariae cultoribus impertivit nullo quidem nomine, sed numeris tantum distinctas, ut quisque posset enucleare, et prolibitu suo declarare; cuinque mihi quoque partem harum humanissime concessisset, debiti mei est, quidquid de iis cognovi, palam facere, atque ita gratum animum, et observantiam meam tanto Consessui publice profiteri.

### CLASSIS 2. DIANDRIA.

#### ORDO MONOGYNIA.

1. VERONICA AGRESTIS *Sp. pl. p. 18.*  
*Pl. sicc. Euphr. sine numero.*  
*Ex oris Euphratis. Ann.*
2. VERONICA TRIPHYLLOS *Sp. pl. 19.*  
*Pl. sicc. Euphr. n. 23.*  
*Ex portu William. Martio. Ann.*
3. VERONICA SYRIACA *Röm. et Sch. Syst. veg. 1. p. 116. n. 25.*  
*V. filiformis Reich. Cent. 2. p. 23. tab. 644. fig. 867. non Smith.*  
*Pl. sic. Euphr. n. 24.*  
*Ex portu William in campis sterilibus saxoso-arenosis. Martio. Ann.*
4. VERONICA CYMBALARIA *Bert. Fl. Ital. 1. p. 105.*  
*Pl. sicc. Euphr. n. 21.*  
*In campis ad portum William, sed rara. Martio. Ann.*

### CLASSIS 3. TRIANDRIA.

#### ORDO MONOGYNIA.

5. IRIS SISYRINCHIUM *Sp. pl. 59.*  
*Pl. sicc. Euphr. n. 60.*  
*Ex viciniis Bamboudseh, ubi copiosa. Aprili Perenn.*

## ORDO DIGYNIA.

6. *Poa GRACILIS* f. foliis filiformibus; panicula coadunata, longenstis subquadrifloris, valvis oblongo-lanceolatis, acuminatis; floribus fertilibus, viviparische *Tub. XL. fig. 1. 2.*

*Pl. sicc. Euphr. n. 90.*

Ex oris Euphratis. *Perenn.*

Folia radicalia plura, brevia, tenuia, convoluto-filiformia, basi vaginantia, culmea pauca, remota, breviora, longe vaginantia. Stipula longiuscula, albo-membranacea, lanceolata, acuta. Culmus tenuis, erectus, spithamalis, do- drantalis, binodis, internodio supremo longo tractu nudo. Panicula brevis, coadunata. Locustae parvae, ovato-lanceolatae, subquadriflorae. Valvae calycinae parum inaequales, locusta breviores. Valvae omnes oblongo-lanceolatae, acuminatae, muticæ, nervo carinali scabrae, supra canaliculatae, corollinae basi purpurantes. Flores nonnulli vivipari, cauda subulata, viridi. Tota planta glabra. Ambigit inter *Poas*, et *Festucas*. A *Poa bulbosa* L. omnino diversa.

7. *BROMUS TECTORUM* Sp. *pl. 114.*

*Pl. sicc. Euphr. n. 208.*

Ex oris Euphratis. *Ann.*

8. *ROTTBÖLLIA PUBESCENS*: culmis caespitosis; foliis, spicaque subincurva pubescentibus; calyce bivalvi, unifloro, valvis corollinis sublongiore *Tab. XL. fig. 3. 4.*

*Pl. sicc. Euphr. n. 197.*

Ex oris Euphratis. *Ann.*

Culmi caespitosi, vix palmares, erecti, crassiusculi, toti vaginis foliorum tecti. Folia linearia, acuminata, pubescens, basi vaginantia. Stipula albo-membranacea, brevissima, truncata. Spica solitaria, terminalis, crassiuscula, subincurva, tota pubescens. Locustae uniflorae. Calycis valvae duae, lineares, canaliculatae, vix acutae, aut etiam obtusae, et apice erosulae, inaequales, multinerviae, tres-quatuor lineas longae, corollam paululum superantes. Valvae corollinae albo-membranaceae, quidquam inaequales, subpilosaæ; exterior longior, acuminata, interior acuta.

9. HORDEUM HIRSUTUM: spica crassa, brevi, hirsuta; valvis omnibus acuminato-subulatis, breviter aristatis *Tab. XL. fig. 5.6.*

*Pl. sicc. Euphr. n. 196.*

Ex oris Euphratis. *Ann.*

Culni plures ex eodem caespite, erecti, palmares-spithamales. Folia linearia, hirtula. Stipula brevissima, truncata. Spica terminalis, brevis, crassa. Unumquodque involucrum bivalve, triflorum, floribus brevins, valvis linearis-subulatis, subaristatis, nervosis, dorso hirsutis. Flos intermedius fertilis, inaequaliter bivalvis, laterales univalves, steriles. Valvae lanceolato-lineares, canaliculatae, apice subulatae, breviterque aristatae, involucro hirsutiiores.

10. AEGILOPS TRIARISTATA *Req.*

*Pl. sicc. Euphr. n. 207.*

Ex oris Euphratis. *Ann.*

#### ORDO TRIGYNIA.

11. HOLOSTEUM GLANDULOSUM: pubescenti-glandulosum; foliis oblongo-lanceolatis, linearibusque; floribus umbellatis.

*Pl. sicc. Euphr. n. 16.*

Ex portu *William* in saxis conglomeratis, sed rarum. Martio. *Ann.*

Caulis erectus, vel adscendens, quadri-quinquepollicaris, superne longo tractu nudus. Folia opposita, oblongo-lanceolata, vel lanceolato-linearia, acutiuscula, ima in petiolum angustata, reliqua sessilia, basique brevi tractu connata. Flores terminales, umbellati, albi. Tota planta tecta pilis apice glanduliferis, et glutiniferis.

#### CLASSIS 4. TETRANDRIA.

##### ORDO MONOGYNYA

12. PLANTAGO SETOSA: foliis obverse lanceolatis, mucronulatis; spica cylindracea, obtusa, densiflora; bracteis, corollisque aristatis.

*Pl. sicc. Euphr. n. 136.*

Ex oris Euphratis. *Ann.*

Radix tenuis, simplex, flexuosa. Scapus teres, striatus, erectus, pilosus, bipollicaris. Folia omnia radicalia, obverse lanceolata, apice rotundata cum mucronulo brevi in medio, scapo breviora, sessilia, basi angustata, glabra, ciliata. Spica terminalis, cylindracea, crassa, obtusa, densiflora, uno, alterove ex floribus inferioribus paululum remoto. Bracteae ovatae, concavae, acuminato-aristatae, ciliatae, margine albo-membranaceae. Laciniae corollinae apice breviter aristatae.

13. *PLANTAGO NANA*: hirsuta; foliis linearis-angustissimis, remote denticulatis, scapo decumbente longioribus; spica capitata, subtriflora; bracteis obtusis, margine late membranaceis; lacinias corollinis lanceolatis, acuminatis.

*Pl. sicc. Euphr. n. 35.*

Ex pago Gorluck in arenosis humentibus. Martio. *Ann.*

Planta vere pusilla. Radix simplex, tenuis. Folia omnia radicalia, linearis-angustissima, obtusa, remote denticulata, vix octo lineas longa. Scapi ex eadem radice plures, siformes, decumbentes, foliis breviores. Spica terminalis, exigua, globulosa, subtriflora. Bracteae ovatae, concavae, obtusae, glabrae, margine late albo-membranaceae. Laciniae corollinae lanceolatae, acuminato-attenuatae, patentissimae. Herba hirsuta.

#### ORDO DIGYNIA

14. *HYPECOUM TETRAGONUM*: foliorum pinnulis filiformibus; lomentis tetragonis, rostratis, pendulis.

*Pl. sicc. Euphr. n. 9.*

Ex portu William in praecipiis secus flumen. Rarum. Martio. *Perenn.*

Radix fusiformis, potius gracilis. Caules ex eadem radice plures, teretes, ascendentes, simplices, palmares-spithameales. Folia bipinnata, suprema pinnata, pinnulis omnibus filiformibus, longiusculis, acutis, radicalia petiolata, caulinaria pauca, remota, sessilia. Flores solitarii, terminales, lutei. Lomentum tetragonum, rostratum, pendulum. Tota planta glabra, subglauca.

## CLASSIS V. PENTANDRIA

## ORDO MONOGYNIA

15. *MYOSOTIS PYGMAEA*: hirsuta; foliis obtusis, inferioribus ob-ovato-spathulatis, superioribus oblongo-lanceolatis; racemo spicato, brevissimo, densissimo, recurvo; calycibus quinquepartitis.

*Pl. sicc. Euphr. n. 59.*

In ruinis prope ostium *Sedjour.* Martio. *Ann.*

Radix ramosa, tenuissima. Caulis digitalis-sesquipolllicaris, simplex, vel ramosus. Folia parva, obtusa, inferiora ob-ovato-spathulata, superiora oblongo-lanceolata. Racemus terminalis, spicaeformis, brevissimus, densissimus, vix floribus inferioribus remotiusculis, recurvus. Calyx infra diuiditum quinquepartitus, laciinis linearibus, obtusis, erectis. Corolla parva, caerulea, calyce longior. Tota planta hirsuta.

16. *LITHOSPERMUM FULVIDULUM*: adpresse villosum; foliis obtusis, inferioribus spathulatis, superioribus oblongo-lanceolatis; racemo spicato, laxiusculo; corollae tubo filiformi, limbo exiguo.

*Pl. sicc. Euphr. n. 39.*

Ex humentibus arenosis portus *William.* Martio. *Ann.*

Radix fusiformis, vel fusiformi-ramosa, gracilis, fusca. Cau- lis teres, erectus, vel adscendens, simplex, aut parce ramosus, palmaris. Folia parva, obtusa, inferiora spathula- ta, in petiolum angustata, superiora oblongo-lanceolata, sessilia. Racemus spicaeformis, terminalis, simplex, vel basi ramosus, laxiusculus. Bracteae lanceolatae, obtusae, flore sublongiores. Calyx tubo corollino brevior, laciinis linearibus, obtusis. Bracteae, et calyx teguntur villis ful- vidulis. Corollae tubus filiformis, longiusculus; limbus exiguus, caeruleus. Tota planta adpresse villosa.

17. *LITHOSPERMUM HIRSUTISSIMUM*: hispidum; foliis lanceolato-li- nearibus; racemo subtrifido, laxifloro; bracteis flore lon- gioribus; calycibus quinquepartitis, tubo corollino aequa- libus.

*Pl. sicc. Euphr. n. 75.*

Ex rupibus prope castrum *Sedjimkala* e latere Mesopotamiae. Aprili. *Perenn.*

Caulis teres, circiter quinquepollicaris. Folia angusta, lanceolato-linearia, obtusiuscula, superiora remotiora. Racemus terminalis, subtrifidus, laxiflorus, erectus. Bracteae lanceolatae, floribus longiores. Calyx dense hispidus, quinquepartitus, laciniis linearibus, obtusis. Corollae tubus crassiusculus, calycem aequans, limbus parvus, caeruleus. Tota planta valde hispida, strigis patentibus, albicantibus.

18. *LITUOSPERMUM BICOLOR*: adpresse villosum; foliis lanceolatis, crebris; racemo abbreviato, simplici, densifloro; calycibus quinquesidis, tubo corollino tenui subbrevioribus.

*Pl. sicc. Euphr. n. 50.*

Ex pago *Gorluck* in exsiccatis secus flumen. Martio. *Perenn.* Radix fusiformis, gracilis, nigra, vix lateraliter fibrillosa.

Caules solitarii, vel plures ex collo radicis, erecti, aut adscendentes, teretes, longiores subpalmares, laterales primario breviores. Folia lanceolata, crebra, totum caulem vestientia, obtusa, inferiora obverse lanceolata, in petiolum angustata. Racemus terminalis, brevissimus, densiflorus. Bracteae floribus aequales. Calyx quinquesidis, corollae tubo paullo brevior, vix aequalis. Tubus corollinus tenuis, caeruleus. Limbus parvus, luteus. Tota planta adpresse villosa, villis brevibus.

19. *LITHOSPERMUM TUBATUM*: hispidum; caule ramoso; foliis lanceolato-linearibus; corollae tubo tenui, superne dilatato, calycibus triplo longiore.

*Pl. sicc. Euphr. n. 62.*

Ex viciniis *Bamboudsch* secus flumen. Aprili. *Perenn.*

Radix fusiformis, nigra. Caulis erectus, vel adscendens, alterne ramosus, sesqui-bipollucaris, vix ultra. Folia longiuscula, lanceolato-linearia, inferiora obtusa, imaque in petiolum angustata, suprema acutiuscula. Racemi terminales, breves, secundiflori, potius densiflori, apice recurvi. Bracteae calyce longiores. Calyx quinquepartitus, laciniis linearibus, obtusis. Corolla lutea; ejus tubus filiformis,

- superne sensim sensimque amplior, calyce triplo longior; limbis praec tubo brevis. Tota planta hispida, strigis albitantibus, patentibus, longis.
20. *Lycopsis microphylla*: hispida, caespitosa; foliis brevibus, lanceolatis; racemo terminali, subsimplici, laxifloro; calycibus fructus inflatis, acute quinquedentatis.

*Pl. sicc. Euphr. n. 209.*

Ex oris Euphratis. *Ann.*

- Radix fusiformis, gracilis. Caules caespitosi, adscendentes, circiter spithameales. Folia lanceolata, obtusa, quinque-sex lineas longa, inferiora obverse lanceolata, in petio-luni angustata. Racemus terminalis, spicatus, secundiflorus, demum laxiflorus, et magis inferne, apice recurvus, simplex, vel basi ramo auctus. Bracteae flore sublongiores. Calyx dentibus quinque, lanceolatis, acuminatis, in fructu inflatus. Corolla exigua. Tota planta hispida.
21. *Echinum longiflorum*: susfruticosum, adpresso incano-villosum; foliis linearibus; spicis simplicibus, recurvis; corollae tubo tenui, calycibus quadruplo longiore.

*Pl. sicc. Euphr. n. 188.*

Ex oris Euphratis. *Suffr.*

- Caules plures ex collo lignoso radicis, teretes, albentes. Folia linearia, sparsa, crebra. Spicae in caule superiore approximatae, simplices, secundiflorae, recurvae. Bracteae lineares, calycem subaequantes. Calyx quinquepartitus, duas lineas longus. Corolla caerulea; ejus tubus gracilis, calyce quadruplo longior; limbis parvus, oblique sectus, laciniis angustis. Stamina exerta. Stilus staminibus longior. Stigma simplex, crassiusculum. Planta tecta villo incano, brevi, adpresso.
22. *Viola micrantha*: erecta; foliis inferioribus ovatis, longe petiolatis, superioribus lanceolatis; pedunculis solitariis, axillaribus; corollis calyci subaequalibus; calcare abbreviato.

*Pl. sicc. Euphr. n. 164.*

Ex oris Euphratis *Ann.*

- Radix ramosa, gracilis, alba. Caulis erectus, vel adscendens, simplex, aut uno, altero rame prope basim in-

structus, circiter spithamalis, inferne pilosulus, superne glaber. Folia obtuse serrata, ciliolata, inferiora ovata, obtusa, superiora lanceolata, acuta, utraque sussulta petiolo potius longo, piloso, vel saltem ciliolato. Stipulae pinnatisidae, laciniis anguste linearibus, ciliolatis, imae petiolo breviores, reliquae aequales. Pedunculi jam ab imo caule axillares, solitarii, uniflori, folio multo longiores, glabri. Bracteolae duae, exiguae, lanceolatae, acuminatae, alternae, sitae paulo infra florem. Flos parvus. Calycis laciniae lanceolatae, acuminatae, basi abscissae. Corolla calyci subaequalis, non longior. Calcar breve, obtusum, incurvum. Capsula acuta.

Appropinquat *Violam tricolorem* β Fl. Ital. 2. p. 719., sed caulis simplicior, duplo, vel triplo longior, folia caulinia latiora, corolla minor, calyccem vix aequans, capsula valvis grandioribus pollens.

#### ORDO DIGYNIA.

23. **CHENOPODIUM PUSILLUM**: foliis linearibus, integris, sub trifidiisque; racemis pedunculatis, laxifloris, terminali divaricato.

*Pl. sicc. Euphr. n.* 190.

Ex oris Euphratis. *Ann.*

Planta pusilla, unum-duos pollices longa. Radix tenuis, simplex, flexuosa. Caulis filiformis, erectus, jam ab imo alterne ramosus, ramis erecto-patulis. Folia linearia, sessilia, integra, vel bi-trifida. Racemi laxiflori, pedunculati, terminalis ramosus, aut saltem bifidus, divaricatus, laterales simplices. Bracteae ad pedicellos foliis caulinis similes. Perigonium in fructu conniventi-depressum, et obtuse pentagonum; ejus segmenta ovata, acuta. Tota planta glabra, etiam sicca odora.

## UMBELLATAE.

## CHESNEYA

*Tab. XLI. fig. 1.*

*Charact. gen.* Involucrum, et involucella nulla. Umbella composita, pauciradiata. Flores omnes fertiles, vel cum paucis internis sterilibus. Petala inflexo-obcordata, exteriora paulo grandiora. Stili duo, longissimi, erecto divergentes, stylopodio crassiusculo, conico. Stigmata capitellata. Diachenium ex ovato conoidem, e latere commissurali compressiusculum, utrinque quinquecostatum, costis hispidis, setis longis, scabris, patenti-ascendentibus.

*Obser.* Genus *Dauco* proximum. Differt defectu involucrorum, et stilis longissimis. Dico illustri CHESNEYO expeditionis duci.

## 24. CHESNEYA DAUCOIDES.

*Pl. sicc. Euphr. n. 192.*Ex oris Euphratis. *Ann.*

Planta pusilla. Folia superiora pinnato-ternata, longiuscule petiolata, foliolis cuneato-trifidis, laciinis brevibus, lanceolatis, acutis. Umbella bi-triradiata. Umbellulae octo-decemradiolatae.

25. CAUCALIS LEPTOPHYLLA *Sp. pl. 347.**Pl. sicc. Euphr. n. 191.*Ex oris Euphratis. *Ann.*

26. SCANDIX HISPIDULA: foliis decompositis, foliolis linearibus, mucronulatis; umbella simplici; involucris trifidis; diacheniis hispidis, apice incrassatis.

*Pl. sicc. Euphr. n. 63.*Ex vallo castri *Sedjim Kala*. Aprili. *Ann.*

Radix fusiformis, gracilis, lateraliter fibrillosa. Caulis adscendens, bipinnatis-palmaris. Folia decomposita, foliolis linearibus, petiolata, petiolo basi vaginante, vagina angusta, longiuscula, margine albo-membranacea. Folia canina superiora foliolis longioribus praedita. Umbellae simplicissimae, longe pedunculatae, solitariae, terminales,

vel cum una, alterave laterali, axillari. Involucrum polyphyllum, erectum, foliolis filiformibus, trisidis, umbella florente longioribus. Flores sessiles in umbella. Diachenia rostrata, hispida, rostro apice paululum incrassato. Stili duo, brevissimi, erecti, stilepodio crassiusculo, exigu. Tota herba hispidula.

#### ORDO TRIGYNIA.

27. *TELEPHIUM GLANDULOSUM*: glaucum; foliis obovatis, petiolatis, glabris; corymbo terminali, simplici; pedunculis, calycibusque glandulosis *Tab. XLI. fig. 2.*

*Pl. sicc. Euphr. n. 149.*

Ex oris Euphratis *Perenn.*

Caulis teres, glauco-albens, inferne glaber, superne glandulosus, subspithamalis. Folia alterna, obovata, vix acuta, integriflora, longiusculae petiolata, glabra, glauca. Corymbus terminalis, simplex. Bracteae sub pedicellis similes foliis caulinis, sed multo minores. Pedicelli, et calyces adspersi glandulosi numerosi, brevissime pedicellatis. Petala obovata, longe unguiculata, calycceque multo longiora.

#### ORDO PENTAGYNIA.

28. *LINUM MUCRONATUM*: glaucescens; foliis, calycibusque anguste lanceolatis, mucronatis; corollis calyce triplo longioribus.

*Pl. sicc. Euphr. n. 186.*

Ex oris Euphratis. *Suffrut.*

Caulis suffruticosus, teres, erectus, vel adscendens. Folia alterna, anguste lanceolata, parva, mucronata, integriflora, sessilia, basi utrinque uniglandulosa. Flores in racemo terminali, paucifloro, foliato, brevissime pedicellati. Calyx longiusculus, foliolis lanceolato-linearibus, acuminate-mucronatis. Corolla calyce triplo longior, flava. Stamina stilos superantia. Tota planta glabra, glaucescens.

## CLASSIS 6. HEXANDRIA

## ORDO MONOGYNIA.

29. **ALLIUM LONGISEPALUM:** scapo basi folioso; foliis anguste linearibus, planis; umbella capsulifera; involuci laciniis, sepalisque lanceolatis, acuminato-cuspidatis; staminibus simplibus, inclusis.

*Pl. sicc. Euphr. n. 85.*

Ex viciniis Bamboudseh. Aprili. *Perenn.*

Scapus teres, striatus, erectus, spithamalis. Folia plana, anguste linearia, vix lineam lata, scapo breviora, in meo exemplari gemina. Umbella terminalis, capsulifera, subdecemradiata. Involucrum umbella brevius, quadrifidum, laciniis lanceolatis, acuminato-cuspidatis. Sepala rosea, anguste lanceolata, acuminato-cuspidata, erecto-patula. Stamina corolla breviora, tria altiora. Filamenta simplicia. Stilus staminibus demum longior, tamen inclusus. Capsula parva, rotundo-trigona, obtusa, perigonio multo brevior. Semina nigra. Tota planta glabra.

30. **ORNITHOGALUM CIRCINATUM** *Lin. fil. Sup. p. 199.*

*Gagea reticulata Röm. et Sch. Syst. veg. 7. par. 1.  
p. 542.*

*Pl. sicc. Euphr. n. 30.*

Ex saxosis sterilibus prope pagum Gorluck. Martio. *Perenn.*

31. **ORNITHOGALUM CUSPIDATUM:** foliis lanceolatis, margine nudis; corymbo stricto, pedunculis bractea multo longioribus; sepalis lanceolatis, acuminatis; capsula turbinato-oblonga *Tab. XLII.*

*Pl. sicc. Euphr. n. 107.*

Ex oris Euphratis. *Perenn.*

Bulbus ovatus, albo-tunicatus, magnitudine ovi columbini. Folia lanceolata, acuminata, integerrima, striata, glabra, margine nuda, erecto-patula, scapum subaequantia, aut breviora. Corymbus terminalis, strictus, in fructu laxior. Bractae albo-membranaceae, lanceolatae, acuminatae, caudiculatae, inferiores pedunculo triplo breviores, supe-

riores circiter dimidio. Sepala lanceolata, acuminata, dorso viridia, margine, et supra alba. Stamina perigonio dimidio breviora. Capsula turbinato-oblonga, emarginata, hexagona, nunc perigonio subaequalis, nunc brevior. Tota planta glabra.

Loquuntur sum de hac planta in Fl. Ital. tom. 4. p. 99. sub *Ornithogalo montano* Cyril; cui proxima.

32. *ASPHODELUS brevicaulis*: caule superne nudo; foliis linearibus, margine scabris; racemo simplici, laxifloro.

*Pl. sicc. Euphr. n. 163.*

Ex oris Euphratis. *Perenn.*

Caulis e decumbenti ascendens, inferne dense foliosus, superne nudus, subpalmaris. Folia sparsa, auguste linearia, glabra, margine minutissime serrulato-scabra, basi dilatata in vaginam albo-membranaceam, demum scariosam, arcte amplexicaulem. Racemus terminalis, simplex, laxiflorus. Bracteae lanceolatae, acuminatae, nervo virenti carinatae, lateribus albo-membranaceis. Pedicelli inferne articulati. Sepala slava, zona dorsali viridi. Capsula parva, subglobosa.

33. *ASPARAGUS FILIFOLIUS*: foliis filiformibus, solitariis, longiusculis; floribus axillaribus, subgeminis; pedunculis brevissimis, supra medium articulato-circellatis.

*Pl. sicc. Euphr. n. 105.*

Ex oris Euphratis. *Perenn.*

Caulis striatus, alterne ramosus, ramis patulis. Folia filiformia, solitaria, circiter octo lineas longa. Flores axillares, gemini, vel solitarii, parvi, brevissime pedunculati, nutantes. Pedunculi flore breviores, aut subaequales, supra medium articulati, articulo expanso in circellum orbiculari. Perigonium campaniforme, album. Tota planta glabriina.

34. *HYACINTHUS patulus*: foliis lanceolatis, margine ciliolato-scabris; racemo elongato, laxifloro; corollis tubuloso-campanulatis, limbi laciniis apice recurvis.

*Pl. sicc. Euphr. n. 106.*

Ex oris Euphratis. *Perenn.*

Scapus teres, erectus, subpedalis. Folia lanceolata, acumi-

nata, margine ciliolato-scabra scapo paulo breviora, in meo exemplari gemina. Racemus terminalis, laxiflorus, longus. Pedicelli solitarii, sparsi, subinde duo approximati, perigonio duplo longiores, in flore ascendentis-patuli, in fructu recurvi. Bractea ad eorum basim exigua, lanceolata, decidua. Perigonium tubuloso-campamulatum, duas-tres lineas longum, sexfidum, lacinias erecto-patulis, apice recurvis. Capsula subrotundo-trigona, perigonio paulo brevior. Tota planta glabra, margine foliorum excepto.

35. *HYACINTHUS NERVOSUS*: foliis geminis, lanceolatis, multinerviis, ciliolatis; racemo spicato, densiusculo, brevi; perigonio cylindraceo, limbo patulo; stilo exerto.

*Pl. sicc. Euphr. n. 11.*

Ex montanis ad portum *William*, ubi copiosum. Martio. *Perenn.*

Bulbus parvus, ovatus, albo-tunicatus. Folia duo, opposita, basi vaginantia, lanceolata, aut lanceolato-linearia, acutiuscula, multinervia, canaliculata, margine crebre ciliolata, erecta, vel recurva, scapo breviora. Scapus teres, erectus, circiter bipollicaris. Racemus terminalis, brevis, densiusculus, spicaeformis, floribus subsessilibus. Bracteae exiguae, ramentaceae. Perigonium e pallenti caeruleum, cylindraceum, basi subventricosum, limbo sexfido, brevi, patulo. Stamina perigonium aequantia, antheris caeruleo-violaceis. Stilus perigonio longior. Tota planta glabra, margine foliorum excepto.

36. *MUSCARI ACUTILOBUM*: foliis anguste linearibus, canaliculatis; racemo densifloro, brevi; perigonio oblongo, dentibus acutis.

*Pl. sicc. Euphr. n. 12.*

Ex portu *William*. Luxurians in campis, macrius in saxosis. Martio. *Perenn.*

Bulbus ovatus, crassiusculus, fusce tunicatus. Scapus teres, erectus, in meis exemplaribus bi-tripollicaris. Folia angustissime linearia, canaliculata, striata, scapo florente breviora. Racemus terminalis, brevis, densiflorus, floribus deorsum imbricatis. Bracteae exiguae, acutae. Pedicelli brevissimi. Perigonium saturate caeruleum, ovato-oblongum, ore acute sexdentato.

## ORDO DIGYNIA.

37. IXIOLIRION MONTANUM *Röm.* et *Sch.* *Syst. veg.* 7. *par.* 1.  
*p.* 752.

*Amaryllis montana* *La Billard.* *Ic. pl.* *Syr. dec.* 2. *p.* 5.  
*tab.* 1. *Red. Lil.* 5. *tab.* 241.

*Pl. sicc. Euphr.* *n.* 108.

E regione Babylonensi. *Perenn.*

*Perigonium caeruleum.* Sepala vel onnia, vel tria acumine setaceo terminata. In meis exemplaribus acumen hoc est longius, quam in figura Billardierii. Ikon Redoutaei in eo peccat, quod nullum acumen setaceum ostendat in sepalis, et exhibeat florem purpureum, licet descriptio apposita dicat caeruleum.

38. ATRAPHAXIS SPINOSA *Sp. pl.* 475.

*Pl. sicc. Euphr.* *n.* 115.

Ex oris Euphratis. *Frut.*

## CLASSIS 8. OCTANDRIA.

## ORDO MONOGYNIA

39. STELLERA PASSERINA *Sp. pl.* 512.

*Pl. sicc. Euphr.* *n.* 189.

Ex oris Euphratis. *Ann.*

---

*Haec dissertatio lecta fuit in conventu Academiae habito  
Idib. Febr. an. MDCCCXL.*

F. 1.2 *Festuca gaudichii* B. Bert.F. 1.3 *Pennisetum pubescens* Bert.F. 1.4 *Hordeum hispanicum* Bert.



F2



F1



F1 *Chesneya daucoides*, Bert.

F2 *Telephium glandulosum*, Bert.

C. Bettini dix

Lit. Bettini



Tom V.

Tab: XLII.



*C. methogalum cuspitatum „Bert.“*

G. Bottini dia

L. Bettini



# ALOYSH CASINELLI

*De innumeris aequationibus algebraicis, quae peculiari artificio resolvi possunt*

## DISSERTATIO

Quae in dissertatione = *De aequationum algebraicarum resolutione* = exposui et demonstravi, hic iterum perpendere, et examini subjicere puto; cum enim deliberaverim progredi methodo nonnihil diversa in hisce investigationibus, expedit omnia simul colligere et iisdem principiis pertractare. Itaque initium sumendo a theoremate quod est fundamentum totius calculi, sint A, B, C . . . L, M radices cuiuscumque aequationis gradus  $n$  esimi, atque  $1, \alpha, \beta, \delta, \dots, \lambda, \mu$  radices  $n$  esimae unitatis seu aequationis  $y^n - 1 = 0$ . Quaevis ex illis radicibus ex. gr. A dividi potest in  $n-1$  partes seu quantitates  $a, b, c, \dots, l, m$ , ita ut sit

$$\left. \begin{array}{l} A = a + b + c + \dots + l + m \\ B = \alpha a + \alpha^2 b + \alpha^3 c + \dots + \alpha^{n-2} l + \alpha^{n-1} m \\ C = \beta a + \beta^2 b + \beta^3 c + \dots + \beta^{n-2} l + \beta^{n-1} m \\ \vdots \quad \vdots \quad \vdots \quad \vdots \quad \vdots \\ L = \lambda a + \lambda^2 b + \lambda^3 c + \dots + \lambda^{n-2} l + \lambda^{n-1} m \\ M = \mu a + \mu^2 b + \mu^3 c + \dots + \mu^{n-2} l + \mu^{n-1} m \end{array} \right\} (a)$$

Harum aequationum numerus est  $n$ ; prioribus  $n-1$  simul aggregatis habebimus

$$\begin{aligned} A + B + C + \dots + L &= (1 + \alpha + \beta + \dots + \lambda) a \\ &\quad + (1 + \alpha^2 + \beta^2 + \dots + \lambda^2) b \\ &\quad + (1 + \alpha^3 + \beta^3 + \dots + \lambda^3) c \end{aligned}$$

$$+ (1 + \alpha^{n-2} + \beta^{n-2} + \dots + \lambda^{n-2}) l \\ + (1 + \alpha^{n-1} + \beta^{n-1} + \dots + \lambda^{n-1}) m$$

Sed, uti notum est

$$A + B + C + \dots + L = -M$$

$$1 + \alpha + \beta + \dots + \lambda = -\mu$$

$$1 + \alpha^2 + \beta^2 + \dots + \lambda^2 = -\mu^2$$

$$1 + \alpha^3 + \beta^3 + \dots + \lambda^3 = -\mu^3$$

$$1 + \alpha^{n-2} + \beta^{n-2} + \dots + \lambda^{n-2} = -\mu^{n-2}$$

$$1 + \alpha^{n-1} + \beta^{n-1} + \dots + \lambda^{n-1} = -\mu^{n-1}$$

ergo

$$-M = -\mu a - \mu^2 b - \mu^3 c - \text{etc.} - \mu^{n-2} l - \mu^{n-1} m$$

seu mutatis signis

$$M = \mu a + \mu^2 b + \mu^3 c + \text{etc.} + \mu^{n-2} l + \mu^{n-1} m.$$

Haec acquatio est postrema aequationum (a), quae ideo erit summa ceterarum, signo mutato. Quapropter aequationes (a) reapse diversae, sunt tantum  $n-1$ ; cumque et  $n-1$  sint quantitates  $a, b, c, \dots, l, m$ , eaeque ad primum gradum tantum vectae, notis regulis eliminationis poterunt omnes separari.

Atque ut id exemplis declaremus, sit primum aequatio tertii gradus

$$x^3 - A' x - B' = 0$$

erit igitur

$$A = a + b$$

$$B = \alpha a + \alpha^2 b$$

$$C = \beta a + \beta^2 b$$

Ex duabus prioribus habemus

$$a = A - b, \quad a = \frac{B - \alpha^2 b}{\alpha}$$

$$\text{ideoque } b = \frac{\alpha \Lambda - B}{\alpha - \alpha^3}, \text{ hincque } a = \frac{B - \alpha^2 \Lambda}{\alpha - \alpha^3}$$

Sit etiam aequatio quarti gradus

$$x^4 - \Lambda' x^2 - B' x - C' = 0$$

erit

$$A = a + b + c$$

$$B = \alpha a + \alpha^2 b + \alpha^3 c$$

$$C = \beta a + \beta^2 b + \beta^3 c$$

$$D = \delta a + \delta^2 b + \delta^3 c$$

Est autem  $a = -1, \beta = \sqrt{-1}, \delta = -\sqrt{-1}$ ,  
ergo

$$A = a + b + c$$

$$B = -a + b - c$$

$$C = a\sqrt{-1} - b - c\sqrt{-1}$$

$$D = -a\sqrt{-1} - b + c\sqrt{-1}$$

ex quibus deducemus

$$a = \frac{A - B}{4} + \frac{A + 2C + B}{4\sqrt{-1}}$$

$$b = \frac{A + B}{2}$$

$$c = \frac{A - B}{4} - \frac{A + 2C + B}{4\sqrt{-1}}$$

Quantitates  $a, b, c, \dots, l, m$  inferius vocabimus elementa radicum; ex dictis colligitur radices cuiusvis aequationis gradus  $n$  esimi generatim constare  $n - 1$  elementis; verum innumerae dantur aequationes omnium graduum, quarum radices earent uno vel pluribus elementis.

Ut vidimus superius in quavis aequatione elementa radicum separari possunt; verum cum in eorum expressionibus radices  $A, B, C$ , etc.  $L, M$  contineantur, si haec radices incognitae sint, elementa earum incognita manebunt. Evidem possumus peculiari artificio ab aequationibus ( $\alpha$ ) eliminare radices, sed ad id obtinendum, elementa ad altiores gradus evanescantur neces-

se est, ita ut, exceptis aequationibus secundi, tertii, et quarti gradus, eorum separatio nullo modo fieri potest. Atque ut id clarius pateat aequationes tertii, quarti, et quinti gradus speciatim consideremus, et primum aequationes tertii gradus, quorum forma generalis est

$$x^3 - A' x - B' = 0$$

Erit igitur

$$A = a + b$$

$$B = \alpha a + \alpha^2 b$$

$$C = \beta a + \beta^2 b$$

Exprimatur symbolo  $P_r$  summa ex potentiis  $r$  esimis omnium radicum, habebimus

$$\begin{aligned} P_2 &= A^2 + B^2 + C^2 = a^2 + 2ab + b^2 \\ &\quad + \alpha^2 a^2 + 2\alpha^3 ab + \alpha^4 b^2 \\ &\quad + \beta^2 a^2 + 2\beta^3 ab + \beta^4 b^2 \end{aligned}$$

$$\begin{aligned} P_5 &= A^3 + B^3 + C^3 = a^3 + 3a^2b + 3ab^2 + b^3 \\ &\quad + \alpha^3 a^3 + 3\alpha^4 a^2b + 3\alpha^5 ab^2 + \alpha^6 b^3 \\ &\quad + \beta^3 a^3 + 3\beta^4 a^2b + 3\beta^5 ab^2 + \beta^6 b^3 \end{aligned}$$

Sed uti notum est

$$1 + \alpha^2 + \beta^2 = 0$$

$$1 + \alpha^3 + \beta^3 = 3$$

$$1 + \alpha^4 + \beta^4 = 0$$

$$1 + \alpha^5 + \beta^5 = 0$$

$$1 + \alpha^6 + \beta^6 = 3$$

ergo

$$P_2 = 6ab, \quad P_5 = 3a^3 + 3b^3$$

sed ex relatione inter coefficients et summas potentiarum radicum habemus

$$P_2 = 2A', \quad P_5 = 3B'$$

ergo

$$2A' = 6ab, \quad 3B' = 3a^3 + 3b^3$$

ex quibus facile deducimus

$$a = \sqrt[3]{\frac{B'}{2}} \pm \sqrt{\frac{B'^2}{4} - \frac{A'^3}{27}}, b = \sqrt[3]{\frac{B'}{2}} \mp \sqrt{\frac{B'^2}{4} - \frac{A'^3}{27}}$$

Hinc.

$$A = \sqrt[3]{\frac{B'}{2}} \pm \sqrt{\frac{B'^2}{4} - \frac{A'^3}{27}} + \sqrt[3]{\frac{B'}{2}} \mp \sqrt{\frac{B'^2}{4} - \frac{A'^3}{27}}$$

$$B = \alpha \sqrt[3]{\frac{B'}{2}} \pm \sqrt{\frac{B'^2}{4} - \frac{A'^3}{27}} + \alpha' \sqrt[3]{\frac{B'}{2}} \mp \sqrt{\frac{B'^2}{4} - \frac{A'^3}{27}}$$

$$C = \beta \sqrt[3]{\frac{B'}{2}} \pm \sqrt{\frac{B'^2}{4} - \frac{A'^3}{27}} + \beta' \sqrt[3]{\frac{B'}{2}} \mp \sqrt{\frac{B'^2}{4} - \frac{A'^3}{27}}$$

Atque hae radices sunt ea ipsa forma, qua obtinentur quacumque alia methodo hucusque excogitata.

Forma generalis aequationum quarti gradus est

$$x^4 - A' x^2 - B' x - C' = 0$$

atque ut vidimus habebimus

$$A = a + b + c$$

$$B = -a + b - c$$

$$C = a\sqrt{-1} - b - c\sqrt{-1}$$

$$D = -a\sqrt{-1} - b + c\sqrt{-1}$$

Ex hisce aequationibus deduceimus

$$P_1 = 8ac + 4b^2$$

$$P_2 = 12a^2b + 12c^2b$$

$$P_3 = 4a^4 + 4b^4 + 4c^4 + 48abc^2 + 24a^2c^2$$

$$\text{Sed } P_1 = 2A', P_2 = 3B', P_3 = 2A'^2 + 4C' \text{ ergo}$$

$$8ac + 4b^2 = 2A'$$

$$12a^2b + 12c^2b = 3B'$$

$$4a^4 + 4b^4 + 4c^4 + 48abc^2 + 24a^2c^2 = 2A'^2 + 4C'$$

Ex duabus prioribus harum aequationum habemus

$$ac = \frac{2A' - 4b^2}{8}$$

$$a^2 + c^2 = \frac{3B'}{12b}$$

ideoque

$$a^2 + 2ac + c^2 = \frac{3B'}{12b} + \frac{2A' - 4b^2}{4}$$

$$a^2 - 2ac + c^2 = \frac{3B'}{12b} - \frac{2A' - 4b^2}{4}$$

$$a+c = \sqrt{\frac{3B'}{12b} + \frac{2A' - 4b^2}{4}}$$

$$a-c = \sqrt{\frac{3B'}{12b} - \frac{2A' - 4b^2}{4}}$$

unde

$$a = \frac{1}{2} \sqrt{\frac{3B'}{12b} + \frac{2A' - 4b^2}{4}} + \frac{1}{2} \sqrt{\frac{3B'}{12b} - \frac{2A' - 4b^2}{4}}$$

$$c = \frac{1}{2} \sqrt{\frac{3B'}{12b} + \frac{2A' - 4b^2}{4}} - \frac{1}{2} \sqrt{\frac{3B'}{12b} - \frac{2A' - 4b^2}{4}}$$

Nunc in aequatione

$$4a^4 + 4b^4 + 4c^4 + 48abc + 24a^2c^2 = 2A'^2 + 4C'$$

loco  $ac$  ponatur  $\frac{2A' - 4b^2}{8}$ , atque  $\frac{3B'}{12b}$  loco  $a^2 + c^2$ , et habebimus, ordinata aequatione secundum potentias elementi  $b$ ,

$$b^6 - \frac{A'}{2}b^4 + \frac{A'^2 - 4C'}{16} - \frac{B'}{64} = 0$$

Ex hac aequatione, quae est ea ipsa, quae obtinetur quavis alia methodo resolvantur aequationes quarti gradus, quaeque reductae nomine designatur, habebimus elementum  $b$ , quo cognito, cognita et erunt elementa  $a, c$ , et ideo radices cuiuscumque aequationis quarti gradus.

Eodem calculo, pro aequationibus quinti gradus, quarum forma generalis est

$$x^5 - A' x^5 - B' x^2 - C' x - D' = 0$$

inveniemus

$$\begin{aligned} & 10ad + 10bc = 2A' \\ & 15ab^2 + 15bd^2 + 15ca^2 + 15dc^2 = 3B' \\ & \left. \begin{aligned} & 20ac^5 + 30a^2d^2 + 120abcd \\ & + 20ba^3 + 30b^2c^2 \\ & + 20cd^3 \\ & + 20db^3 \end{aligned} \right\} = 2A'^2 + 4C' \\ & \left. \begin{aligned} & 5a^5 + 100acb^3 + 150ba^2c^2 \\ & + 5b^5 + 100cd^2a^3 + 150da^2b^2 \\ & + 5c^5 + 100abd^3 + 150cb^2d^2 \\ & + 5d^5 + 100bcd^3 + 150ac^2d^2 \end{aligned} \right\} = 5A'B' + 5D' \end{aligned}$$

Quamvis vero ab his aequationibus radices A, B, C, D, E eliminatae sint, tamen elementa  $a, b, c, d$  nullo modo separare scimus, quod quidem facile dignoscitur, neque ad id demonstrandum opus est calculum ullum instituere.

Id verum dicendum est tantum de aequationibus generalibus quinti gradus, quarum radices constant omnibus quatuor elementis, etenim si constarent numero minore elementorum, tunc eorum separatio non difficile obtineri posset, et ideo aequationis resolutio. Neque id solum de aequationibus quinti gradus dicendum est, sed etiam de aequationibus graduum superiorum; dantur enim aequationes innumerae omnium graduum quae resolvi possunt quia numerus elementorum radicum minor est quam gradus ipse requereret. Sed ut ordine procedamus expedit primum aequationes classificare ex numero elementorum quibus constant radices, atque dicemus aequationes ordinis primi si radices continent unum elementum tantum; ordinis secundi si continent duo elementa; ordinis tertii si tria elementa etc.

Forma generalis aequationum primi ordinis est  $x^n - A = 0$ , forma verum radicem  $\alpha^h a$  exprimente  $\alpha$  radicum quamecumque  $n$  esimam unitatis atque  $h$  numerum quemcumque integrum non majorem exponente  $n$ . Hae aequationes omnes solvibiles sunt, quod quidem notissimum est, cumque notissimae

sint earum proprietates de ipsis verba facere penitus omittere censeo.

Forma radicum aequationum secundi ordinis est  $\alpha^h a + \alpha^k b$ , forma verum aequationum varia pro ut variis sunt exponentes  $h, k$ . Hujusmodi aequationes argumentum constituent hujus dissertationis, argumentum quod convenit dividere in partes duas, quarum prima de aequationibus gradus imparis, altera de aequationibus gradus paris pertractabit. Primum autem animadverto me exclusisse ab his disquisitionibus eas aequationes, quae quavis ratione reduci possunt ad gradum inferiorem, nisi aequationes reductae et ipsae habeant radices expositae formae; hoc sit ut eas tantum aequationes perpendere debeam quarum radices sint formae  $\alpha a + \alpha^r b$ . Etenim si exponentis  $n$  est numerus primus vel cum  $h$ , vel cum  $k$  tunc si  $\alpha^h a + \alpha^k b$  est radix aequationis, erit quoque radix  $\alpha^{gh} a + \alpha^{gk} b$ , ut inferius demonstrabimus, exprimente  $g$  numerum quemcumque integrum minorem  $n$ . Series igitur valorum exponentis  $g h$  erit.  $h, 2h, 3h, \dots, (n-1)h$ ; sed cum sit  $n$  numerus primus cum  $h$ , residua ex divisione terminorum hujus seriei per  $n$ , erunt omnia diversa, cumque eorum numerus sit  $n-1$ , et quocumque eorum minor  $n$ , evidens est unitatem necessario adesse inter haec residua. Possumus igitur numero  $g$  valorem tribuere ut sit  $\frac{gh}{n} = p + \frac{1}{n}$  unde  $gh = np + 1$ ; ergo si  $\alpha^h a + \alpha^k b$  est radix aequationis erit quoque radix  $\alpha^{pn+1} a + \alpha^{gk} b = \alpha a + \alpha^{gk} b$ . Si vero  $n$  non est numerus primus neque cum  $h$  neque cum  $k$ , tunc ut infra videbimus, aequatio reduci potest ad gradum inferiorem.

Equationes igitur de quibus hic acturus sum, omnes habent radicem unam formae  $\alpha a + \alpha^k b$ ; cumque ad determinandam formam aequationis eijuscumque secundi ordinis, nobis sufficiat formam unius radicis tantum considerare, hanc formam tantum  $\alpha a + \alpha^k b$  calculis subiicere possumus.

Videbimus quoque aequationes omnes quarum radices sunt formae  $\alpha a + \alpha^k b$  ad unam formam generalem reduci posse gradus  $2n+1$ ; equationes quarum radices sunt formae  $\alpha a + \alpha^3 b$  esse tribus formis diversis, quarum prima gradus  $6n+1$ , secunda gradus  $6n+3$ , tertia gradus  $6n+5$ ; aequationes quarum

radices sunt formae  $\alpha a + \alpha^4 b$  esse sex formis diversis quarum prima gradus  $12n+1$ , secunda gradus  $12n+3$ , tertia gradus  $12n+5$ , quarta gradus  $12n+7$ , quinta gradus  $12n+9$ , sexta gradus  $12n+11$ ; generatim aequationes radices habentes formae  $\alpha a + \alpha^h b$  esse  $h \frac{(h+1)}{2}$  formis diversis, quarum prima gradus  $h(h+1)n+1$ , secunda gradus  $h(h+1)n+3$ , tertia gradus  $h(h+1)n+5$  etc.

Compertus sum etiam calculis institutis, aequationes de quibus hic acturus sum classificationem generaliorem admittere; et enim aequationes gradus  $2n+1$  radices habentes formae  $\alpha a + \alpha^1 b$ , aequationes gradus  $6n+1$  radices habentes formae  $\alpha a + \alpha^3 b$ ; aequationes gradus  $12n+1$  radices habentes formae  $\alpha a + \alpha^4 b$  etc. ad unicam formam reduci posse gradus  $h(h+1)n+1$  cuius radices sint formae  $\alpha a + \alpha^{h+1} b$ .

Item aequationes gradus  $6n+3$  radices habentes formae  $\alpha a + \alpha^5 b$ , aequationes gradus  $30n+3$  radices habentes formae  $\alpha a + \alpha^6 b$ , aequationes gradus  $72n+3$  radices habentes formae  $\alpha a + \alpha^9 b$  etc. ad unam formam reduci posse gradus  $(3h-1)3hn+3$ , cuius radices sint formae  $\alpha a + \alpha^{3h} b$ . etc.

Atque ut haec classificatio clarius pateat sequens tabella consultatur in qua quaevis cellula exhibet tum gradus omnium aequationum ad eamdem formam reducibilium, tum gradum aequationis generalis quae eas omnes comprehendit, tum etiam formam generalem carum radicum.

Gradus aequationum specialium	Forma earum radicum
$2n+1$	$\alpha a + \alpha^3 b$
$6n+1$	$\alpha a + \alpha^5 b$
$12n+1$	$\alpha a + \alpha^9 b$
$20n+1$	$\alpha a + \alpha^{15} b$
$30n+1$	$\alpha a + \alpha^{21} b$
etc. etc.	etc. etc.
Gradus aequationis generalis	Forma generalis radicum
$h(h+1)n+1$	$\alpha a + \alpha^{h+1} b$

Gradus aequationum specialium	Forma earum radicum
$6n+3$	$\alpha a + \alpha^3 b$
$30n+3$	$\alpha a + \alpha^6 b$
$72n+3$	$\alpha a + \alpha^9 b$
$132n+3$	$\alpha a + \alpha^{12} b$
$210n+3$	$\alpha a + \alpha^{15} b$
etc. etc.	etc. etc.
Gradus aequationis generalis	Forma generalis radicum
$(3h-1)3hn+3$	$\alpha a + \alpha^{3h} b$

Gradus aequationum specialium	Forma earum radicum
$6n+5$	$\alpha + \alpha^3 b$
$56n+5$	$\alpha a + \alpha^8 b$
$156n+5$	$\alpha a + \alpha^{15} b$
$306n+5$	$\alpha a + \alpha^{18} b$
$506n+5$	$\alpha a + \alpha^{21} b$
etc. etc.	etc. etc.
Gradus aequationis generalis	Forma generalis radicum
$(5h-3)(5h-2)n+3$	$\alpha a + \alpha^{5h-2} b$

Gradus aequationum specialium	Forma earum radicum
$12n + 3$	$\alpha a + \alpha^4 b$
$42n + 3$	$\alpha a + \alpha^7 b$
$90n + 3$	$\alpha a + \alpha^{10} b$
$156n + 3$	$\alpha a + \alpha^{13} b$
$240n + 3$	$\alpha a + \alpha^{16} b$
etc. etc.	etc. etc.
Gradus aequationis generalis	Forma generalis radicum
$3h(3h+1)n + 3$	$\alpha a + \alpha^{3h+1} b$

Gradus aequationum specialium	Forma earum radicum
$12n + 5$	$\alpha a + \alpha^4 b$
$72n + 5$	$\alpha a + \alpha^9 b$
$182n + 5$	$\alpha a + \alpha^{14} b$
$342n + 5$	$\alpha a + \alpha^{19} b$
$552n + 5$	$\alpha a + \alpha^{24} b$
etc. etc.	etc. etc.
Gradus aequationis generalis	Forma generalis radicum
$(5h-2)(5h-1)n + 5$	$\alpha a + \alpha^{5h-1} b$

Gradus aequationum specialium	Forma earum radicum
$12n + 7$	$\alpha a + \alpha^4 b$
$110n + 7$	$\alpha a + \alpha^{11} b$
$306n + 7$	$\alpha a + \alpha^{18} b$
$600n + 7$	$\alpha a + \alpha^{25} b$
$992n + 7$	$\alpha a + \alpha^{32} b$
etc. etc.	etc. etc.
Gradus aequationis generalis	Forma generalis radicum
$(7h-4)(7h-3)n + 5$	$\alpha a + \alpha^{7h-3} b$

Gradus aequationum specialium	Forma earum radicum
$12n + 9$	$\alpha a + \alpha^4 b$
$156n + 9$	$\alpha a + \alpha^{15} b$
$462n + 9$	$\alpha a + \alpha^{21} b$
$930n + 9$	$\alpha a + \alpha^{31} b$
$1560n + 9$	$\alpha a + \alpha^{40} b$
etc. etc.	etc. etc.
Gradus aequationis generalis	Forma generalis radicum
$(9h - 6)(9h - 5)n + 9$	$\alpha a + \alpha^{9h-5} b$

Gradus aequationum specialium	Forma earum radicum
$12n + 11$	$\alpha a + \alpha^{11} b$
$210n + 11$	$\alpha a + \alpha^{15} b$
$650n + 11$	$\alpha a + \alpha^{26} b$
$1332n + 11$	$\alpha a + \alpha^{37} b$
$2256n + 11$	$\alpha a + \alpha^{48} b$
etc. etc.	etc. etc.
Gradus aequationis generalis	Forma generalis radicum
$(11h - 8)(11h - 7)n + 11$	$\alpha a + \alpha^{11h-7} b$

Gradus aequationum specialium	Forma earum radicum
$20n + 3$	$\alpha a + \alpha^5 b$
$56n + 3$	$\alpha a + \alpha^8 b$
$110n + 3$	$\alpha a + \alpha^{11} b$
$182n + 3$	$\alpha a + \alpha^{14} b$
$272n + 3$	$\alpha a + \alpha^{17} b$
etc. etc.	etc. etc.
Gradus aequationis generalis	Forma generalis radicum
$(3h + 1)(3h + 2)n + 3$	$\alpha a + \alpha^{3h+2} b$

Gradus aequationum specialium	Forma earum radicum
$20n + 5$	$\alpha a + \alpha^5 b$
$90n + 5$	$\alpha a + \alpha^{10} b$
$210n + 5$	$\alpha a + \alpha^{15} b$
$380n + 5$	$\alpha a + \alpha^{20} b$
$600n + 5$	$\alpha a + \alpha^{25} b$
etc. etc.	etc. etc.
Gradus aequationis generalis	Forma generalis radicum
$(5h - 1)5hn + 5$	$\alpha a + \alpha^{5h} b$

Gradus aequationum specialium	Forma earum radicum
$20n + 7$	$\alpha a + \alpha^5 b$
$132n + 7$	$\alpha a + \alpha^{12} b$
$342n + 7$	$\alpha a + \alpha^{19} b$
$650n + 7$	$\alpha a + \alpha^{26} b$
$1056n + 7$	$\alpha a + \alpha^{33} b$
etc. etc.	etc. etc.
Gradus aequationis generalis	Forma generalis radicum
$(7h - 3)(7h - 2)n + 7$	$\alpha a + \alpha^{7h-2} b$

Gradus aequationum specialium	Forma earum radicum
$20n + 9$	$\alpha a + \alpha^5 b$
$182n + 9$	$\alpha a + \alpha^{14} b$
$506n + 9$	$\alpha a + \alpha^{23} b$
$992n + 9$	$\alpha a + \alpha^{32} b$
$1640n + 9$	$\alpha a + \alpha^{41} b$
etc. etc.	etc. etc.
Gradus aequationis generalis	Forma generalis radicum
$(9h - 5)(9h - 2)n + 9$	$\alpha a + \alpha^{9h-2} b$

Gradus aequationum specialium	Forma earum radicum
$20n + 11$	$\alpha\alpha + \alpha^5 b$
$240n + 11$	$\alpha\alpha + \alpha^{16} b$
$702n + 11$	$\alpha\alpha + \alpha^{27} b$
$1406n + 11$	$\alpha\alpha + \alpha^{38} b$
$2352n + 11$	$\alpha\alpha + \alpha^{49} b$
etc. etc.	etc. etc.
Gradus aequationis generalis	Forma generalis radicum
$(14h - 7)(14h - 6)n + 11$	$\alpha\alpha + \alpha^{11h-6} b$

Gradus aequationum specialium	Forma earum radicum
$20n + 13$	$\alpha\alpha + \alpha^5 b$
$306n + 13$	$\alpha\alpha + \alpha^{18} b$
$930n + 13$	$\alpha\alpha + \alpha^{51} b$
$1892n + 13$	$\alpha\alpha + \alpha^{44} b$
$3192n + 13$	$\alpha\alpha + \alpha^{57} b$
etc. etc.	etc. etc.
Gradus aequationis generalis	Forma generalis radicum
$(13h - 9)(13h - 8)n + 13$	$\alpha\alpha + \alpha^{13h-8} b$

Gradus aequationum specialium	Forma earum radicum
$20n + 15$	$\alpha\alpha + \alpha^5 b$
$380n + 15$	$\alpha\alpha + \alpha^{20} b$
$1190n + 15$	$\alpha\alpha + \alpha^{55} b$
$2450n + 15$	$\alpha\alpha + \alpha^{50} b$
$4160n + 15$	$\alpha\alpha + \alpha^{65} b$
etc. etc.	etc. etc.
Gradus aequationis generalis	Forma generalis radicum
$(15h - 11)(15h - 10)n + 15$	$\alpha\alpha + \alpha^{15h-10} b$

Gradus aequationum specialium	Forma earum radicum
$20n + 17$	$\alpha\alpha + \alpha^5 b$
$462n + 17$	$\alpha\alpha + \alpha^{22} b$
$1482n + 17$	$\alpha\alpha + \alpha^{39} b$
$3080n + 17$	$\alpha\alpha + \alpha^{56} b$
$5256n + 17$	$\alpha\alpha + \alpha^{73} b$
etc. etc.	etc. etc.
Gradus aequationis generalis	Forma generalis radicum
$(17h - 13)(17h - 12)n + 17$	$\alpha\alpha + \alpha^{17h-12} b$

Gradus aequationum specialium	Forma earum radicum
$20n + 19$	$\alpha\alpha + \alpha^5 b$
$552n + 19$	$\alpha\alpha + \alpha^{24} b$
$1806n + 19$	$\alpha\alpha + \alpha^{43} b$
$3782n + 19$	$\alpha\alpha + \alpha^{62} b$
$6480n + 19$	$\alpha\alpha + \alpha^{81} b$
etc. etc.	etc. etc.
Gradus aequationis generalis	Forma generalis radicum
$(19h - 15)(19h - 14)n + 19$	$\alpha\alpha + \alpha^{19h-14} b$

etc.

etc.

etc.

etc.

Ex inspectione hujus tabellae facile cuique patebit lex, qua ipsa procedit et quisqne poterit eam protrahere indefinite.

Hisce praemissis ad inveniendas formas generales aequationum, quarum radices constant duobus elementis, seu potius ad detegendas regulas quibus ipsae construi possunt, incipiamus calculo subiucere eas, quarum gradus exhibit cellula prima, et primum aequationes gradus  $2n + 1$ .

Radices harum aequationum erunt

$$\begin{aligned} & a+b \\ & \alpha a+\alpha^2 b \\ & \beta a+\beta^2 b \\ & \delta a+\delta^2 b \\ & \cdot \cdot \cdot \\ & \lambda a+\lambda^2 b \\ & \mu a+\mu^2 b \end{aligned}$$

Notis regulis inveniemus  $P=0$ ,  $P_1=0$ ,  $P_2=0 \dots P_n=0$  atque

$$P_{n+1} = (2n+1) \frac{(n+1)\dots 2}{2\dots n} ab^n$$

$$P_{n+2} = (2n+1) \frac{(n+2)\dots 4}{2\dots (n-1)} a^3 b^{n-1}$$

$$P_{n+3} = (2n+1) \frac{(n+3)\dots 6}{2\dots (n-2)} a^5 b^{n-2}$$

$$P_{n+4} = (2n+1) \frac{(n+4)\dots 8}{2\dots (n-3)} a^7 b^{n-3}$$

etc.                  etc.                  etc.

$$P_{2n+1} = (2n+1) a^{2n+1} + (2n+1) b^{2n+1}$$

seu

$$\frac{P_{n+1}}{n+1} = (2n+1) ab^n$$

$$\frac{P_{n+2}}{n+2} = (2n+1) \frac{(n+1)n}{2\cdot 3} a^5 b^{n-1}$$

$$\frac{P_{n+3}}{n+3} = (2n+1) \frac{(n+2)\dots(n-1)}{2\dots 5} a^5 b^{n-2}$$

$$\frac{P_{n+4}}{n+4} = (2n+1) \frac{(n+3)\dots(n-2)}{2\dots 7} a^7 b^{n-3}$$

etc.                  etc.                  etc.

$$\frac{P_{2n+1}}{2n+1} = a^{2n+1} + b^{2n+1}$$

Ponatur  $a b^n = M N$ ,  $a^3 b^{n-1} = M N^2$ ; hinc

$$a = \sqrt[2n+1]{M N^{n+1}} \quad b = \sqrt[2n+1]{M^2 N}.$$

Utamur symbolo  $(h n, k)$  ad exprimendas quantitates formae  
 $\frac{P_{h n+k}}{h n+k}$ , deducemus

$$\left. \begin{aligned} (n, 1) &= (2n+1) M N \\ (n, 2) &= (2n+1) \frac{(n+1)n}{2 \cdot 3} M N^2 \\ (n, 3) &= (2n+1) \frac{(n+2) \dots (n+1)}{2 \dots 5} M N^3 \\ (n, 4) &= (2n+1) \frac{(n+3) \dots (n+2)}{2 \dots 7} M N^4 \\ \text{etc.} & \quad \text{etc.} \quad \text{etc.} \\ (2n, 1) &= M N^{n+1} + M^2 N \end{aligned} \right\} (a)$$

quas aequationes auxiliares nuncupabimus.

Cum sit  $P_0 = 0$ ,  $P_1 = 0$ ,  $P_2 = 0 \dots P_n = 0$  aequatio quaesita carebit potentiarum incognitae quarum exponentes essent  $2n$ ,  $2n-1$ ,  $2n-2, \dots (n+1)$ . Erit igitur haec aequatio hujus formae

$$x^{2n+1} - A x^n - B x^{n-1} - C x^{n-2} - D x^{n-3} - \text{etc.} - T = 0.$$

Quapropter nota relatione inter coefficientes et summas potentiarum radicum erit

$$P_{n+1} = (n+1)A$$

$$P_{n+2} = (n+2)B$$

$$P_{n+3} = (n+3)C$$

$$P_{n+4} = (n+4)D$$

$$\text{etc.} \quad \text{etc.}$$

$$P_{2n+1} = (2n+1)T$$

Ergo

$$A = \frac{P_{n+1}}{n+1} = (n, 1) = (2n+1)MN$$

$$B = \frac{P_{n+2}}{n+2} = (n, 2) = (2n+1) \frac{(n+1)n}{2 \cdot 3} MN^2$$

$$C = \frac{P_{n+3}}{n+3} = (n, 3) = (2n+1) \frac{(n+2) \dots (n-1)}{2 \cdot 5} MN^3$$

$$D = \frac{P_{n+4}}{n+4} = (n, 4) = (2n+1) \frac{(n+3) \dots (n-2)}{2 \cdot 7} MN^4$$

etc.

etc.

etc.

$$T = \frac{P_{2n+1}}{2n+1} = (2n, 1) = MN^{n+1} + M^2 N$$

Erit igitur aequatio quaesita

$$x^{2n+1} - (2n+1) MN x^n$$

$$- (2n+1) \frac{(n+1)n}{2 \cdot 3} MN^2 x^{n-1}$$

$$- (2n+1) \frac{(n+2) \dots (n-1)}{2 \cdot 5} MN^3 x^{n-2}$$

$$- (2n+1) \frac{(n+3) \dots (n-2)}{2 \cdot 7} MN^4 x^{n-3}$$

etc.

etc.

etc.

$$- MN^{n+1} - M^2 N$$

$$\left. \right\} = 0$$

Evidens est lex qua procedunt hujus aequationis termini, seu coefficientes, quaque subsequentes haberi possunt. Quantitates M, N manent indeterminatae, et pro eis assumere possumus numeros quosecumque, ab eisque tantum pendet diversitas aequationum radices habentium formae  $\alpha a + \alpha^2 b$ , seu

$$\alpha \sqrt[2n+1]{MN^{n+1}} + \alpha^2 \sqrt[2n+1]{M^2 N}.$$

Pro aequationibus gradus  $6n+1$  radices habentibus formae  $\alpha a + \alpha^3 b$ ; inveniemus

$$P=0, P_3=0, P_5=0, \dots, P_{2n-1}=0.$$

$$P_2=0, P_4=0, P_6=0, \dots, P_{4n}=0$$

atque

$$(2n, 1) = (6n+1)ab^{2n}$$

$$(2n, 3) = (6n+1) \frac{(2n+2)\dots(2n-4)}{2\cdot 4} a^4 b^{2n-4}$$

$$(2n, 5) = (6n+1) \frac{(2n+4)\dots(2n-1)}{2\cdot 7} a^7 b^{2n-2}$$

$$(2n, 7) = (6n+1) \frac{(2n+6)\dots(2n-2)}{2\cdot 4\cdot 10} a^{10} b^{2n-3}$$

etc.

etc.

etc.

$$(6n, 1) = a^{6n+1} + b^{6n+1}$$

$$(4n, 2) = (6n+1) \frac{4n+1}{2} a^2 b^{4n}$$

$$(4n, 4) = (6n+1) \frac{(4n+3)\dots(4n-5)}{2\cdot 5} a^5 b^{4n-4}$$

$$(4n, 6) = (6n+1) \frac{(4n+5)\dots(4n-1)}{2\cdot 8} a^8 b^{4n-2}$$

$$(4n, 8) = (6n+1) \frac{(4n+7)\dots(4n-2)}{2\cdot 4\cdot 11} a^{11} b^{4n-3}$$

etc.

etc.

etc.

Ponatur  $ab^{2n} = MN$ ,  $a^4b^{2n-4} = MN^2$  unde

$$a = \sqrt[6n+1]{MN^{2n+1}}, \quad b = \sqrt[6n+1]{M^3N^2}$$

hinc aequationes auxiliares

$$(2n, 1) = (6n+1)MN$$

$$(2n, 3) = (6n+1) \frac{(2n+2)\dots 2n}{2\dots 4} MN^2$$

$$(2n, 5) = (6n+1) \frac{(2n+4)\dots(2n-1)}{2\dots 7} MN^3 \quad \left. \right\} (a)$$

$$(2n, 7) = (6n+1) \frac{(2n+6)\dots(2n-2)}{2\dots 10} MN^4$$

etc.

etc.

etc.

$$(6n, 1) = MN^{2n+1} + M^3 N^2$$

$$(4n, 2) = (6n+1) \frac{(4n+1)}{2} M^2 N^2$$

$$(4n, 4) = (6n+1) \frac{(4n+3)\dots 4n}{2\dots 5} M^2 N^3$$

$$(4n, 6) = (6n+1) \frac{(4n+5)\dots(4n-1)}{2\dots 8} M^2 N^4 \quad \left. \right\} (b)$$

$$(4n, 8) = (6n+1) \frac{(4n+7)\dots(4n-2)}{2\dots 11} M^2 N^5$$

etc.

etc.

etc.

Cum sit

$$P_1 = 0, P_3 = 0, P_5 = 0 \dots \dots P_{2n-1} = 0$$

$$P_2 = 0, P_4 = 0, P_6 = 0 \dots \dots P_{4n} = 0$$

aequatio quaesita deerit potentius incognitae quarum exponentes essent

$$6n-1, 6n-3, 6n-5, \dots \dots 2n+1$$

$$6n, 6n-2, 6n-4, \dots \dots 4n+2$$

erit igitur ejus forma

$$\left\{ x^{6n+1} - Ax^{4n} - Bx^{4n-2} - Cx^{4n-4} - Dx^{4n-6} - \text{etc.} - T \right. \\ \left. - A'x^{2n-1} - B'x^{2n-3} - C'x^{2n-5} - D'x^{2n-7} - \text{etc.} \right\} = 0$$

Hinc

$$P_{2n+1} = (2n+1)A$$

$$P_{2n+3} = (2n+3)B$$

$$P_{2n+5} = (2n+5)C$$

$$P_{2n+7} = (2n+7)D$$

etc.                etc.

$$P_{6n+1} = (6n+1)T$$

$$P_{4n+2} = A P_{2n+1} + (4n+2)A'$$

$$\begin{aligned} P_{4n+4} = A P_{2n+3} &+ (4n+4)B' \\ &+ B P_{2n+1} \end{aligned}$$

$$\begin{aligned} P_{4n+6} = A P_{2n+5} &+ (4n+6)C' \\ &+ B P_{2n+3} \\ &+ C P_{2n+1} \end{aligned}$$

$$\begin{aligned} P_{4n+8} = A P_{2n+7} &+ (4n+8)D' \\ &+ B P_{2n+5} \\ &+ C P_{2n+3} \\ &+ D P_{2n+1} \end{aligned}$$

etc.                etc.

Ex quibus

$$A = \frac{P_{2n+1}}{2n+1} = (2n, 1)$$

$$B = \frac{P_{2n+3}}{2n+3} = (2n, 3)$$

$$C = \frac{P_{2n+5}}{2n+5} = (2n, 5)$$

$$D = \frac{P_{2n+7}}{2n+7} = (2n, 7)$$

etc.                etc.

$$T = \frac{P_{6n+1}}{6n+1} = (6n, 1)$$

(a')

$$\begin{aligned} A' &= \frac{P_{4n+2}}{4n+2} - \frac{AP_{2n+1}}{4n+2} = \frac{P_{4n+2}}{4n+2} - \frac{P_{2n+1}}{(4n+1)} - \frac{P_{2n+1}}{(4n+2)} \\ &= (4n, 2) - \frac{(2n, 1)(2n, 1)}{2} \end{aligned}$$

$$\begin{aligned} B' &= \frac{P_{4n+4}}{4n+4} - \frac{AP_{2n+3}}{4n+4} - \frac{BP_{2n+1}}{4n+4} = \frac{P_{4n+4}}{4n+4} \\ &\quad - \frac{P_{2n+1} P_{2n+3}}{(2n+1)(4n+4)} - \frac{P_{2n+3} P_{2n+1}}{(2n+3)(4n+4)} \\ &= \frac{P_{4n+4}}{4n+4} - \frac{(4n+4)P_{2n+1} P_{2n+3}}{(4n+4)(2n+1)(2n+3)} = (4n, 4) \\ &\quad - (2n+1)(2n, 3) \\ C &= \frac{P_{4n+6}}{4n+6} - \frac{AP_{2n+5}}{4n+6} - \frac{BP_{2n+3}}{4n+6} - \frac{CP_{2n+1}}{4n+6} \\ &= \frac{P_{4n+6}}{4n+6} - \frac{P_{2n+1} P_{2n+5}}{(2n+1)(4n+6)} - \frac{P_{2n+3} P_{2n+3}}{(2n+3)(4n+6)} \\ &\quad - \frac{P_{2n+5} P_{2n+1}}{(2n+5)(4n+6)} = \frac{P_{4n+6}}{4n+6} - \frac{(2n+5)P_{2n+1} P_{2n+5}}{(2n+5)(2n+1)(4n+6)} \\ &\quad - \frac{(2n+1)P_{2n+1} P_{2n+5}}{(2n+1)(2n+5)(4n+6)} - \frac{P_{2n+3} P_{2n+3}}{(2n+3)(4n+6)} \\ &= (4n, 6) - (2n, 4)(2n, 5) - \frac{(2n, 3)(2n, 3)}{2} \end{aligned}$$

$$\begin{aligned} D' &= \frac{P_{4n+8}}{4n+8} - \frac{AP_{2n+7}}{4n+8} - \frac{BP_{2n+5}}{4n+8} - \frac{CP_{2n+3}}{4n+8} \\ &\quad - \frac{DP_{2n+1}}{4n+8} = \frac{P_{4n+8}}{4n+8} - \frac{P_{2n+1}}{2n+1} \frac{P_{2n+7}}{4n+8} \\ &\quad - \frac{P_{2n+3}}{2n+3} \frac{P_{2n+5}}{4n+8} - \frac{P_{2n+5}}{2n+5} \frac{P_{2n+3}}{4n+8} - \frac{P_{2n+7}}{2n+7} \frac{P_{2n+1}}{4n+8} \\ &= \frac{P_{4n+8}}{4n+8} - \frac{(2n+7)P_{2n+1} P_{2n+7}}{(2n+1)(2n+7)(4n+8)} - \frac{(2n+1)P_{2n+1} P_{2n+7}}{(2n+1)(2n+7)(4n+8)} \end{aligned}$$

$$\begin{aligned} & -\frac{(2n+5)^P}{(2n+3)(2n+5)} \frac{2n+3^P}{4n+8} \frac{2n+5^P}{(2n+3)(2n+5)(4n+8)} \\ & = (4n, 8) - (2n, 1)(2n, 7) - (2n, 3)(2n, 5) \end{aligned}$$

Scilicet

$$\left. \begin{aligned} A' &= (4n, 2) - \frac{(2n, 1)(2n, 1)}{2} \\ B' &= (4n, 4) - (2n, 1)(2n, 3) \\ C' &= (4n, 6) - (2n, 1)(2n, 5) \\ &\quad - \frac{(2n, 3)(2n, 3)}{2} \\ D' &= (4n, 8) - (2n, 1)(2n, 7) \\ &\quad - (2n, 3)(2n, 5) \end{aligned} \right\} (b')$$

Quantitates  $(2n, 1)$ ,  $(2n, 3)$ ,  $(2n, 5)$  etc.  $(4n, 2)$ ,  $(4n, 4)$ ,  $(4n, 6)$  etc. notae fiunt ex aequationibus auxiliariis  $(a)$ ,  $(b)$ , ergo et noti coefficientes  $A, B, C, D$  etc.  $A', B', C', D'$  etc. atque ita determinata erit aequatio quae sita, seu forma generalis aequationum gradus  $6n+1$  cuius radices sint  $\alpha a + \alpha^2 b$ , seu  $\alpha \sqrt[6n+1]{MN^{2n+1}} + \alpha^3 \sqrt[6n+1]{M^3N^2}$ , exprimente  $\alpha$  quamcumque radicem  $(6n+1)$  esimam unitatis.

Eundem calculum instituendo pro aequationibus gradus  $12n+1$ , quarum radices sint formae  $\alpha a + \alpha^4 b$ , inveniemus

$$a = \sqrt[12n+1]{MN^{3n+1}}, b = \sqrt[12n+1]{M^4N^3}$$

unde aequationes auxiliares

$$\left. \begin{aligned} (3n, 1) &= (12n+1)MN \\ (3n, 4) &= (12n+1) \frac{(3n+3)\dots 3n}{2\dots 5} MN^3 \\ (3n, 7) &= (12n+1) \frac{(3n+6)\dots (3n-1)}{2\dots 9} MN^5 \\ (3n, 10) &= (12n+1) \frac{(3n+9)\dots (3n-2)}{2\dots 13} MN^4 \\ &\text{etc.} &\text{etc.} &\text{etc.} \\ (12n, 1) &= MN^{3n+1} + M^4N^3 \end{aligned} \right\} (a)$$

$$\left. \begin{array}{l} (6n, 2) = (12n+1) \frac{(6n+1)}{2} M^2 N^2 \\ (6n, 5) = (12n+1) \frac{(6n+4) \dots 6n}{2 \dots 6} M^3 N^3 \\ (6n, 8) = (12n+1) \frac{(6n+7) \dots (6n-1)}{2 \dots 10} M^4 N^4 \\ (6n, 11) = (12n+1) \frac{(6n+10) \dots (6n-2)}{2 \dots 14} M^5 N^5 \\ \text{etc.} \qquad \text{etc.} \qquad \text{etc.} \end{array} \right\} \quad (b)$$
  

$$\left. \begin{array}{l} (9n, 3) = (12n+1) \frac{(9n+2)(9n+1)}{2 \dots 3} M^3 N^3 \\ (9n, 6) = (12n+1) \frac{(9n+5) \dots 9n}{2 \dots 7} M^3 N^4 \\ (9n, 9) = (12n+1) \frac{(9n+8) \dots (9n-1)}{2 \dots 11} M^3 N^5 \\ (9n, 12) = (12n+1) \frac{(9n+11) \dots (9n-2)}{2 \dots 15} M^3 N^6 \\ \text{etc.} \qquad \text{etc.} \qquad \text{etc.} \end{array} \right\} \quad (c)$$

Erit autem

$$\begin{aligned} P &= 0, P_4 = 0, P_7 = 0, \dots, P_{3n-2} = 0 \\ P_2 &= 0, P_5 = 0, P_8 = 0, \dots, P_{6n-1} = 0 \\ P_3 &= 0, P_6 = 0, P_9 = 0, \dots, P_{9n} = 0 \end{aligned}$$

et aequatio quaesita carebit potentius incognitae quarum exponentes essent

$$\begin{aligned} &12n, 12n-3, 12n-6, \dots, 9n+3 \\ &12n-1, 12n-4, 12n-7, \dots, 6n+2 \\ &12n-2, 12n-5, 12n-8, \dots, 3n+1 \end{aligned}$$

erit igitur ejus forma

$$\left\{ \begin{array}{l} -A x^{9n} - B x^{9n-3} - C x^{9n-6} - D x^{9n-9} - \text{etc.} \\ x^{12n+1} - A' x^{6n-1} - B' x^{6n-4} - C' x^{6n-7} - D' x^{6n-10} - \text{etc.} - T \\ -A'' x^{3n-2} - B'' x^{3n-5} - C'' x^{3n-8} - D'' x^{3n-11} - \text{etc.} \end{array} \right\} = 0$$

Ex relatione autem inter coefficientes et summas potentiarum radicum habemus

$$P_{3n+1} = (3n+1)A$$

$$P_{3n+4} = (3n+4)B$$

$$P_{3n+7} = (3n+7)C$$

$$P_{3n+10} = (3n+10)D$$

etc. etc.

$$P_{12n+1} = (12n+1)T$$

$$P_{6n+2} = AP_{3n+1} + (6n+2)A'$$

$$P_{6n+5} = AP_{3n+4} + (6n+5)B' \\ + BP_{3n+1}$$

$$P_{6n+8} = AP_{3n+7} + (6n+8)C' \\ + BP_{3n+4} \\ + CP_{3n+1}$$

$$P_{6n+11} = AP_{3n+10} + (6n+11)D' \\ + BP_{3n+7} \\ + CP_{3n+4} \\ + DP_{3n+1} \\ \text{etc.} \quad \text{etc.}$$

$$P_{9n+3} = AP_{6n+2} + A'P_{3n+1} + (9n+3)A''$$

$$P_{9n+6} = AP_{6n+5} + A'P_{3n+4} + (9n+6)B'' \\ + BP_{6n+2} + B'P_{3n+1}$$

$$\begin{aligned} P_{9n+9} &= AP_{6n+8} + A'P_{3n+7} + (9n+9)C'' \\ &\quad + BP_{6n+5} + B'P_{3n+4} \\ &\quad + CP_{6n+2} + C'P_{3n+1} \end{aligned}$$

$$\begin{aligned} P_{9n+12} &= AP_{6n+11} + A'P_{3n+10} + (9n+12)D'' \\ &\quad + BP_{6n+8} + B'P_{3n+7} \\ &\quad + CP_{6n+5} + C'P_{3n+4} \\ &\quad + DP_{6n+2} + D'P_{3n+1} \\ \text{etc.} &\qquad \text{etc.} \qquad \text{etc.} \end{aligned}$$

Ex hisce aequationibus deducemus coefficientes A, B, C, D etc.  
 A', B', C', D' etc. A'', B'', C'', D'', etc. calculo adhibito pro  
 aequationibus gradus  $6n+1$ , et erit.

$$\left. \begin{array}{l} A = (3n, 1) \\ B = (3n, 4) \\ C = (3n, 7) \\ D = (3n, 10) \\ \text{etc. etc.} \\ T = (12n, 1) \end{array} \right\} (a')$$

$$\left. \begin{array}{l} A' = (6n, 2) - \frac{(3n, 1)(3n, 4)}{2} \\ B' = (6n, 5) - (3n, 1)(3n, 4) \\ C' = (6n, 8) - (3n, 1)(3n, 7) \\ \quad - \frac{(3n, 4)(3n, 4)}{2} \\ D' = (6n, 11) - (3n, 1)(3n, 10) \\ \quad - (3n, 4)(3n, 7) \end{array} \right\} (b')$$

$$\begin{aligned}
 A' &= (9n, 3) - (3n, 1)(6n, 2) + \frac{(3n, 1)(3n, 1)(3n, 1)}{2 \cdot 3} \\
 B' &= (9n, 6) - (3n, 1)(6n, 5) + \frac{(3n, 1)(3n, 1)(3n, 4)}{2} \\
 &\quad - (3n, 4)(6n, 2) \\
 C' &= (9n, 9) - (3n, 1)(6n, 8) + \frac{(3n, 1)(3n, 1)(3n, 7)}{2} \\
 &\quad - (3n, 4)(6n, 5) + \frac{(3n, 1)(3n, 4)(3n, 4)}{2} \\
 &\quad - (3n, 7)(6n, 2) \\
 D' &= (9n, 12) - (3n, 1)(6n, 11) + \frac{(3n, 1)(3n, 1)(3n, 10)}{2} \\
 &\quad - (3n, 4)(6n, 8) + (3n, 1)(3n, 4)(3n, 7) \\
 &\quad - (3n, 7)(6n, 5) + \frac{(3n, 4)(3n, 4)(3n, 4)}{2 \cdot 3} \\
 &\quad - (3n, 10)(6n, 2) \\
 \text{etc.} &\qquad \text{etc.} \qquad \text{etc.}
 \end{aligned} \tag{c}$$

Aequationibus auxiliariis (a), (b), (c) notae fiunt expressiones  $(3n, 1)$ ,  $(3n, 4)$  etc.  $(6n, 2)$ ,  $(6n, 5)$  etc.  $(9n, 3)$ ,  $(9n, 6)$  etc., ideoque et coefficienes A, B, C, D etc.  $A'$ ,  $B'$ ,  $C'$ ,  $D'$ , etc.  $A''$ ,  $B''$ ,  $C''$ ,  $D''$ , etc., sive determinata erit aequatio gradus  $12m+1$  radices habens formam  $\alpha\alpha + \alpha^4b$ , scilicet

$$\alpha\sqrt[12n+1]{MN^{3n+1}} + \alpha^4\sqrt[12n+1]{M^4N^3}$$

exprimente  $\alpha$  quamcumque radiceim  $(12n+1)$  esimam unitatis.

Ex hucusque dictis deducitur aequationes de quibus agitur determinari ope aequationum auxiliarium (a), (b), (c), etc. et aequationum (a'), (b'), (c'), etc. Quod attinet ad primas evidens est lex qua ipsae procedunt, et quisque facile videt eas esse pro aequationibus gradus  $20n+1$  radices habentibus formae  $\alpha\alpha + \alpha^5b$ ,

$$(4n, 1) = (20n+1)MN$$

$$(4n, 5) = (20n+1) \frac{(4n+4) \dots 4n}{2 \dots 6} MN^2$$

$$(4n, 9) = (20n+1) \frac{(4n+8) \dots (4n-1)}{2 \dots 11} MN^5$$

$$(4n, 13) = (20n+1) \frac{(4n+12) \dots (4n-2)}{2 \dots 16} MN^4$$

etc.

etc.

etc.

$$(20n, 1) = MN^{4n+1} + M^5N^4.$$

$$(8n, 2) = (20n+1) \frac{8n+1}{2} M^2N^2$$

$$(8n, 6) = (20n+1) \frac{(8n+5) \dots 8n}{2 \dots 7} M^2N^3$$

$$(8n, 10) = (20n+1) \frac{(8n+9) \dots (8n-1)}{2 \dots 12} M^2N^4$$

$$(8n, 14) = (20n+1) \frac{(8n+13) \dots (8n-2)}{2 \dots 17} M^2N^5$$

etc.

etc.

etc.

$$(12n, 3) = (20n+1) \frac{(12n+2)(12n+1)}{2 \dots 3} M^3N^3$$

$$(12n, 7) = (20n+1) \frac{(12n+6) \dots 12n}{2 \dots 8} M^3N^4$$

$$(12n, 11) = (20n+1) \frac{(12n+10) \dots (12n-1)}{2 \dots 13} M^3N^5$$

$$(12n, 15) = (20n+1) \frac{(12n+14) \dots (12n-2)}{2 \dots 18} M^3N^6$$

etc.

etc.

etc.

(a)

(b)

(c)

$$\left. \begin{array}{l} (16n, 4) = (20n+1) \frac{(16n+3)\dots(16n+1)}{2\dots4} M^4 N^4 \\ (16n, 8) = (20n+1) \frac{(16n+7)\dots16n}{2\dots9} M^4 N^5 \\ (16n, 12) = (20n+1) \frac{(16n+11)\dots(16n-1)}{2\dots14} M^4 N^6 \\ (16n, 16) = (20n+1) \frac{(16n+15)\dots(16n-2)}{2\dots19} M^4 N^7 \\ \text{etc.} \qquad \qquad \qquad \text{etc.} \qquad \qquad \qquad \text{etc.} \end{array} \right\} (d)$$

Quod attinet ad aequationes  $(a')$ ,  $(b')$ ,  $(c')$ ,  $(d')$  etc. ad degendam legem qua ipsae procedunt, tanquam lemma praemittam sequentes observationes.

Sit aquatio quaecumque

$$x^m - A x^{m-1} - B x^{m-2} - C x^{m-3} - D x^{m-4} - E x^{m-5} - F x^{m-6} - G x^{m-7} - H x^{m-8} \text{ etc.} = 0$$

Notissimo theoremate erit

$$P = A$$

$$P_2 = A P + 2 B$$

$$P_3 = A P_2 + B P + 3 C$$

$$P_4 = A P_3 + B P_2 + C P + 4 D$$

$$P_5 = A P_4 + B P_3 + C P_2 + D P + 5 E$$

$$P_6 = A P_5 + B P_4 + C P_3 + D P_2 + E P + 6 F$$

$$P_7 = A P_6 + B P_5 + C P_4 + D P_3 + E P_2 + F P + 7 G$$

$$P_8 = A P_7 + B P_6 + C P_5 + D P_4 + E P_3 + F P_2 + G P + 8 H$$

$$\text{etc.} \qquad \qquad \qquad \text{etc.} \qquad \qquad \qquad \text{etc.}$$

Ex hisce aequationibus deducemus coefficientes  $A$ ,  $B$ ,  $C$ ,  $D$ , etc. eritque, expressis symbolo  $(p)$  quantitates formae

$$\frac{P_p}{p}, \quad \text{habebimus}$$

$$A = (1)$$

$$B = (2) - \frac{(1)(1)}{2}$$

$$C = (3) - (1)(2) + \frac{(1)(1)(1)}{2 \cdot 3}$$

$$D = (4) - (1)(3) + \frac{(1)(1)(2)}{2} - \frac{(1)(1)(1)(1)}{2 \cdot 3 \cdot 4}$$

$$E = (5) - (1)(4) + \frac{(1)(1)(3)}{2} - \frac{(1)(1)(1)(2)}{2 \cdot 3} + \frac{(1)(1)(1)(1)(1)}{2 \cdot 5} \\ - (2)(3) + \frac{(1)(2)(2)}{2}$$

$$F = (6) - (1)(5) + \frac{(1)(1)(4)}{2} - \frac{(1)(1)(1)(3)}{2 \cdot 3} + \frac{(1)(1)(1)(1)(2)}{2 \cdot 3 \cdot 4} \\ - (2)(4) + (1)(2)(3) - \frac{(1)(1)(2)(2)}{2 \cdot 2} \\ - \frac{(3)(3)}{2} + \frac{(2)(2)(2)}{2 \cdot 3} \\ - \frac{(1)(1)(1)(1)(1)(1)}{2 \dots 6}$$

$$G = (7) - (1)(6) + \frac{(1)(1)(5)}{2} - \frac{(1)(1)(1)(4)}{2 \cdot 3} + \frac{(1)(1)(1)(1)(3)}{2 \cdot 3 \cdot 4} \\ - (2)(5) + (1)(2)(4) - \frac{(1)(1)(2)(3)}{2} + \frac{(1)(1)(1)(2)(2)}{2 \cdot 3 \cdot 2} \\ - (3)(4) + \frac{(1)(3)(3)}{2} - \frac{(1)(2)(2)(2)}{2 \cdot 3} \\ + \frac{(2)(2)(3)}{2}$$

$$- \frac{(1)(1)(1)(1)(1)(2)}{2 \cdot 5} + \frac{(1)(1)(1)(1)(1)(1)(1)}{2 \cdot 7}$$

$$H = (8) - (1)(7) + \frac{(1)(1)(6)}{2} - \frac{(1)(1)(1)(5)}{2 \cdot 3} + \frac{(1)(1)(1)(1)(4)}{2 \cdot 3 \cdot 4} \\ - (2)(6) + (1)(2)(5) - \frac{(1)(1)(2)(4)}{2} + \frac{(1)(1)(1)(2)(3)}{2 \cdot 3}$$

$$\begin{aligned}
 & - (3)(5) + (1)(3)(4) - \frac{(1)(1)(3)(3)}{2 \cdot 2} + \frac{(1)(1)(2)(2)(2)}{2 \cdot 2 \cdot 3} \\
 & - \frac{(4)(4)}{2} + \frac{(2)(2)(4)}{2} - \frac{(1)(2)(2)(3)}{2} \\
 & + \frac{(2)(3)(3)}{2} \frac{(2)(2)(2)(2)}{2 \cdot 4} \\
 & - \frac{(1)(1)(1)(1)(1)(3)}{2 \cdot 5} + \frac{(1)(1)(1)(1)(1)(2)}{2 \cdot 6} - \frac{(1)(1)(1)(1)(1)(1)(1)}{2 \cdot 8} \\
 & - \frac{(1)(1)(1)(1)(2)(2)}{2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 2}
 \end{aligned}$$

etc.                    etc.                    etc.

Coefficientes isti, evidenter componuntur tantum quantitatibus (1), (2), (3), (4), etc.; primus terminus coefficientis cujuscumque, est formae ( $h$ ), exprimente  $h$  ordinem seu indicem coefficientis ipsius; sic cum A sit coefficientis primus ejus terminus primus est (1); cum B sit coefficientis secundus, ejus terminus primus est (2) etc.

Ad determinandos ceteros terminos expedit eos distinguerre ex numero factorum formae ( $k$ ) quibus componuntur; dicemus itaque terminos secundos qui constant duobus factoribus illius formae, terminos tertios qui constant tribus factoribus etc.

His positis ad inveniendos terminos secundos cujuscumque coefficientis, multiplicentur invicem expressiones (1), (2), (3), (4), etc. binis sumptis non ommissis combinationibus cuiusvis earum in se ipsam, scilicet combinationibus formae ( $h$ )( $h$ ). Ex hisce productis ea retineantur in quibus aggregatum ex numeris inter parentheses clausis aequat indicem coefficientis. Eruunt haec producta ejus termini secundi, signo vero mutato et divisis per 2 illis quorum forma est ( $h$ )( $h$ ).

Sic ad inveniendos terminos secundos coefficientis F, ductis invicem expressionibus (1), (2), (3), (4), (5) binis sumptis, et norma superius praescripta, earum combinationes erunt

(1)(1), (2)(2), (3)(3), (4)(4), (5)(5)  
 (1)(2), (2)(3), (3)(4), (4)(5),  
 (1)(3), (2)(4), (3)(5),  
 (1)(4), (2)(5),  
 (1)(5),

Cum autem sit F coefficiens sextus, ejus termini secundi erunt

$$-\frac{(3)(3)}{2}, -(2)(4), -(1)(5)$$

Ad inveniendos terminos tertios cujuscumque coefficientis multiplicentur invicem expressiones (1), (2), (3), (4), etc. ternis sumptis, non ommissis combinationibus in quibus idem factor bis vel ter continetur, combinationibus scilicet formae  $(g)(g)(h)$ ,  $(g)(g)(g)$ . Horum productorum ea retineantur in quibus summa numerorum, qui inter parentheses sunt clausi, aequat indicem coefficientis; erunt haec producta ejus termini tertii signo non mutato, atque divisis per 2 illis quorum forma est  $(g)(g)(h)$ , per 2.3 illis quorum forma est  $(g)(g)(g)$ .

Sic ad inveniendos terminos tertios coefficientis F ductis invicem factoribus (1), (2), (3), (4) ternis sumptis, et norma prescripta, erunt producta.

(1)(1)(1), (2)(2)(1), (3)(3)(1), (4)(4)(1), (1)(2)(3)  
 (1)(1)(2), (2)(2)(2), (3)(3)(2), (4)(4)(2), (1)(2)(4)  
 (1)(1)(3), (2)(2)(3), (3)(3)(3), (4)(4)(3), (1)(3)(4)  
 (1)(1)(4), (2)(2)(4), (3)(3)(4), (4)(4)(4), (2)(3)(4)

Cum F sit coefficiens sextus ejus termini tertii erunt

$$\frac{(1)(1)(4)}{2}, (1)(2)(3), \frac{(2)(2)(2)}{2.3}$$

Ad inveniendos terminos quartos cujuscumque coefficientis multiplicentur invicem expressiones (1), (2), (3), (4) etc. quarternis sumptis, non ommissis combinationibus in quibus factor quicunque bis, ter, quater continetur, combinationibus scilicet formis  $(g)(g)(h)(i)$ ,  $(g)(g)(h)(h)$ ,  $(g)(g)(g)(h)$ ,  $(g)(g)(g)(g)$ . Ex hisce productis ea retineantur in quibus aggregatum numerorum, qui inter parentheses clausi sunt, aequat indicem coefficientis;

haec producta, signo mutato erunt ejus termini quarti, divisis vero per 2 terminis formae  $(g)(g)(h)(i)$ , per  $2 \cdot 2$  terminis formae  $(g)(g)(h)(h)$ , per  $2 \cdot 3$  terminis formae  $(g)(g)(g)(h)$ , per  $2 \cdot 3 \cdot 4$  terminis formae  $(g)(g)(g)(g)$ .

Sic ad inveniendos terminos quartos coefficientis F, ductis invicem factoribus (1), (2), (3), quaternis sumptis, et norma praescripta habebimus producta

$$\begin{aligned} & (1)(1)(1)(1), (2)(2)(2)(1) (3)(3)(3)(1) \\ & (1)(1)(1)(2), (2)(2)(2)(2) (3)(3)(3)(2) \\ & (1)(1)(1)(3), (2)(2)(2)(3) (3)(3)(3)(3) \\ & (1)(1)(2)(2) (1)(1)(2)(3) \\ & (1)(1)(3)(3) (2)(2)(1)(3) \\ & (2)(2)(3)(3) (3)(3)(1)(2) \end{aligned}$$

Cum F sit coefficientis sextus erunt ejus termini quarti

$$-\frac{(1)(1)(1)(3)}{2 \cdot 3}, -\frac{(1)(1)(2)(2)}{2 \cdot 2}$$

Ad inveniendos terminos quintos cuiusvis coefficientis multiplicentur invicem expressiones (1), (2), (3), (4), etc. quinis sumptis, non ommissis combinationibus illis in quibus factor quicumque bis, ter, quater, quinque continetur, combinationibus scilicet quae sunt formis  $(g)(g)(h)(i)(k)$ ,  $(g)(g)(h)(h)(i)$ ,  $(g)(g)(g)(h)(i)$ ,  $(g)(g)(g)(h)(h)$ ,  $(g)(g)(g)(g)(h)$ ,  $(g)(g)(g)(g)(g)$ . Ex hisce productis ea retineantur in quibus aggregatum ex numeris inter parentheses clausis aequat indicem coefficientis; haec producta signo non mutato erunt ejus quinti termini, divisis vero per 2 illis qui sunt formae  $(g)(g)(h)(i)(k)$ , per  $2 \cdot 2$  illis qui sunt formae  $(g)(g)(h)(h)(i)$ , per  $2 \cdot 3$  illis qui sunt formae  $(g)(g)(g)(h)(i)$ , per  $2 \cdot 3 \cdot 2$  illis qui sunt formae  $(g)(g)(g)(h)(h)$ , per  $2 \cdot 3 \cdot 4$  illis qui sunt formae  $(g)(g)(g)(g)(h)$ ; per  $2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5$  illis qui sunt formae  $(g)(g)(g)(g)(g)$ .

Sic ad inveniendos terminos quintos coefficientis F ductis invicem factoribus (1), (2) quinis sumptis et norma praescripta habebimus producta

$$\begin{aligned} & (1)(1)(1)(1)(1) (1)(1)(2)(2)(2) \\ & (1)(1)(1)(1)(2) (1)(2)(2)(2)(2) \\ & (1)(1)(1)(2)(2) (2)(2)(2)(2)(2) \end{aligned}$$

Cum autem sit F coefficiens sextus habebit ipse unum tantum terminum quintum scilicet

$$\frac{(1)(1)(1)(1)(2)}{2 \cdot 3 \cdot 4}$$

Atque hinc inductione facile detegere possumus regulam generalem ad determinandos terminos omnes cuiusvis coefficientis. Sint ex. gr. inveniendi termini  $q$  esimi coefficientis  $r$  esimi; multiplicentur invicem quantitates (1), (2), (3), (4), etc.  $q$  nis sumptis, illis combinationibus non omissis in quibus iidem factores continentur bis, ter, quater, quinquies etc. Ex hisce productis summantur illa in quibus aggregatum ex numeris inter parentheses clausis aequat  $r$  indicem coefficientis. Haec producta signo mutato si  $q$  est par, non mutato si  $q$  est inpar erunt ejus termini  $q$  esimi divisis vero per 2 iis qui habent factorem duplicatum, et toties per 2 quot sunt factores duplicati; per 2.3 qui habent factorem triplicatum, et toties per 2.3 quot sunt factores triplicati; per 2.3.4 qui habent factorem quadruplicatum et toties per 2.3.4 quot sunt factores quadruplicati etc. per 2.3.4.5— $h$  qui habent factorem  $h$  uplicatum, et toties per 2.3.4.5.. $h$  quot sunt factores  $h$  uplicati.

Sic ex. gr. ad dessiniendos terminos quartos coefficientis H, seu octavi, ductis invicem expressionibus (1), (2), (3), (4), (5) quaternis sumptis et norma praescripta, habebimus producta

$$\begin{array}{lll}
 (1)(2)(3)(4) & (1)(1)(2)(2) & (2)(2)(1)(3) \\
 (1)(2)(3)(5) & (1)(1)(2)(3) & (2)(2)(1)(4) \\
 (1)(2)(4)(5) & (1)(1)(2)(4) & (2)(2)(1)(5) \\
 (1)(3)(4)(5) & (1)(1)(2)(5) & (2)(2)(3)(3) \\
 (2)(3)(4)(5) & (1)(1)(3)(3) & (2)(2)(3)(4) \\
 & (1)(1)(3)(4) & (2)(2)(3)(5) \\
 & (1)(1)(3)(5) & (2)(2)(4)(4) \\
 & (1)(1)(4)(4) & (2)(2)(4)(5) \\
 & (1)(1)(4)(5) & (2)(2)(5)(5) \\
 & (1)(1)(5)(5)
 \end{array}$$

(3)(3)(1)(2)	(4)(4)(1)(2)	(5)(5)(1)(2)
(3)(3)(1)(4)	(4)(4)(1)(3)	(5)(5)(1)(3)
(3)(3)(1)(5)	(4)(4)(1)(5)	(5)(5)(1)(4)
(3)(3)(2)(4)	(4)(4)(2)(3)	(5)(5)(2)(3)
(3)(3)(2)(5)	(4)(4)(2)(5)	(5)(5)(2)(4)
(3)(3)(4)(4)	(4)(4)(3)(5)	(5)(5)(3)(4)
(3)(3)(4)(5)	(4)(4)(5)(5)	
(3)(3)(5)(5)		
(1)(1)(1)(1)	(2)(2)(2)(1)	(3)(3)(3)(1)
(1)(1)(1)(2)	(2)(2)(2)(2)	(3)(3)(3)(2)
(1)(1)(1)(3)	(2)(2)(2)(3)	(3)(3)(3)(3)
(1)(1)(1)(4)	(2)(2)(2)(4)	(3)(3)(3)(4)
(1)(1)(1)(5)	(2)(2)(2)(5)	(3)(3)(3)(5)
(4)(4)(4)(1)	(5)(5)(5)(1)	
(4)(4)(4)(2)	(5)(5)(5)(2)	
(4)(4)(4)(3)	(5)(5)(5)(3)	
(4)(4)(4)(4)	(5)(5)(5)(4)	
(4)(4)(4)(5)	(5)(5)(5)(5)	

Ex hisce productis illi in quibus aggregatum ex numeris inter parentheses clausis est 8, sunt

(1)(1)(1)(5)  
 (1)(1)(2)(4)  
 (1)(1)(3)(3)  
 (1)(2)(2)(3)  
 (2)(2)(2)(2)

ideo termini quarti coefficientis H erunt

$$\begin{aligned}
 & -\frac{(1)(1)(1)(5)}{2 \cdot 3} \\
 & -\frac{(1)(1)(2)(4)}{2} \\
 & -\frac{(1)(1)(3)(3)}{2 \cdot 2}
 \end{aligned}$$

$$\frac{(1)(2)(2)(3)}{2}$$

$$\frac{(2)(2)(2)(2)}{2 \cdot 3 \cdot 4}$$

Hac ipsa regula inveniuntur coefficientes aequationum de quibus hic agitur; atque ut id exemplo declaremus calculo subjiciamus aequationes gradus  $(12n+1)$  esimi, quarum radices habeant formam  $\alpha\alpha + \alpha^4b$ , pro quibus jam invenimus coefficientes A, B, C, D etc. A', B', C', D', etc. A'', B'', C'', D'', etc. Primum vero definire opportet horum coefficientium indices, nam quae hucusque diximus ad aequationes completas, nullo termino carentes, referuntur; et erat ideo A coefficientis primus, B secundus, C tertius etc.

Verum aequationes quas nunc consideramus deficiunt plurimi terminis, et indices coefficientium definiri debent ac si essent completae, et nullus terminus deesset. Ita pro aequationibus gradus  $12n+1$  cum inter duos priores terminos  $x^{12n+1}, Ax^{9n}$  desint  $3n$  termini, coefficienti A tribui debet index  $3n+1$ . Est autem  $3n+1$  differentia inter exponentem incognitae in termino  $Ax^{9n}$  et exponentem incognitae in termino  $x^{12n+1}$ , quod quidem cum dici possit etiam de terminis ceteris, index eujuscumque coefficientis erit differentia inter exponentem incognitae in termino cui spectat coefficientis ipse, ab exponente incognitae in termino primo. Ita index coefficienti B, cum sit  $9n-3$  exponens ejus incognitae, erit  $12n+1-9n+3=3n+4$ , atque hac norma inveniemus

Coefficientium	indices esse
A . . . . .	$3n+1$
B . . . . .	$3n+4$
C . . . . .	$3n+7$
D . . . . .	$3n+10$
etc.	etc.

A'	...	$6n + 2$
B'	...	$6n + 5$
C'	...	$6n + 8$
D'	...	$6n + 11$
	etc.	etc.
A''	...	$9n + 3$
B''	...	$9n + 6$
C''	...	$9n + 9$
D''	...	$9n + 12$
	etc.	etc.

Ex aequationibus auxiliariis superius inventis habemus quantitates

$$\begin{aligned} & (3n, 1), (6n, 2), (9n, 3) \\ & (3n, 4), (6n, 5), (9n, 6) \\ & (3n, 7), (6n, 8), (9n, 9) \\ & (3n, 10), (6n, 11), (9n, 12) \\ & \text{etc.} \quad \text{etc.} \quad \text{etc.} \end{aligned}$$

quibus coefficientes componuntur, et regula superius detecta, deducemus

$$A = (3n, 1)$$

$$B = (3n, 4)$$

$$C = (3n, 7)$$

$$D = (3n, 10)$$

etc.

$$A' = (6n, 2) - \frac{(3n, 1)(3n, 1)}{2}$$

$$B' = (6n, 5) - (3n, 1)(3n, 4)$$

$$C' = (6n, 8) - (3n, 1)(3n, 7)$$

$$-\frac{(3n, 4)(3n, 4)}{2}$$

$$D' = (6n, 11) - (3n, 1)(3n, 10) \\ - (3n, 4)(3n, 7)$$

etc.

etc.

$$\begin{aligned}
 A'' &= (9n, 3) - (3n, 1)(6n, 2) + \frac{(3n, 1)(3n, 1)(3n, 1)}{2 \cdot 3} \\
 B'' &= (9n, 6) - (3n, 1)(6n, 5) + \frac{(3n, 1)(3n, 1)(3n, 4)}{2} \\
 &\quad - (3n, 4)(6n, 2) \\
 C'' &= (9n, 9) - (3n, 1)(6n, 8) + \frac{(3n, 1)(3n, 1)(3n, 7)}{2} \\
 &\quad - (3n, 4)(6n, 5) + \frac{(3n, 1)(3n, 4)(3n, 4)}{2} \\
 &\quad - (3n, 7)(6n, 2) \\
 D'' &= (9n, 12) - (3n, 1)(6n, 11) + \frac{(3n, 1)(3n, 1)(3n, 10)}{2} \\
 &\quad - (3n, 4)(6n, 8) + (3n, 1)(3n, 4)(3n, 7) \\
 &\quad - (3n, 7)(6n, 5) + \frac{(3n, 4)(3n, 4)(3n, 4)}{2 \cdot 3} \\
 &\quad - (3n, 10)(6n, 2) \\
 &\qquad\qquad\qquad\text{etc.}\qquad\qquad\qquad\text{etc.}\qquad\qquad\qquad\text{etc.}
 \end{aligned}$$

Isti valores coefficientium A, B, C, D etc. A', B', C', D', etc. A'', B'', C'', D'', etc. sunt ii ipsi, quos directe superius invenimus.

Pro aequationibus gradus  $20n+1$  radices habentibus formae  $\alpha a + \alpha^5 b$  deduximus aequationes auxiliares ex quibus agnoscamus quantitates

$$\begin{aligned}
 &(4n, 1), (8n, 2), (12n, 3), (16n, 4) \\
 &(4n, 5), (8n, 6), (12n, 7), (16n, 8) \\
 &(4n, 9), (8n, 10), (12n, 11), (16n, 12) \\
 &(4n, 13), (8n, 14), (12n, 15), (16n, 16) \\
 &\qquad\qquad\qquad\text{etc.}\qquad\qquad\qquad\text{etc.}
 \end{aligned}$$

Cum autem sint

Coeficientium	Indiees
A . . . . .	$4n+1$
B . . . . .	$4n+5$
C . . . . .	$4n+9$
D . . . . .	$4n+13$
etc.	etc.

A'	.	.	.	.	.	8n+2
B'	.	.	.	.	.	8n+6
C'	.	.	.	.	.	8n+10
D'	.	.	.	.	.	8n+14
	etc.				etc.	
A''	.	.	.	.	.	12n+3
B''	.	.	.	.	.	12n+7
C''	.	.	.	.	.	12n+11
D''	.	.	.	.	.	12n+15
	etc.				etc.	
A'''	.	.	.	.	.	16n+4
B'''	.	.	.	.	.	16n+8
C'''	.	.	.	.	.	16n+12
D'''	.	.	.	.	.	16n+16
	etc.				etc.	

Erit

$$A = (4n, 1)$$

$$B = (4n, 5)$$

$$C = (4n, 9)$$

$$D = (4n, 13)$$

etc.

$$A' = (8n, 2) - \frac{(4n, 1)(4n, 1)}{2}$$

$$B' = (8n, 6) - (4n, 1)(4n, 5)$$

$$C' = (8n, 10) - (4n, 1)(4n, 9) \\ - \frac{(4n, 5)(4n, 5)}{2}$$

$$D' = (8n, 14) - (4n, 1)(4n, 13) \\ - (4n, 5)(4n, 9)$$

etc.

etc.

$$A'' = (12n, 3) - (4n, 1)(8n, 2) + \frac{(4n, 1)(4n, 1)(4n, 1)}{2 \cdot 3}$$

$$B'' = (12n, 7) - (4n, 1)(8n, 6) + \frac{(4n, 1)(4n, 1)(4n, 5)}{2} \\ - (4n, 5)(8n, 2)$$

$$C'' = (12n, 11) - (4n, 1)(8n, 10) + \frac{(4n, 1)(4n, 1)(4n, 9)}{2} \\ - (4n, 5)(8n, 6) + \frac{(4n, 1)(4n, 5)(4n, 5)}{2} \\ - (4n, 9)(8n, 2)$$

$$D'' = (12n, 15) - (4n, 1)(8n, 14) + \frac{(4n, 1)(4n, 1)(4n, 13)}{2} \\ - (4n, 5)(8n, 10) + (4n, 1)(4n, 5)(4n, 9) \\ - (4n, 9)(8n, 6) + \frac{(4n, 5)(4n, 5)(4n, 5)}{2 \cdot 3} \\ - (4n, 13)(8n, 2)$$

etc.                etc.                etc.

$$A''' = (16n, 4) - (4n, 1)(12n, 3) + \frac{(4n, 1)(4n, 1)(8n, 2)}{2} - \frac{(4n, 1)(4n, 1)(4n, 1)(4n, 1)}{2 \cdot 3 \cdot 4} \\ - \frac{(8n, 2)(8n, 2)}{2}$$

$$B''' = (16n, 8) - (4n, 1)(12n, 7) + \frac{(4n, 1)(4n, 1)(8n, 6)}{2} - \frac{(4n, 1)(4n, 1)(4n, 1)(4n, 5)}{2 \cdot 3} \\ - (4n, 5)(12n, 3) + (4n, 1)(4n, 5)(8n, 2) \\ - (8n, 2)(8n, 6)$$

$$C''' = (16n, 12) - (4n, 1)(12n, 11) + \frac{(4n, 1)(4n, 1)(8n, 10)}{2} - \frac{(4n, 1)(4n, 1)(4n, 1)(4n, 9)}{2 \cdot 3} \\ - (4n, 5)(12n, 7) + (4n, 1)(4n, 5)(8n, 6) - \frac{(4n, 1)(4n, 1)(4n, 5)(4n, 5)}{2 \cdot 2} \\ - (4n, 9)(12n, 3) + (4n, 1)(4n, 9)(8n, 2) \\ - (8n, 2)(8n, 10) + \frac{(4n, 5)(4n, 5)(8n, 2)}{2} \\ - \frac{(8n, 6)(8n, 6)}{2}$$

$$\begin{aligned}
 D''' = & (16n, 16) - (4n, 1)(12n, 15) + \frac{(4n, 1)(4n, 1)(8n, 14)}{2} - \frac{(4n, 1)(4n, 1)(4n, 1)(4n, 13)}{2 \cdot 3} \\
 & - (4n, 5)(12n, 11) + (4n, 1)(4n, 5)(8n, 10) - \frac{(4n, 1)(4n, 1)(4n, 5)(4n, 9)}{2} \\
 & - (4n, 9)(12n, 7) + (4n, 1)(4n, 9)(8n, 6) - \frac{(4n, 1)(4n, 5)(4n, 5)(4n, 5)}{2 \cdot 3} \\
 & - (4n, 13)(12n, 3) + (4n, 1)(4n, 13)(8n, 2) \\
 & - (8n, 2)(8n, 14) + \frac{(4n, 5)(4n, 5)(8n, 6)}{2} \\
 & - (8n, 6)(8n, 10) + (4n, 5)(4n, 9)(8n, 2) \\
 & \text{etc.} \qquad \text{etc.} \qquad \text{etc.}
 \end{aligned}$$

Ex aequationibus hucusque consideratis graduum  $(2n+1)$  esimi,  $(6n+1)$  esimi,  $(12n+1)$  esimi,  $(20n+1)$  esimi, inductione habemus formam generalem aequationis gradus  $(h(h+1)n+1)$  esimi, quae eas omnes comprehendit et cuius radices sint formae  $\alpha\alpha + \alpha^{h+1}b$ . Invenimus itaque aequationes auxiliares sequentes.

$$\left. \begin{aligned}
 (hn, 1) &= (h(h+1)n+1)MN \\
 (hn, h+1) &= (h(h+1)n+1) \frac{(hn+h)\dots hn MN^2}{2\dots(h+2)} \\
 (hn, 2h+1) &= (h(h+1)n+1) \frac{(hn+2h)\dots(hn-1) MN^3}{2\dots(2h+3)} \\
 (hn, 3h+1) &= (h(h+1)n+1) \frac{(hn+3h)\dots(hn-2) MN^4}{2\dots(3h+4)}
 \end{aligned} \right\} (a)$$

etc.                    etc.                    etc.

$$\left. \begin{aligned} (2hn, 2) &= (h(h+1)n+1) \frac{(2hn+1)}{2} M^2 N^2 \\ (2hn, h+2) &= (h(h+1)n+1) \frac{(2hn+h+1) \dots 2hn}{2 \dots (h+3)} M^2 N^3 \\ (2hn, 2h+2) &= (h(h+1)n+1) \frac{(2hn+2h+1) \dots (2hn-1)}{2 \dots (2h+4)} M^2 N^4 \\ (2hn, 3h+2) &= (h(h+1)n+1) \frac{(2hn+3h+1) \dots (2hn-2)}{2 \dots (3h+5)} M^2 N^5 \\ \text{etc.} & \quad \text{etc.} \quad \text{etc.} \end{aligned} \right\} (b)$$

$$\left. \begin{aligned} (3hn, 3) &= (h(h+1)n+1) \frac{(3hn+2)(3hn+1)}{2 \cdot 3} M^3 N^5 \\ (3hn, h+3) &= (h(h+1)n+1) \frac{(3hn+h+2) \dots 3hn}{2 \dots (h+4)} M^3 N^4 \\ (3hn, 2h+3) &= (h(h+1)n+1) \frac{(3hn+2h+2) \dots (3hn-1)}{2 \dots (2h+5)} M^3 N^5 \\ (3hn, 3h+3) &= (h(h+1)n+1) \frac{(3hn+3h+2) \dots (3hn-2)}{2 \dots (3h+6)} M^3 N^6 \\ \text{etc.} & \quad \text{etc.} \quad \text{etc.} \end{aligned} \right\} (c)$$

$$\left. \begin{aligned} (4hn, 4) &= (h(h+1)n+1) \frac{(4hn+3) \dots (4hn+1)}{2 \dots 4} M^4 N^4 \\ (4hn, h+4) &= (h(h+1)n+1) \frac{(4hn+h+3) \dots 4hn}{2 \dots (h+5)} M^4 N^5 \\ (4hn, 2h+4) &= (h(h+1)n+1) \frac{(4hn+2h+3) \dots (4hn-1)}{2 \dots (2h+6)} M^4 N^6 \\ (4hn, 3h+4) &= (h(h+1)n+1) \frac{(4hn+3h+3) \dots (4hn-2)}{2 \dots (3h+7)} M^4 N^7 \\ \text{etc.} & \quad \text{etc.} \quad \text{etc.} \quad \text{etc.} \quad \text{etc.} \end{aligned} \right\} (d)$$

$$\left. \begin{aligned}
 (h^* n, h) &= (h(h+1)n+1) \frac{(h^* n + h - 1) \dots (h^* n + 1)}{2 \dots h} M^h N^h \\
 (h^* n, 2h) &= (h(h+1)n+1) \frac{(h^* n + 2h - 1) \dots h^* n}{2 \dots (2h+1)} M^h N^{h+1} \\
 (h^* n, 3h) &= (h(h+1)n+1) \frac{(h^* n + 3h - 1) \dots (h^* n - 1)}{2 \dots (3h+2)} M^h N^{h+2} \\
 (h^* n, 4h) &= (h(h+1)n+1) \frac{(h^* n + 4h - 1) \dots (h^* n - 2)}{2 \dots (4h+3)} M^h N^{h+3} \\
 &\quad \text{etc.} \qquad \text{etc.} \qquad \text{etc.}
 \end{aligned} \right\} (n)$$

Inductione inveniemus quoque formam aequationis esse

$$\begin{aligned}
 &x^{h(h+1)n+1} - A x^{bhn} - B x^{bhn-h} - C x^{bhn-2h} \quad \text{etc.} \\
 &- A' x^{b(h-1)n+1} - B' x^{h(h-1)n-h-1} - C' x^{h(h-1)n-2h-1} \quad \text{etc.} \\
 &- A'' x^{b(h-2)n+2} - B'' x^{h(h-2)n-h-2} - C'' x^{h(h-2)n-2h-2} \quad \text{etc.} \\
 &- A''' x^{b(h-3)n+3} - B''' x^{h(h-3)n-h-3} - C''' x^{h(h-3)n-2h-3} \quad \text{etc.} = 0. \\
 &\quad \text{etc.} \qquad \text{etc.} \qquad \text{etc.} \\
 &- A^{(h-1)} x^{hn-h+1} - B^{(h-1)} x^{hn-2h+1} - C^{(h-1)} x^{hn-3h+1} \quad \text{etc.}
 \end{aligned}$$

Aequationibus auxiliaribus notae fiunt quantitates

$$\begin{aligned}
 (hn, 1), \quad (2hn, 2), \quad (3hn, 3), \quad (4hn, 4) \quad \text{etc.} \\
 (hn, h+1), \quad (2hn, h+2), \quad (3hn, h+3), \quad (4hn, h+4) \quad \text{etc.} \\
 (hn, 2h+1), \quad (2hn, 2h+2), \quad (3hn, 2h+3), \quad (4hn, 2h+4) \quad \text{etc.} \\
 (hn, 3h+1), \quad (2hn, 3h+2), \quad (3hn, 3h+3), \quad (4hn, 3h+4) \quad \text{etc.} \\
 &\quad \text{etc.} \qquad \text{etc.} \qquad \text{etc.} \qquad \text{etc.} \\
 ((h-3h)n, h-3), \quad ((h-2h)n, h-2), \quad ((h-h)n, h-1), \quad (h^* n, h). \\
 ((h-3h)n, 2h-3), \quad ((h-2h)n, 2h-2), \quad ((h-h)n, 2h-1), \quad (h^* n, 2h). \\
 ((h-3h)n, 3h-3), \quad ((h-2h)n, 3h-2), \quad ((h-h)n, 3h-1), \quad (h^* n, 3h). \\
 ((h-3h)n, 4h-3), \quad ((h-2h)n, 4h-2), \quad ((h-h)n, 4h-1), \quad (h^* n, 4h). \\
 &\quad \text{etc.} \qquad \text{etc.} \qquad \text{etc.} \qquad \text{etc.}
 \end{aligned}$$

quibus regula praescripta definiuntur coefficientes aequationis

Coeficientium autem	indices sunt
A . . . . .	$hn + 1$
B . . . . .	$hn + h + 1$
C . . . . .	$hn + 2h + 1$
D . . . . .	$hn + 3h + 1$
etc.	etc.
A' . . . . .	$2hn + 2$
B' . . . . .	$2hn + h + 2$
C' . . . . .	$2hn + 2h + 2$
D' . . . . .	$2hn + 3h + 2$
etc.	etc.
A'' . . . . .	$3hn + 3$
B'' . . . . .	$3hn + h + 3$
C'' . . . . .	$3hn + 2h + 3$
D'' . . . . .	$3hn + 3h + 3$
etc.	etc.
A''' . . . . .	$4hn + 4$
B''' . . . . .	$4hn + h + 4$
C''' . . . . .	$4hn + 2h + 4$
D''' . . . . .	$4hn + 3h + 4$
etc.	etc.
etc.	etc.
A <sup>(h-t)</sup> . . . . .	$h^2n + h$
B <sup>(h-t)</sup> . . . . .	$h^2n + 2h$
C <sup>(h-t)</sup> . . . . .	$h^2n + 3h$
D <sup>(h-t)</sup> . . . . .	$h^2n + 4h$
etc.	etc.

habebimus itaque

$$A = (hn, 1)$$

$$B = (hn, h+1)$$

$$C = (hn, 2h+1)$$

$$D = (hn, 3h+1)$$

etc.

$$A' = (2hn, 2) - \frac{(hn, 1)(hn, 1)}{2}$$

$$B' = (2hn, h+2) - (hn, 1)(hn, h+1)$$

$$C' = (2hn, 2h+2) - (hn, 1)(hn, 2h+1) \\ - \frac{(hn, h+1)(hn, h+1)}{2}$$

$$D' = (2hn, 3h+2) - (hn, 1)(hn, 3h+1) \\ - (hn, h+1)(hn, 2h+1)$$

etc.

etc.

$$A'' = (3hn, 3) - (hn, 1)(2hn, 2) + \frac{(hn, 1)(hn, 1)(hn, 1)}{2 \cdot 3}$$

$$B'' = (3hn, h+3) - (hn, 1)(2hn, h+2) + \frac{(hn, 1)(hn, 1)(hn, h+1)}{2} \\ - (hn, h+1)(2hn, 2)$$

$$C'' = (3hn, 2h+3) - (hn, 1)(2hn, 2h+2) + \frac{(hn, 1)(hn, 1)(hn, 2h+1)}{2} \\ - (hn, h+1)(2hn, h+2) + \frac{(hn, 1)(hn, h+1)(hn, h+1)}{2} \\ - (hn, 2h+1)(2hn, 2)$$

$$D'' = (3hn, 3h+3) - (hn, 1)(2hn, 3h+2) + \frac{(hn, 1)(hn, 1)(hn, 3h+1)}{2} \\ - (hn, h+1)(2hn, 2h+2) + (hn, 1)(hn, h+1)hn, 2h+1 \\ - (hn, 2h+1)(2hn, h+2) + \frac{(hn, h+1)(hn, h+1)(hn, h+1)}{2 \cdot 3} \\ - (hn, 3h+1)(2hn, 2)$$

etc.

etc.

etc.

$$\begin{aligned}
 A''' &= (4hn, 4) - (hn, 1)(3hn, 3) + \frac{(hn, 1)(hn, 1)(2hn, 2)}{2} \\
 &\quad - \frac{(2hn, 2)(2hn, 2)}{2} \\
 &\quad - \frac{(hn, 1)(hn, 1)(hn, 1)(hn, 1)}{2 \cdot 3 \cdot 4} \\
 B''' &= (4hn, h+4) - (hn, 1)(3hn, h+3) + \frac{(hn, 1)(hn, 1)(2hn, h+2)}{2} \\
 &\quad - (hn, h+1)(3hn, 3) + (hn, 1)(hn, h+1)(2hn, 2) \\
 &\quad - (2hn, 2)(2hn, h+2) \\
 &\quad - \frac{(hn, 1)(hn, 1)(hn, 1)(hn, h+1)}{2 \cdot 3} \\
 C''' &= (4hn, 2h+4) - (hn, 1)(3hn, 2h+3) + \frac{(hn, 1)(hn, 1)(2hn, 2h+2)}{2} \\
 &\quad - (hn, h+1)(3hn, h+3) + (hn, 1)(hn, h+1)(2hn, h+2) \\
 &\quad - (hn, 2h+1)(3hn, 3) + (hn, 1)(hn, 2h+1)(2hn, 2) \\
 &\quad - (2hn, 2)(2hn, 2h+2) + \frac{(hn, h+1)(hn, h+1)(2hn, 2)}{2} \\
 &\quad - \frac{(2hn, h+2)(2hn, h+2)}{2} \\
 &\quad - \frac{(hn, 1)(hn, 1)(hn, 1)(hn, 2h+1)}{2 \cdot 3} \\
 &\quad - \frac{(hn, 1)(hn, 1)(hn, h+1)(hn, h+1)}{2 \cdot 2} \\
 D''' &= (4hn, 3h+4) - (hn, 1)(3hn, 3h+3) + \frac{(hn, 1)(hn, 1)(2hn, 3h+2)}{2} \\
 &\quad - (hn, h+1)(3hn, 2h+3) + (hn, 1)(hn, h+1)(2hn, 2h+2) \\
 &\quad - (hn, 2h+1)(3hn, h+3) + (hn, 1)(hn, 2h+1)(2hn, h+2) \\
 &\quad - (hn, 3h+1)(3hn, 3) + (hn, 1)(hn, 3h+1)(2hn, 2) \\
 &\quad - (2hn, 2)(2hn, 3h+2) + \frac{(hn, h+1)(hn, h+1)(2hn, h+2)}{2} \\
 &\quad - (2hn, h+2)(2hn, 2h+2) + (hn, h+1)(hn, 2h+1)(2hn, 2) \\
 &\quad - \frac{(hn, 1)(hn, 1)(hn, 1)(hn, 3h+1)}{2 \cdot 3}
 \end{aligned}$$

$$\begin{aligned} & - \frac{(hn,1)(hn,1)(hn,h+1)(hn,2h+1)}{2} \\ & - \frac{(hn,1)(hn,h+1)(hn,h+1)(hn,h+1)}{2 \cdot 3} \\ & \quad \text{etc.} \qquad \quad \text{etc.} \end{aligned}$$

Sicque procedendo determinari possunt ceteri coefficientes usque ad postremos  $A^{(h-1)}$ ,  $B^{(h-1)}$ ,  $C^{(h-1)}$ ,  $D^{(h-1)}$  etc. Verum ad id tentandum incurritur in laborem improbum, et molestum nimis, quem quidem nemo, ego puto, aggredi audebit; calculi enim ultra modum prolixii sunt, et complicati, uti hoc exemplo dignoscere poterit quisque.

Determinemus scilicet tertios terminos coefficientis  $A^{(h-1)}$ , atque ad calculum simpliciorem reddendum, eos dividamus in series diversas ex varietate expressionum quibus ipsi termini efformantur.

### Series priina.

$$\begin{aligned} & (hn,1)(hn,1)((h^2-2h)n,h-2) \\ & (hn,1)(2hn,2)((h^2-3h)n,h-3) \\ & (hn,1)(3hn,3)((h^2-4h)n,h-4) \\ & (hn,1)(4hn,4)((h^2-5h)n,h-5) \\ & \quad \text{etc.} \qquad \quad \text{etc.} \qquad \quad \text{etc.} \end{aligned}$$

Atque haec series continuanda erit usque ad terminum formae  $\frac{(hn,1)(khn,k)(khn,k)}{2}$  si  $h$  est numerus impar; usque ad terminum  $(hn,1)(khn,k)((k+1)hn,k+1)$  si  $h$  est numerus par. Est autem animadvertisendum illos terminos dividi debere per 2 qui factorem habent duplicatum, per 2 · 3, qui constant factore triplicato.

## Series secunda.

$$(2hn, 2)(2hn, 2)((h^2 - 4h)n, h - 4)$$

$$(2hn, 2)(3hn, 3)((h^2 - 5h)n, h - 5)$$

$$(2hn, 2)(4hn, 4)((h^2 - 6h)n, h - 6)$$

$$(2hn, 2)(5hn, 5)((h^2 - 7h)n, h - 7)$$

etc.

etc.

etc.

Quae series continuanda erit usque ad terminum formae  
 $(2hn, 2)(khn, k)((k+1)hn, k+1)$  si  $h$  est numerus im-  
 par, usque ad terminum  $\frac{(2hn, 2)(khn, k)(khn, k)}{2}$  si  $h$  est  
 numerus par.

Termini qui factorem habent duplicatum dividendi erunt per  
 2, qui constant factore triplicato per 2.3.

## Series tertia

$$(3hn, 3)(3hn, 3)((h^2 - 6h)n, h - 6)$$

$$(3hn, 3)(4hn, 4)((h^2 - 7h)n, h - 7)$$

$$(3hn, 3)(5hn, 5)((h^2 - 8h)n, h - 8)$$

$$(3hn, 3)(6hn, 6)((h^2 - 9h)n, h - 9)$$

etc.

etc.

etc.

Quae series continuanda erit usque ad terminum formae  
 $\frac{(3hn, 3)(khn, k)(khn, k)}{2}$  si  $h$  est numerus impar, usque ad  
 terminum  $(3hn, 3)(khn, k)((k+1)hn, k+1)$  si  $h$  est nu-  
 merus par.

Termini autem qui continent factorem duplicatum dividendi erunt per 2, qui constant factore triplicato per 2.3.

Ex tribus hisce seriebus facile dignoscitur quomodo subse-  
 quentes procedere debeant, atque earum ultimam, unico ter-  
 mino constare qui erit

$$\frac{\left(\frac{h}{3}hn, \frac{h}{3}\right)\left(\frac{h}{3}hn, \frac{h}{3}\right)\left(\frac{h}{3}hn, \frac{h}{3}\right)}{2.3}$$

si  $h$  est numerus formae 3r;

$$\underbrace{\left(\frac{h-1}{3}hn, \frac{h-1}{3}\right)}_{2} \left(\frac{h-1}{3}hn, \frac{h-1}{3}\right) \left(\frac{h+2}{3}hn, \frac{h+2}{3}\right)$$

si  $h$  est numerus formae  $3r+1$ ;

$$\underbrace{\left(\frac{h-2}{3}hn, \frac{h-2}{3}\right)}_{2} \left(\frac{h+1}{3}hn, \frac{h+1}{3}\right) \left(\frac{h+1}{3}hn, \frac{h+1}{3}\right)$$

si  $h$  est numerus formae  $3r+2$ .

Hoc specimine dignoscet quisquis quam prolixus et molestus esse debeat calculus terminorum subsequentium, constat enim ex aequationibus superius perpensis difficultatem et complicationem calculi augere quo altior est ordo terminorum. Constat etiam difficultatem magis augere dum ab uno coefficiente ad alterum transitus sit, dumque ad aequationes sublimioris gradus proceditur.

Quamobrem immenso calculo perterritus eum aggredi non audeo, contentus satis regulas et legem detexisse quibus possunt coefficientes definiri, et formas aequationum inveniri.

Manet vero demonstrandum theorema ab initio enunciatum, scilicet: aequationem quamcumque  $n$  esimi gradus radicem habentem formae  $\alpha^h a + \alpha^k b$ , aliam etiam radicem habere formae  $\beta^h a + \beta^k b$ , dummodo sit  $n$  numerus primus vel cum  $h$  vel cum  $k$  vel cum utroque.

Hujus aequationis radices omnes, erunt theoremate fundamentali ab initio demonstrato

$$\begin{array}{c} a+b \\ \alpha^h a + \alpha^k b \\ \beta^h a + \beta^k b \\ \delta^h a + \delta^k b \\ \text{etc.} \qquad \qquad \qquad \text{etc.} \end{array}$$

Expressis simbolo  $S_q$  summis potentiarum  $q$  esimarum aequationis  $y^n - 1 = 0$ , notis regulis, pro data aequatione, habebimus

$$(a) \quad P_r = S_{hr} a^r + r S_{hr-h+k} a^{r-1} b + r \frac{(r-1)}{2} S_{hr-2h+2k} a^{r-2} b^2 \\ + \frac{r(r-1)(r-2)}{2 \cdot 3} S_{hr-3h+3k} a^{r-3} b^3 + \text{etc.}$$

Ponatur nunc eamdem aequationem habere radicem  $\alpha^{gh} a + \alpha^{gk} b$ , ubi  $g$  est numerus primus cum  $n$ ; ejus radices omnes erunt etiam expressae his formis

$$\begin{aligned} & a+b \\ & \alpha^{gh} a + \alpha^{gk} b \\ & \beta^{gh} a + \beta^{gk} b \\ & \delta^{gh} a + \delta^{gk} b \\ & \text{etc.} \end{aligned}$$

eritque

$$(b) \quad P_r = S_{ghr} a^r + r S_{g(hr-h+k)} a^{r-1} b + \frac{r(r-1)}{2} S_{g(hr-2h+k)} a^{r-2} b^2 \\ + \frac{r(r-1)(r-2)}{2 \cdot 3} S_{g(hr-3h+3k)} a^{r-3} b^3 + \text{etc.}$$

Nunc erit  $\alpha^{gh} a + \alpha^{gk} b$  radix aequationis si series (a) identica erit seriei (b), quod quidem est per se evidens. Reaperte autem hae duae series sunt identicae; nam a primo termino incipiendo vel  $hr$  est divisibilis per  $n$  et erit divisibilis per  $n$  etiam  $ghr$ , vel,  $hr$  non est divisibilis per  $n$ , et neque  $ghr$  erit divisibilis per  $n$ , nam  $g$  et  $n$  sunt inter se numeri primi. Priori casu, notis proprietatibus radicum unitatis est  $S_{hr} = n$ ,  $S_{ghr} = n$ , casu posteriori est  $S_{hr} = 0$ ,  $S_{ghr} = 0$ , quicumque igitur sit numerus  $hr$  est semper  $S_{hr} = S_{ghr}$ , et ideo primus terminus  $S_{hr} a^r$  identicus primo termino  $S_{ghr} a^r$ . Eodem ratiocinio demonstratur quicumque sit numerus  $hr - h + k$  scilicet vel divisibilis vel non divisibilis per  $n$ , terminum secundum  $r S_{hr-h+k} a^{r-1} b$  identicum esse termino secundo  $r S_{g(hr-h+k)} a^{r-1} b$ ; demonstratur i-

tidem terminum tertium identicum esse termino tertio, quartum, quarto etc., et ideo seriem (*a*) omnino identicam esse seriei (*b*).

Ergo si  $\alpha^h a + \alpha^k b$  est radix datae aequationis atque exponentis *n* sit primus cum *h* vel cum *k* vel cum utroque, erit quoque radix aequationis  $\alpha^{gh} a + \alpha^{hk} b$  dumodo sint *g, n* inter se numeri primi.

Hoc posito si *h* est numerus primus cum *n* possumus ita determinare numerum *g* ut sit  $gh = pn + 1$ ; haec aequatio inter indeterminatas *g, p* resolvi potest in numeris integris, coefficientes enim *h, n* nullum habent communem divisorem, neque resolvi potest nisi sit *g* numerus primus cum *n*; nam si *g, n* communem divisorem haberent ex. gr.  $\lambda$  posito  $g = \lambda c, n = \lambda d$  esset  $\lambda ch = \lambda pd + 1$ , unde  $ch = pd + \frac{1}{\lambda}$  quod est impossibile, nam numerus integer  $\lambda h$  aequare nequit numerum fractionarium  $pd + \frac{1}{\lambda}$ .

Cum ergo sit  $gh = pn + 1$  erit radix  $\alpha^{gh} a + \alpha^{hk} b = \alpha^{pn+1} a + \alpha^{hk} b = \alpha a + \alpha^k b$ .

Si vero est numerus *n* primus cum *k* eodem modo deducetur  $\alpha^{gh} a + \alpha^{hk} b = \alpha^{gh} a + \alpha^{pn+1} b = \alpha^{gh} a + \alpha b$ .

Itaque aequatio data cum habeat radicem  $\alpha^h a + \alpha^k b$ , habebit quoque radicem vel formae  $\alpha^h a + \alpha^l b$ , vel formae  $\alpha^h a + ab$ .

Notandum autem est circa has aequationes eas habere formam omnino diversam ab illis superius consideratis si differentia inter *h* et *k* non sit numerus primus cum *n*. Ne nimis longus sim de his aequationibus pertractare reservo in altera dissertatione, que erit hujus continuatio et velut appendix. In hac appendice examini subjiciam etiam eas aequationes in quibus exponentis *n* non est numerus primus neque cum *h* neque cum *k*, quamvis enim initio dixerim has aequationes reducibles esse ad gradum inferiorem tamen haec reductio exceptionibus obnoxia est. In ipsa perpendam etiam aequationes secundi ordinis et gradus paris et ideo dissertationi praesenti finem impono.



# JULII BEDETTI

## Ode Plano Tangente

Cum medio seculo proxime superiori calculum differentialem ad superficierum curvarum doctrinam Mathematici translisserint; tot nova et tam mirabilia theorematum de superficie curvatura detecta sunt, ut inter ejusdem seculi comperta non ultimum certe locum obtineant. Primum equidem anno 1760 *Eulerus* (1), qui omnes fere matheseos partes illustravit, vel novis inventis auxit, curvaturae mensuram, in quovis superficie puncto, consequutus est e duobus osculi radiis, altero maximo, altero minimo eorum, qui pertinent ad sectiones planas superficie in dato punto normales. Tum anno 1776 demonstravit *Meunier* (2), superficiem genitam ab arcus circuli conversione circa axem posse ita constitui, ut ei in punto ab axe remotiori sit eadem curvatura, quae est cuilibet superficie in dato punto. Ideo, ut linearum curvaturam unius lineae curvatura, idest circuli, metimur, sic illa superficie conversione arcus circuli genita omnium superficierum curvaturam metiri possumus. Neque hoc loco ab *Eulero* multum *Meunier* recedit; nam radius arcus genitoris, atque recta axi perpendicularis, e punto arcus remotiori demissa, sunt idem ac duo radii curvaturae. *Meunier* autem intendit animum ad curvaturae formas; quarum tria genera recensuit, prout superficie

---

(1) Histoire de l' Académie Royale.... — Á Berlin.

(2) Savans étrangers. Tom. X.

cies circa quoddam suum punctum, cavitatem, vel convexitatem, vel una hic cavitatem, illie convexitatem dato piano obvertat. Hanc partitionem suppeditarunt signa dorum radiorum curvaturae, aut aequalia, aut contraria. Deinde ex duarum normalium infinite proximarum concursuclarissimus *Monge* (1), cum maxima, minimaque curvaturae lineas, duosque osculi radios, tum normalium convenientium, ac punctorum, in quae hae lineae conveniunt, loca geometrica eruit. At hoc seculo ineunte idem Auctor in aureo libro, cui titulus est *Géomètrie Descriptive*, non solum curvaturae formas non neglexit, sed in illis dividendis duplii partione usus est. Primo enim dixit superficierum esse tria genera; quae nullam undique curvaturam habent; et quae quoquoversum unam tantum; et quae binas curvaturas: rursus earum quibus duo sunt curvaturae, item tria genera; prout binae curvaturae in omnibus superficie punetis ad easdem partes sunt cavae, vel altera ad quasdam, altera ad diversas; vel in eadem superficie modo in easdem, modo in diversas partes. Demum nonnulla *Caroli Dupinii* opuseula in lucem prodierunt (2); quae, quamvis iisdem principiis quibus *Eulerus* et *Monge* usi sunt, magna ex parte nitantur, nova tamen, et insignia quaedam proponunt. Haec sunt tangentes eae, quas *Dupin conjugatas* appellavit, et linea illa, cui *indicantis* nomen imposuit. Tribus vero curvaturae generibus originem praebet linea indicans, quippe quae sit sectio conica, ideoque ellipsis, aut hyperbola, aut parabola esse possit. Itaque in superficie puncto, quo linea indicans sit ellipsis, duo curvaturae iisdem partibus cavitatem obvertunt; quo hyperbola, partibus diversis; quo parabola, uia ex binis curvaturis abolescit. Notandum est, lineam indicateam, quae ad tertium genus spectat, ne parabolam quidem esse, sed reapse in duas rectas abire: quod tamen non impedit, quominus mutata etiam re idem nomen retineamus. Praeterea, enim in demonstratione theorematis, planum superficiem tangens esse locum geometricum omnium rectarum se-

(1) Application de l' Analyse .... 1795-

(2) Développements de Géométrie - Paris - 1813.

ciones superficie in contactus puncto tangentium, posuisset *Dupin* (1), planum tangens, ni tangentes omnes complectatur, superficiem secare, nec tum esse appellandum tangens, sed secans; idem Auctor, hac ferme seposita sententia (2), superficiem secundi generis secari a plano, quod eam contingat, arbitratus est. Haec quarumpiam superficierum conditio, non nullis implicata ambagibus, pene omnino latuit: adeo, ut exceptis superficiebus quae gallice *gauches* sunt muncupatae, et quas nos appellaremus distortas, nulla alia superficies comminemoretur, quae planum tangens intersecet. *Lacroix* quoque summa vir, perspectaque doctrina, qui in tractatu calculi superioris ea quae de superficierum curvatura dicta sunt, diligentissime retulit, superficie secundi generis conditionem preteriit; et duo tantum esse genera superficierum existimasse videtur; nempe vel superficiem solummodo in puncto contactus piano tangentи occurrere, vel planum in quadam linea superficiem contingere (3).

Nunc quod mihi proposui, breviter aperiam. Superficierum genera, quae per osculi radios adhuc condebantur, piano tangente eruam; eaque sic firmabo, et definiam, ut nemini dubium sit, cui generi curvatura superficie in dato puncto tribuenda sit; hinc demum maximorum, minimorumve doctrinam in functionibus duarum variabilium, sicuti corollarium, excerpam: omnia sane levia, nec profecto vestra, sapientes Viri, attentione digna. Sed, cum curvaturae superficierum tractatui me nonnihil profuisse putarem, cunque ea, quae scripsi, ante Vestrum nonnullos, quorum auditor fui, esse legenda sci-rem; animos sumpsi, atque opusculum hoc, qualecumque sit, hodie Vobis tradere non dubitavi.

1. Non omnes planum tangens superficie pariter definierunt. *Tinseau* (4), et *Monge* tangens muncupaverunt planum, in quo sunt binae tangentes sectionum superficie in puncto contactus: *Dupin* et *Biot* (5) planum tangens dixerunt esse locum

(1) Ibidem - Pag. 7. -

(2) Ibidem - Pag. 51. -

(3) *Lacroix. Traité du Calcul . . . - 2.ème Édition - Tom. III. p. 658.*

(4) *Savans étrangers - Tom. IX. pag. 593.*

(5) *Essai de Géométrie analytique - Pag. 339. - Paris. 1813.*

geometricum tangentium superficiem in quodam suo puncto; et merito haec definitionem inter theorematata recensuerunt: *Lagrangia* (1) tangens vocavit planum, quod ita ad superficiem accedit, et angulum ita exiguum in contactus puncto constituit, ut per id punctum intra eum angulum nullum aliud planum duci possit; quae cum universa contactuum doctrina optime congruunt: alii analysi infinitorum usi sunt; alii denique voluerunt planum tangens respectu superficie tactae ita jace-re, ut ei tantum in unico puncto occurreret; cui definitioni solas exemerunt superficies, quibus tota recta adhaerere potest. Cum autem haec omnes definitiones ad binas praecipuas idest *Dupinii* et *Lagrangiae*, redigi possint; meum esse putavi, quomodo planum tangens respectu superficie situm sit, dupli-ci ratione inquirere.

2. Jam ex contactuum doctrina initium capiam. Sit  $z = \varphi(x, y)$  aequatio ad quamlibet superficiem ad tres axes relatam; sint  $x, y, z$  coordinatae puncti, in quo planum contingere superficiem debet;  $x', y', z'$  coordinatae cujuscumque puncti plani tangentis;

$$\begin{aligned} z + (p\omega + q i) + \frac{1}{2} (r\omega^2 + 2s\omega i + t i^2) + \\ + \frac{1}{2 \cdot 3} (p'\omega^3 + 3q'\omega^2 i + 3r'\omega i^2 + s'i^3) + \dots \end{aligned}$$

sit series genita evolutione ordinatae  $z = \varphi(x + \omega, y + i)$ , ideoque  $p = \left(\frac{d\varphi}{dx}\right); q = \left(\frac{d\varphi}{dy}\right); r = \left(\frac{d^2\varphi}{dx^2}\right); s = \left(\frac{d^2\varphi}{dx dy}\right); t = \left(\frac{d^2\varphi}{dy^2}\right); \dots$

His positis aequatio ad planum tangens erit, uti constat

$$z' - z = p(x' - x) + q(y' - y);$$

et segmentum S indefinitae ordinatae  $z$ , quod superficies et planum tangens intercipiunt in punctis, quibus sunt coordinatae  $(x + \omega), (y + i)$ , ita exprimetur

$$S = \frac{1}{2} (r\omega^2 + 2s\omega i + t i^2) + \frac{1}{2 \cdot 3} (p'\omega^3 + 3q'\omega^2 i + 3r'\omega i^2 + s'i^3) + \dots$$

(1) Théorie des Fonctions . . . . - 1813 - Pag. 224 -

Perspicuum est, hujus segmenti signum prout positivum sit, vel negativum, indicare, utrum in puncto  $(x+\omega), (y+i)$  planum tangens superficie subjaceat, an extra superficiem emineat. Quod autem incrementa  $\omega$  et  $i$ , quorum valores in nostra sunt potestate, ita exigua statui possint, ut trinomium

$$\frac{1}{2} \left( r\omega^2 + 2s\omega i + t i^2 \right)$$

caeterorum terminorum summam excedat; segmenti  $S$  signum idem erit ac trinomii

$$\frac{1}{2} \left( r\omega^2 + 2s\omega i + t i^2 \right);$$

quod, dempto coefficiente  $\frac{1}{2}$ , per litteram  $A$  significabo. Igitur in quantitate  $A$  tota res vertitur; et consequenter ex ea eruenda sunt argumenta analytica, quae ostendant, an planum tangens undique a contactu extra superficiem emineat, an superficie undique subjaceat, an demum partim super superficiem, partim sub superficie consistat.

3. Posita ratione variabili  $i:\omega=n$ , quantitas  $A$  vertitur in hanc

$$\omega^2 \{ r + 2sn + tn^2 \}$$

sive in

$$t\omega^2 \left\{ \frac{r}{t} + \frac{2s}{t} \cdot n + n^2 \right\}$$

idcirco  $A$  servabit idem signum, positivum nempe, vel negativum, si, quilibet valor sumatur pro variabili  $n$ , factor

$$\left( \frac{r}{t} + \frac{2s}{t} \cdot n + n^2 \right)$$

nunquam signum positivum deponet, negativum arripiet. At signum perpetuo servare, et nunquam evanescere, quisquis sit valor cuiusdam quantitatis variabilis, tantummodo convenit polinomiis, quae, cum posita sint aequalia zero, aequationem praebant, in qua variabilis omnes habeat valores imaginarios. Fiat ergo:

$$\frac{r}{t} + \frac{2s}{t} \cdot n + n^2 = 0;$$

atque hinc eliciendo  $n$ , erit

$$n = -\frac{s}{t} \pm \frac{1}{t} \sqrt{s^2 - rt};$$

ac proinde valores variabilis  $n$ , si  $s^2$  minus sit quam  $rt$ , ambo erunt imaginarii, si majus, ambo reales. Quo statim intellegitur haec duo consequi debere.

Primum illud. Si fuerit  $s^2$  minus quam  $rt$ , idest  $(s^2 - rt) < 0$ , signum factoris

$$\left( \frac{r}{t} + \frac{2s}{t} \cdot n + n^2 \right),$$

quilibet valor tribuatur variabili  $n$ , perpetuo positivum erit; ideoque quantitas A idem et unum signum servabit. Hoc sanc signum non secus erit atque illud, quod praefixum sit quantitati  $t$ , sive  $r$ ; conditio enim  $(s^2 - rt) < 0$  perspicue poscit, ut utraque quantitas  $r$  et  $t$  positiva sit, vel utraque negativa.

Secundo illud. Si fuerit  $s^2$ , majus quam  $rt$ , scilicet  $(s^2 - rt) > 0$ , signum factoris aequa ac quantitatis A, variando  $n$ , e positivo in negativum abibit, vel contra.

Hic aequalitas inter  $s^2$  et  $rt$  continuo occurrit; de qua modo pauca animadvertere praestabit. Quantitas A, cum sit  $s^2 = rt$ , idest  $t = \frac{s^2}{r}$ , facta substitutione evadit

$$\omega^2 \left\{ r + 2sn + \frac{s^2 n^2}{r} \right\} = \frac{\omega^2}{r} \left\{ r^2 + 2rsn + s^2 n^2 \right\} = \frac{\omega^2}{r} (r + sn)^2;$$

cui perpetuo praefixum erit signum quantitatis  $r$ , dummodo non fiat variabilis  $n = -\frac{r}{s}$ . Posito enim  $n = -\frac{r}{s}$ , quantitas A evanescit, segmentique signum non e trinomio

$$\frac{1}{2} (r \omega^2 + 2s \omega i + t i^2),$$

quippe quod in nihilum redigatur, verum e terminis trium dimensionum quaerendum est. Sed latius de hoc postea.

4. Interim praetermissa aequalitate inter  $s^2$  et  $rt$ , duo consequuntur.

Primum. Si ordinatae puncti contactus negativam reddant

quantitatem ( $s^* - rt$ ), plani tangentis puncta undique a contactu vel super superficiem, vel sub ea consistunt; super, si  $r$  negativum sit; si positivum, sub superficie: ideoque planum tangens, nonnullos intra terminos, nullibi praeter contactus punctum superficie occurrit.

Secundo. Si quantitas ( $s^* - rt$ ) in punto contactus positiva sit, superficie partim extra planum eminet, partim eodem plane subjacet: idcirco superficies ita plano tangentи necessario occurrit, ut communis sectio sit linea, quae transit per punctum contactus.

Hac ratione ea, quae *Meunier* ab osculi radiis eruit, genera definita sunt: superficies idest in iis punctis, quibus sit  $(s^* - rt) < 0$ , et  $r < 0$ , cavitatem plano ordinatarum  $x, y$  obvertit; in iis quibus sit  $(s^* - rt) < 0$ , et  $r > 0$ , convexitatem; demum quo sit  $(s^* - rt) > 0$ , superficies est in easdem partes cava, et una simul convexa.

5. Sed de iis quae dicta sunt, nobis objici illud potest. In formis curvaturae per genera dispertiendis cum nos attendissemus ad signi iminutabilitatem, aut variationem in eo tantum segmento, quod axi  $z$  parallelum est; omnia fluctuarent, immo corruerent, si accidere posset, ut segmenta alioquin ducta signum mutarent, dum ea quae sunt axi  $z$  parallela idem signum servant; sive contra. Haec objecta non solum nostram, sed universam etiam contactuum doctrinam inficiari videntur: nam, cum variii contactuum gradus definiti essent per segmentum axi  $z$  parallelum, quod inter binas superficies intercedit; dubium esse poterit, quin, mutatis axibus, contactus quoque gradus mutarentur. Quapropter non alienum esse duxi ea objecta diluere; ut pateat, nec curvaturaе genera, nec gradus contactus ab axium directione pendere.

Quaeramus igitur, quae futura sit evolutio ordinatae  $z$ , cum axes permutentur, vel generatim cum pro ordinatis  $x, y, z$  substituantur variabilium  $x', y', z'$  quaedam functiones lineares. Sit  $z = \varphi(x, y)$  aequatio ad superficiem relatam ad tres axes  $x, y, z$ ;  $z' = \varphi'(x', y')$  aequatio ad eandem, mutatis axibus; relationes, quae inter novas, et pristinas ordinatas intercedunt, sint

$$\begin{aligned}x' &= a + a' x + b' y + c' z \\y' &= \beta + a' x + b' y + c' z \\z' &= \gamma + a'' x + b'' y + c'' z;\end{aligned}$$

denique cum  $x$ , et  $y$  vertantur in  $(x + \omega)$ ,  $(y + i)$ , ponamus  $z$ ,  $x'$ ,  $y'$ ,  $z'$  verti in  $(z + \theta)$ ,  $(x' + \omega')$ ,  $(y' + i')$ ,  $(z' + \theta')$ . His factis substitutionibus, aequationes quas supra adnotavimus, in has mutantur

$$(1); \quad \theta = (p\omega + q i) + \frac{1}{2}(r\omega^2 + 2s\omega i + t i^2) + \dots;$$

in qua

$$\begin{aligned}p &= \left( \frac{d\phi'}{dx} \right), q = \left( \frac{d\phi'}{dy} \right), r = \left( \frac{d^2\phi'}{dx^2} \right), s = \left( \frac{d^2\phi'}{dxdy} \right), \\t &= \left( \frac{d^2\phi'}{dy^2} \right), \dots;\end{aligned}$$

$$(2); \quad \theta' = (P\omega' + Q i') + \frac{1}{2}(R\omega'^2 + 2S\omega' i' + T i'^2) + \dots;$$

in qua

$$\begin{aligned}P &= \left( \frac{d\phi'}{dx'} \right), Q = \left( \frac{d\phi'}{dy'} \right), R = \left( \frac{d^2\phi'}{dx'^2} \right), S = \left( \frac{d^2\phi'}{dx'dy'} \right), \\T &= \left( \frac{d^2\phi'}{dy'^2} \right), \dots;\end{aligned}$$

$$(3); \quad \omega' = a\omega + b'i + c\theta;$$

$$(4); \quad i' = a'\omega + b'i + c'\theta;$$

$$(5); \quad \theta' = a''\omega + b''i + c''\theta.$$

Eliminando  $\theta$ , et positis brevitatis caussa

$$\begin{aligned}a + cp &= h, \quad a' + c'p = h', \quad a'' + c''p = h''; \\b + cq &= k, \quad b' + c'q = k', \quad b'' + c''q = k'';\end{aligned}$$

erit

$$(3); \quad \omega' = (h\omega + ki) + \frac{1}{2}c \{ r\omega^2 + 2s\omega i + t i^2 \} + \dots$$

$$(4); \quad i' = (h'\omega + k'i) + \frac{1}{2}c' \{ r\omega^2 + 2s\omega i + t i^2 \} + \dots$$

$$(5); \quad \theta' = (h''\omega + k''i) + \frac{1}{2}c'' \{ r\omega^2 + 2s\omega i + t i^2 \} + \dots$$

Hic autem valoribus substitutis in aequatione (2), fiet

$$(h''\sigma + k''i) + \frac{1}{2}c''(r\sigma^2 + 2s\sigma i + ti^2) + \dots = \begin{cases} (hP + h'Q)\sigma + (kP + k'Q)i + \\ + \frac{1}{2}\sigma^2 \left\{ r(cP + c'Q) + h'R + 2hh'S + h'T \right\} + \\ + \sigma i \left\{ s(cP + c'Q) + hkR + (hk' + h'k)S + h'k'T \right\} + \\ + \frac{1}{2}i^2 \left\{ t(cP + c'Q) + k'R + 2kk'S + k'k'T \right\} + \dots \end{cases}$$

Hinc principio Cartesiano eruuntur aequationes:

$$(6) \quad \begin{cases} hP + h'Q = h'' \\ kP + k'Q = k'' \end{cases}$$

$$(7) \quad \begin{cases} r(cP + c'Q) + h'R + 2hh'S + h'T = c''r \\ s(cP + c'Q) + hkR + (hk' + h'k)S + h'k'T = c''s \\ t(cP + c'Q) + k'R + 2kk'S + k'k'T = c''t. \end{cases}$$

Jam patet, differentialia primi ordinis  $P, Q$  novae ordinatae  $z'$  functiones esse quantitatum  $h, h', h'', k, k', k''$ , id est duorum primi ordinis differentialium  $p, q$  pristinae  $z$ ; differentialia secundi ordinis  $R, S, T$  functiones esse differentialium primi ac secundi ordinis  $p, q, r, s, t$  ordinatae  $z$ , et sic deinceps. Ideoque si inter binas superficies, ad quas aequationes sint  $z = \psi(x, y)$ ,  $z = \phi(x, y)$ , gradus contactus ordinis  $n$  intercedat; si nempe singula differentialia ordinatae  $z = \psi(x, y)$ , usque ad ordinem  $n$ , ordinatim aequentur singulis ordinatae  $z = \phi(x, y)$  differentialibus; hae aequalitates, permutatis axis, itidem perstabunt. Enimvero, si differentialia primi ordinis ordinatae  $z = \psi(x, y)$  dicantur  $p_1, q_1$ , differentialia secundi ordinis  $r_1, s_1, t_1$ , atque  $P_1, Q_1, R_1, S_1, T_1$  valores, in quos ea differentialia vertuntur, cum ad axes  $x', y', z'$  superficies  $z = \psi(x, y)$  relata fuerit; differentialia  $P_1, Q_1$  constabunt ex  $p_1, q_1$  eodem pacto, quo  $P, Q$  ex  $p, q$ ; pariterque  $R_1, S_1, T_1$  ex  $p_1, q_1, r_1, s_1, t_1$  eodem constabunt pacto, quo  $R, S, T$  ex  $p, q, r, s, t$ ; et consequenter, si fuerit  $p = p_1, q = q_1$ , erit quoque  $P = P_1, Q = Q_1$ ; et praeterea si  $r = r_1, s = s_1, t = t_1$ , simul erit  $R = R_1, S = S_1, T = T_1$ ; et ita porro. Gra-

dus igitur contactus inter binas superficies non immutatur permutatione axium, vel directionis segmenti, quo gradus definitur. Non secus dicendum de linearum contactu. Sed aggregiamur ea, quae proprius argumentum respiciunt.

6. Ponatur  $c' - c P - c' Q = A$ ; aequationes, quas numero (7) signavimus, evadent

$$h^2 R + 2 h h' S + h'^2 T = A r$$

$$h k R + (h k' + h' k) S + h' k' T = A s$$

$$k^2 R + 2 k k' S + k'^2 T = A t;$$

hinc eliciatur  $A^2(s^2 - rt)$ ; erit

$$A^2(s^2 - rt) = \begin{cases} R^2(h^2 k^2 - h'^2 k'^2) + 2 R S h k (h k' + h' k - h k' - h' k) + \\ + R T (2 h h' k k' - h^2 k'^2 - h'^2 k^2) + \\ + S^2(h^2 k'^2 + 2 h h' k k' + h'^2 k^2 - 4 h h' k k') + \\ + 2 S T (h k' + h' k - h k' - h' k) h' k' + T^2(h'^2 k'^2 - h^2 k^2); \end{cases}$$

sive

$$A^2(s^2 - rt) = S^2(h k' - h' k)^2 - R T (h k' - h' k)^2$$

$$A^2(s^2 - rt) = (h k' - h' k)^2 (S^2 - R T).$$

Quo patet, quantitatis  $(s^2 - rt)$  signum, cui immutabilitas et variatio signi segmenti axi  $z$  paralleli subjiciuntur, idem esse ac quantitatis  $(S^2 - R T)$  signum, cui immutabilitas et variatio signi segmenti alioquin ducti subjicerentur. Ergo cum quidam segmentum servet unum et idem signum, vel signum commutet, servabunt quoque, vel commutabunt innumera quoquaversum ducta segmenta.

7. Antequam huic argumento finem faciam, praestat illud animadvertere. Si per functiones lineares, quibus num. 5, axis permutedis, usi sumus, eliminentur  $x, y, z$  ex aequatione  $z = \varphi(x, y)$ ; orietur aequatio, quae, immotis axis, ad novam superficiem erit. Tum pristina superficies, tum ea quae per hujusmodi substitutionem e pristina gignitur, vel plano tangentia in punctis homologis simul occurant, vel simul undique circa contactum a plano tangente versus easdem partes detorquebuntur.

8. Sed veniamus ad sectiones superficii, quarum plana perpendicularia sunt plano ordinatarum  $x, y$ ; iterumque, ut initio statuimus, disquisitionem iuchoemus.

Sit (Tab. XLIII. fig. 1) M punctum quidvis ejusdemque superficie, ad quam aequatio sit  $z = \varphi(x, y)$ ; OP =  $x$ , PQ =  $y$ , MQ =  $z$ ; per M ducatur planum MQT perpendicularis plano  $yOx$ ; recta QT, quae communis horum planorum est sectio, cum axe  $Ox$  comprehendat angulum, cuius tangens trigonometrica sit  $n$ . Sint demum X, Y, Z coordinatae ejusdemque puncti plani MQT; et  $x', y', z'$  ejusvis puncti N sectionis MN. Hinc aequatio ad planum secans  $Y - y = n(X - x)$ ; et aequationes ad sectionem MN

$$(A) \quad z' = \varphi(x', y'); \quad y' - y = n(x' - x).$$

Quod si quantitas  $n$  in infinitum variet, hae binae aequationes ad omnes erunt innumerabiles sectiones, quae in punto M per plana perpendicularia plano ordinatarum  $x, y$  fieri possunt. Interea praestabit hic subjecere aequationes differentiales lineae MN, quarum summus in posterum usus erit. Ope calculi differentialis ex aequationibus (A) elicetur

$$\left( \frac{dz'}{dx'} \right) := \left( \frac{d\varphi}{dx'} \right) + \left( \frac{d\varphi}{dy'} \right) \left( \frac{dy'}{dx'} \right); \quad \left( \frac{dy'}{dx'} \right) = n;$$

adeoque

$$\left\{ \begin{array}{l} \left( \frac{dz'}{dx'} \right) = \left( \frac{d\varphi}{dx'} \right) + n \left( \frac{d\varphi}{dy'} \right); \text{ pariterque} \\ \left( \frac{d^2 z'}{dx'^2} \right) = \left( \frac{d^2 \varphi}{dx'^2} \right) + 2n \left( \frac{d^2 \varphi}{dx'dy'} \right) + n^2 \left( \frac{d^2 \varphi}{dy'^2} \right) \\ \left( \frac{d^3 z'}{dx'^3} \right) = \left( \frac{d^3 \varphi}{dx'^3} \right) + 3n \left( \frac{d^3 \varphi}{dx'^2 dy'} \right) + 3n^2 \left( \frac{d^3 \varphi}{dx'dy'^2} \right) + n^3 \left( \frac{d^3 \varphi}{dy'^3} \right) \\ \left( \frac{d^4 z'}{dx'^4} \right) = \left( \frac{d^4 \varphi}{dx'^4} \right) + 4n \left( \frac{d^4 \varphi}{dx'^3 dy'} \right) + 6n^2 \left( \frac{d^4 \varphi}{dx'^2 dy'^2} \right) + 4n^3 \left( \frac{d^4 \varphi}{dx'dy'^3} \right) + \\ + n^4 \left( \frac{d^4 \varphi}{dy'^4} \right) \\ \dots \end{array} \right.$$

Verum retentis iisdem notis, quas num. 2 posuimus, et quibus modo adjicimus

$$\begin{aligned} \left( \frac{d^4 \varphi}{dx^4} \right) &= p'', \quad \left( \frac{d^4 \varphi}{dx^3 dy} \right) = q'', \quad \left( \frac{d^4 \varphi}{dx^2 dy^2} \right) = r'', \\ \left( \frac{d^4 \varphi}{dxdy^3} \right) &= s'', \quad \left( \frac{d^4 \varphi}{dy^4} \right) = t'' ; \end{aligned}$$

superiores aequationes differentiales in punto M evadent

$$\begin{cases} \left( \frac{dz}{dx} \right) = p + q n ; \left( \frac{dy}{dx} \right) = n \\ \left( \frac{d^2 z}{dx^2} \right) = r + 2 s n + t n^2 \\ \left( \frac{d^3 z}{dx^3} \right) = p' + 3 q' n + 3 r' n^2 + s' n^3 \\ \left( \frac{d^4 z}{dx^4} \right) = p'' + 4 q'' n + 6 r'' n^2 + 4 s'' n^3 + t'' n^4 \\ \dots \dots \dots \dots \dots \end{cases}$$

Hic positis aequationes ad rectam quae sectionem MN in M contingit ( si vocentur  $x'', y'', z''$  coordinatae ejusdem puncti eiusdem rectae ) erunt hae duo

$$y'' - y = n(x'' - x); \quad z'' - z = (p + q n)(x'' - x).$$

Si modo quantitas  $n$  perpetuo variet, sectio MN, nec non recta eam tangens in M ex una in alteram migrabit; ita ut unicuique valori quantitatis  $n$  quaedam tangens respondeat. Proinde eliminando  $n$  e binis tangentium aequationibus, tertia habebitur aequatio, quae ad omnes tangentes erit, id est ad superficiem, quae tangentes omnes complectitur. Cum sit ergo

$$y'' - y = n(x'' - x),$$

et

$$z'' - z = (p + q n)(x'' - x),$$

erit

$$n = \frac{y'' - y}{x'' - x},$$

et facta substitutione

$$z'' - z = p(x'' - x) + q(y'' - y).$$

At haec aequatio cum ea quae ad planum tangens est, abso-

lute congruit; planum igitur superficiem tangens in puncto M est locus geometricus omnium rectarum tangentium in M sectiones superficie, quarum plana perpendicularia sunt plano ordinatarum  $x, y$ .

9. Nunc plana perpendicularia plano  $xy$  aliquantisper relinquamus; alia enim imagis universalia, quae ad tangens pertinent planum, exponere libet.

Primum dico, planum tangens esse geometricum locum rectarum tangentium innumeras sectiones, quarum plana cum axibus quemlibet angulum comprehendunt. Sit

$$z' - z = A(x' - x) + B(y' - y)$$

aequatio ad quocumque e planis ductis per M; ad sectionem autem aequationes erunt

$$z' - z = A(x' - x) + B(y' - y); z' = \varphi(x', y').$$

Hinc eruitur

$$\left(\frac{dz'}{dx'}\right) = A + B\left(\frac{dy'}{dx'}\right); \left(\frac{dz}{dx}\right) = \left(\frac{d\varphi}{dx}\right) + \left(\frac{d\varphi}{dy}\right)\left(\frac{dy}{dx}\right);$$

et in puncto M, quo  $x' = x, y' = y, z' = z$ ,

$$\left(\frac{dz}{dx}\right) = A + B\left(\frac{dy}{dx}\right); \left(\frac{dz}{dx}\right) = p + q\left(\frac{dy}{dx}\right);$$

unde

$$\left(\frac{dy}{dx}\right) = \frac{p - A}{B - q}; \left(\frac{dz}{dx}\right) = \frac{Bp - Aq}{B - q}.$$

Quare ad rectam, quae in M sectionem planam contingit, aequationes erunt

$$z' - z = \left(\frac{Bp - Aq}{B - q}\right)(x' - x); y' - y = \left(\frac{p - A}{B - q}\right)(x' - x).$$

Hic variando quantitates A et B, variant et eae, quae situum tangentis praesinunt; ita ut ad locum geometricum tangentium inveniendum, binas quantitates e binis aequationibus eliminari oporteret. Quod licet perfici non posse videatur; tamen, acto periculo, res bene cedit. Revera ex aequatione

$$y' - y = \left(\frac{p - A}{B - q}\right)(x' - x)$$

eliciendo A , erit

$$(x' - x) \Delta = p(x' - x) - (y' - y)(B - q);$$

ac ideo aequatio

$$z' - z = \left( \frac{Bp - Aq}{B - q} \right) (x' - x),$$

seu

$$(z' - z)(B - q) = Bp(x' - x) - qA(x' - x)$$

vertetur in hanc

$$(z' - z)(B - q) = p(x' - x)(B - q) + q(y' - y)(B - q);$$

vel dempto multiplicatore communi  $(B - q)$

$$z' - z = p(x' - x) + q(y' - y).$$

Itaque cum eliminetur una e quantitatibus A , B , eliminatur et altera . Consequens autem aequatio cum ea , quae ad planum tangens est , scite concordat . Quare planum tangens geometricus est locus omnium rectarum , quae sectiones planas utcumque ductas per M , in eodem puncto M contingunt .

Exinde colligere haec duo licet . Primum ; si superficies utcumque plauo secetur , et planum tangens superficie in quovis puncto sectionis ducatur , recta in qua ea plana se invicem secabunt , sectionem continget . Nam recta tangens sectionem quamdam in quodam puncto , jacet in plano superficiem tangentem in eo puncto ; nec non in plano sectionis . Secundo ; si planum quolibet convertatur circa rectam utcumque dictam per punctum M in plano superficiem tangente in M ; ea recta continget in M sectiones omnes , quas planum vertens perpetuo generat .

10. Secundo dico , planum superficiem tangens in dato puncto esse locum geometricum tangentium infinitas numero lineas vel planas , vel non , quae transeunt per datum punctum , et in superficie describi possunt .

Quaevis sit linea , quae per punctum M transit , et in superficie data jacet , omnibus liquet , eam ab intersectione cuiusdam superficie cum data superficie oriri posse . Sit igitur , ut supra ,  $z = \varphi(x, y)$  aequatio ad datam superficiem ;  $z = \varphi'(x, y)$  ad eam , quae priorem in puncto M secat : sit demum

$$p_1 = \left( \frac{d\varphi'}{dx} \right); q_1 = \left( \frac{d\varphi'}{dy} \right).$$

Hic aequatio differentialis ad secundam superficiem, nempe

$$\left( \frac{dz}{dx} \right) = p_1 + q_1 \left( \frac{dy}{dx} \right)$$

vicem praestat aequationis differentialis ad planum

$$\left( \frac{dz}{dx} \right) = A + B \left( \frac{dy}{dx} \right), \text{ (num. 9);}$$

ac proinde eo prorsus pacto, quo una eliminari potuerunt A et B, binae quoque quantitates  $p_1, q_1$  eliminabuntur. Quod demonstrandum erat.

11. Sed ad sectiones revertamur, quarum plana perpendicularia sunt plano ordinatarum  $x, y$ ; per has enim curvaturae genera rursus, et copiosius condemus. Videamus igitur, quae superficie debeat esse conditio, ut projectiones sectionum in plano ordinatarum  $z, x$  vel cavitatem, vel convexitatem aequae omnes in puncto M axi  $x$  obvertant; et quae conditio, ut projectionum partim cavitatem, partim convexitatem. Hae conditiones, uti linearum curvarum doctrina monet, a signo quod praefixum erit differentiali secundi ordinis,  $(r+2sn+tn^2)$ , petendae sunt. Cum autem  $(r+2sn+tn^2)$  sit idem ac trinomium, quod num. 3 perpendimus, secreto tantum coefficiente  $\omega^2$  re ipsa positivo; superiores conclusiones hoc quoque asserre licebit. Scilicet:

1. Si sit  $(s^2 - rt) < 0$ , utcumque varietur  $n$ , valor differentialis secundi positivus perpetuo erit, vel perpetuo negativus. Quare projectiones sectionum in plano ordinatarum  $z, x$ , omnes axi  $x$  cavitatem, vel omnes convexitatem obvertent.

2. Si sit  $(s^2 - rt) > 0$ , valor differentialis secundi, variando  $n$ , e positivo in negativum abibit, vel contra. Quare earum projectionum partim axi  $x$  cavitatem, partim convexitatem obvertent.

12. Vernm ea, quae de projectionibus diximus, de sectionibus quoque in plano secante jacentibus sunt aequae dicenda. Id est, si sit  $(s^2 - rt) < 0$ , unaquaeque sectio MN unicuique intersectioni QT vel cavitatem, vel convexitatem obvertet; si

autem sit  $(s' - r t) > 0$ , quaedam sectiones MN rectis QT obvertent cavitatem, quaedam vero convexitatem. Quod sic ostendo. Rectae MQ, QT sint axes ordinatarum  $z'', x''$ , ad quos linea MN referenda est; sitque  $\alpha$  angulus, quem QT cum axe  $x$  comprehendit, et cuius tangens trigonometrica nuper  $n$  vocata suit. Statim inquirenti inter ordinatas  $x'', y'', z''$ , et pristinas  $x, y, z$  hae relationes occurruunt:

$$z' = z'' ; x' - x = x'' \cos. \alpha ; y' - y = x'' \sin. \alpha.$$

Quapropter ad lineam MN relatam ad axes MQ, QT qui in ejas plano sunt, aequatio erit  $z'' = \phi(x', y')$ , dummodo  $x'$ , et  $y'$  censeantur functiones variabilis  $x''$ . Ope calculi differentialis ex hac aequatione, atque ex relationibus

$$x' - x = x'' \cdot \cos. \alpha ; y' - y = x'' \cdot \sin. \alpha$$

eruitur

$$\left( \frac{d z''}{d x''} \right) = \left( \frac{d \phi}{d x'} \right) \left( \frac{d x'}{d x''} \right) + \left( \frac{d \phi}{d y'} \right) \left( \frac{d y'}{d x''} \right)$$

$$\left( \frac{d^2 z''}{d x'^2} \right) = \left( \frac{d^2 \phi}{d x'^2} \right) \left( \frac{d x'}{d x''} \right)^2 + 2 \left( \frac{d^2 \phi}{d x' d y'} \right) \left( \frac{d x'}{d x''} \right) \left( \frac{d y'}{d x''} \right) +$$

$$+ \left( \frac{d^2 \phi}{d y'^2} \right) \left( \frac{d y'}{d x''} \right)^2 + \left( \frac{d \phi}{d x'} \right) \left( \frac{d^2 x'}{d x'^2} \right) + \left( \frac{d \phi}{d y'} \right) \left( \frac{d^2 y'}{d x'^2} \right);$$

. . . . .

$$\left( \frac{d x'}{d x''} \right) = \cos. \alpha ; \left( \frac{d y'}{d x''} \right) = \sin. \alpha ; \left( \frac{d^2 x'}{d x'^2} \right) = 0 ; \left( \frac{d^2 y'}{d x'^2} \right) = 0 ; \dots ;$$

ac proinde

$$\left( \frac{d^2 z''}{d x'^2} \right) = \left( \frac{d^2 \phi}{d x'^2} \right) \cos^2 \alpha + 2 \left( \frac{d^2 \phi}{d x' d y'} \right) \sin. \alpha. \cos. \alpha + \left( \frac{d^2 \phi}{d y'^2} \right) \sin^2 \alpha;$$

seu

$$\left( \frac{d^2 z''}{d x'^2} \right) = \cos^2 \alpha \left\{ \left( \frac{d^2 \phi}{d x'^2} \right) + 2 \left( \frac{d^2 \phi}{d x' d y'} \right) \tan. \alpha + \left( \frac{d^2 \phi}{d y'^2} \right) \tan^2 \alpha \right\} =$$

$$= \cos^2 \alpha \left\{ \left( \frac{d^2 \phi}{d x'^2} \right) + 2 n \left( \frac{d^2 \phi}{d x' d y'} \right) + n^2 \left( \frac{d^2 \phi}{d y'^2} \right) \right\};$$

et demum in puncto M, quo  $x' = x, y' = y, z' = z$ , erit

$$\left( \frac{d^2 z''}{dx'^2} \right) = \cos^2 \alpha \left\{ r + 2sn + tn^2 \right\}.$$

Ilaec quantitas signum habebit conforme signo factoris  $\{r + 2sn + tn^2\}$ , idest differentialis secundi projectionum in piano ordinatarum  $z, x$ . Qnod erat ostendendum.

13. Si autem ea, quae num. 5 demonstrata sunt, hanc ad rem traduceremus, facile illud colligetur. Utetunque axes ordinatarum  $x, y, z$  commutentur, omnes sectiones quarum plana transeunt per M, et perpendiculariter novo piano ordinatarum  $x, y$  insistunt, a tangentibus versus easdem partes detorquentur, si sit  $(s^2 - rt) < 0$ ; si verum sit  $(s^2 - rt) > 0$ , quaedam e sectionibus extra tangentes eminent, quaedam tangentibus subjacent.

14. Hinc rursus profluum ea duo theorematum, quae e contactuum doctrina (num. 4) eruimus. Videlicet

1.<sup>o</sup> In puncto cuiusdam superficieci, quo sit  $(s^2 - rt) < 0$ , sectiones omnes vel cavitatem, vel convexitatem plano ordinatarum  $x, y$  obvertunt; ideo rectae in eo puncto superficiem tangentes, vel omnes e superficie exstant, vel omnes sub ea consistunt; et planum, locum geometricum tangentium, ita superficiem contingit, ut undique a contactu aut haec, aut illud jaceat versus planum ordinatarum  $x, y$ . Superficies autem huic piano cavitatem obvertit, si  $r < 0$ ; convexitatem, si  $r > 0$ .

2.<sup>o</sup> In puncto cuiusdam superficieci, quo sit  $(s^2 - rt) > 0$ , sectionum partim cavitatem, partim convexitatem piano ordinatarum  $x, y$  obvertunt; et proinde quaedam e tangentibus extra superficiem eminent, quaedam vero superficii subjacent, ita ut circa contactum planum tangens hic supra superficiem, illic sub ea consistat, ideoque occurrat ei in quadam linea, quae per contactum necessario transit.

15. Nunc ad ea superficie puncta, in quibus quantitas  $(s^2 - rt)$  evanescit, pergere oportet.

Acquationes differentiales ad lineam, in qua planum  $Y - y = n(X - x)$  occurrit superficiei  $z = \varphi(x, y)$ , e numero 8. huc revehamus:

$$\left( \frac{dz}{dx} \right) = p + q \cdot n, \quad \left( \frac{d^2 z}{dx^2} \right) = r + 2s \cdot n + t \cdot n^2,$$

$$\left( \frac{d^3 z}{dx^3} \right) = p' + 3q' \cdot n + 3r' \cdot n^2 + s' \cdot n^3$$

$$\left( \frac{d^4 z}{dx^4} \right) = p'' + 4q'' \cdot n + 6r'' \cdot n^2 + 4s'' \cdot n^3 + t'' \cdot n^4.$$

. . . . .

Si autem sit  $(s^2 - rt) = 0$ , ut possum est, seu

$$t = \frac{s^2}{r}; \quad \text{erit } \left( \frac{d^2 z}{dx^2} \right) = \frac{1}{r} (r + sn)^2.$$

Idecirco plano ordinatarum  $x, y$  vel omnes cavitatem obver- tent sectiones, vel omnes convexitatem pro quantitatis  $r$  si- gno aut negativo, aut positivo. De sectionibus his ea tantum excipienda est, quae ad valorem  $-\frac{r}{s}$  variabilis  $n$  spectat.

Nam cum valor  $\left( \frac{d^2 z}{dx^2} \right)$  hic ad nihilum redigatur, differentia- libus ordinum superiorum est res permittenda. Assumpto igi- tur  $n = -\frac{r}{s}$ , erit

$$\left( \frac{d^2 z}{dx^2} \right) = 0$$

$$\left( \frac{d^3 z}{dx^3} \right) = p' - \frac{3r}{s} \cdot q' + \frac{3r^2}{s^2} \cdot r' - \frac{r^3}{s^3} \cdot s' = \frac{1}{s^3} \left\{ p' s^3 - 3rs^2 \cdot q' + 3r^2 s \cdot r' - r^3 \cdot s' \right\}$$

$$\left( \frac{d^4 z}{dx^4} \right) = p'' - \frac{4r}{s} \cdot q'' + \frac{6r^2}{s^2} \cdot r'' - \frac{4r^3}{s^3} \cdot s'' + \frac{r^4}{s^4} \cdot t'' =$$

$$= \frac{1}{s^4} \left\{ p'' s^4 - 4rs^3 \cdot q'' + 6r^2 s^2 \cdot r'' - 4r^3 s \cdot s'' + r^4 \cdot t'' \right\}.$$

Hinc per linearum curvarum doctrinam nonnulla theoremat a deducuntur.

Si

$$\left( \frac{d^3 z}{dx^3} \right), \quad \text{sive } \left\{ p' s^3 - 3rs^2 \cdot q' + 3r^2 s \cdot r' - r^3 \cdot s' \right\}$$

non evanescat, in puncto M sectionis, cuius ad planum aequatio est

$$Y - y = - \frac{r}{s} (X - x),$$

habetur mutatio directionis, idest flexus; et proinde ea sectio ab eadem recta contingit, ac secatur; quare in puncto, quo sit  $(s^* - rt) = 0$ , et quantitas

$$\{ p' s^3 - 3 r s^2 \cdot q' + 3 r^2 s \cdot r' - r^3 s' \} = 0;$$

non evanescat, planum tangens superficie quidem occurrit.

Quod si una sit  $(s^* - rt) = 0$ , et

$$\{ p' s^3 - 3 r s^2 \cdot q' + 3 r^2 s \cdot r' - r^3 s' \} = 0,$$

ad  $\left( \frac{d^4 z}{dx^4} \right)$  descendendum est. Nam si signum quantitatis

$$\left( \frac{d^4 z}{dx^4} \right) = \{ p'' s^4 - 4 r s^3 \cdot q'' + 6 r^2 s^2 \cdot r'' - 4 r^3 s \cdot s'' + r^4 t'' \}$$

disforme sit signo quantitatis  $r$ ; tunc sectio, in qua  $n = -\frac{r}{s}$ , plano ordinatarum  $x, y$  cavitatem, vel convexitatem obvertet, prout ceterae innumerae sectiones inverso ordine convexitatem obvertant, vel cavitatem. Quamobrem tangens sectionis, in qua  $n = -\frac{r}{s}$ , extra superficiem eminebit, interea dum ceterae tangentes superficie subjacent, et viceversa: ita ut hac quoque hypothesi planum tangens superficiem secet.

Cum autem valores  $\left( \frac{d^4 z}{dx^4} \right)$  et  $r$  signa conformia habeant, sectiones superficie plano ordinatarum  $x, y$  vel cavitatem vel convexitatem omnes pariter obvertunt. Idcirco tantum in contactus puncto, aut forsitan in quadam linea planum tangens superficiem contingit. Duxi, planum tangens in quadam linea superficiem contingere: si enim hoc accidere potest, profecto non accidet cum sit  $(s^* - rt) < 0$ ; superficii enim puncta vel cuncta eminent extra planum tangens, vel cuncta sub eo piano consistunt: non cum  $(s^* - rt)$  sit  $> 0$ ; non cum sit  $(s^* - rt) = 0$ , et

$$\{ p' s^3 - 3 r s^2 \cdot q' + 3 r^2 s \cdot r' - r^3 s' \}$$

a zero discrepet; non cum sit  $(s^3 - rt) = 0$ , et

$$\{ p' s^3 - 3 r s^2 \cdot q' + 3 r^2 s \cdot r' - r^3 s' \} = 0,$$

et signum quantitatis  $\left(\frac{ds}{dx^4}\right)$  oppositum sit signo quantitatis  $r$ ; in quo vis enim horum casuum planum tangens superficiem secat: adeo ut contactus in quadam linea tunc fieri solummodo possit, cum habeatur  $(s^3 - rt) = 0$ , et

$$\{ p' s^3 - 3 r s^2 \cdot q' + 3 r^2 s \cdot r' - r^3 s' \} = 0,$$

eumque valores  $r$ , et

$$\{ p'' s^4 - 4 r s^3 \cdot q'' + 6 r^2 s^2 \cdot r'' - 4 r^3 s \cdot s'' + r^4 \cdot t'' \}$$

sint ambo positivi, vel ambo negativi. Quare eo tantum quod in puncto contactus sit  $(s^3 - rt) = 0$ , inferri non licet, planum tangens superficiem in eo puncto, eam quoque in quadam linea contingere. Id a clarissimis viris *Dupin* et *Lacroix* non est consideratum.

16. Igitur: 1.<sup>o</sup> Planum tangens occurrit superficie, si in puncto contactus sit  $(s^3 - rt) = 0$ ; et

$$\{ p' s^3 - 3 r s^2 \cdot q' + 3 r^2 s \cdot r' - r^3 s' \}$$

non evanescat.

2.<sup>o</sup> Planum tangens itidem superficiem secat, si sit  $(s^3 - rt) = 0$ , et

$$\{ p' s^3 - 3 r s^2 \cdot q' + 3 r^2 s \cdot r' - r^3 \cdot s' \} = 0,$$

et

$$\{ p'' s^4 - 4 r s^3 \cdot q'' + 6 r^2 s^2 \cdot r'' - 4 r^3 s \cdot s'' + r^4 \cdot t'' \}$$

signum habeat difforme quantitatis  $r$  signo.

3.<sup>o</sup> Si fuerit  $(s^3 - rt) = 0$ , et

$$\{ p' s^3 - 3 r s^2 \cdot q' + 3 r^2 s \cdot r' - r^3 \cdot s' \} = 0,$$

et unum ac idem signum binis quantitatibus  $r$ , et

$$\{ p'' s^4 - 4 r s^3 \cdot q'' + 6 r^2 s^2 \cdot r'' - 4 r^3 s \cdot s'' + r^4 \cdot t'' \},$$

planum tangens vel tantum in contactus puncto, vel fortasse in quadam linea superficiem continget.

17. Neque haec duo praetereunda. Si fuerit  $(s^3 - rt) = 0$  eo quod sit  $r = 0$ ,  $s = 0$ ,  $t = 0$ , oportebit valores quoque

$p', q', r', s'$  evanescere, et differentiale quartum variando  $n$ , e valore positivo in negativum non abire, vel contra; ut planum tangens tantum in puncto contactus superficie occurrat. Quod si quaedam e quantitatibus  $p', q', r', s'$  una cum  $r, s, t$  non evanuerint, vel si iis evanescentibus, valor

$$\{ p'' + 4q''n + 6r''n^2 + 4s''n^3 + t''n^4 \},$$

cum varietur  $n$ , e positivo in negativum abierit, planum tangens superficiem secabit.

Inde autem patet; quamvis  $r, s, t$  in puncto contactus evanescant, hoc tamen punctum non esse necessario inter ea recessendum, quae gallice vocantur *ombilics*: quod refragatur sententiae *Dupinii*: « *le point* (quo sit  $r=0, s=0, t=0$ ) est un véritable *ombilic* » (1)

Cum fuerit  $(s^2 - rt) = 0$  eo quia sit  $r=0, s=0$ ; differentiale secundum fiet  $= tn^2$ ; cui quantitati signum erit conforme signo  $t$ , dummodo non sit  $n=0$ . Posito autem  $n=0$ , differentiale secundum evanescit, tertium evadit  $= p'$ , et quartum  $= p''$ : cum igitur sit  $r=0, s=0, p'=0$ , et valores  $p'', t$  habeant signa conformia, sectiones superficie vel cavitatem omnes, vel omnes convexitatem plano ordinatarum  $x, y$  obvertunt: et cum una quaevis e binis iis conditionibus non adimpleatur, sectio cui respondent  $n=0$ , plano ordinatarum  $x, y$  cavitatem obverit, si ceterae convexitatem; et viceversa. Eodem pacto, cum esset  $s=0, t=0$ , fere similes colligi possent conclusiones.

18. Ea paucula, nec satis explorata, quae (num. 15.) de contactu in quadam linea vel leviter attigimus, ipsa monent, ut manum sibi adinoveamus.

Ut planum tangens

$$z' - z = p(x' - x) + q(y' - y)$$

in quadam linea

$$z = \varphi(x, y); l_{x, y} = 0$$

superficiem  $z = \varphi(x, y)$  contingat, necesse est, utcunque ex

(1) Développements.... - Pag. 133.

alio in aliud punctum ejus lineae evchatur contactus, plano tangentis eundem situm perstare. Quocirca cum ordinatae  $x, y$  contactus aequationi  $l_{x,y} = 0$  satisfaciant, quantitates quae plani tangentis situm praesinunt, constantes et invariabiles esse debent. Verum aequatio ad planum tangens sic scribi potest

$$z' = p x' + q y' + (z - p x - q y);$$

cum igitur sit  $l_{x,y} = 0$ , valores

$$p, q, (z - p x - q y)$$

constantes fieri oportet; ita ut si hi valores invariabiles dicentur  $a, b, c$ ; haec tres habeantur aequationes

$$p = a, q = b, z - p x - q y = c;$$

sive

$$p = a, q = b, z - a x - b y = c.$$

Primo, ex binis harum aequationum tertiam consequi, ostendam. Cum propter aequationem  $l_{x,y} = 0$  sit  $y$  functio variabilis  $x$ , ope calculi differentialis ex aequatione  $z = \varphi(x, y)$  eruitur

$$\left( \frac{d z}{d x} \right) = p + q \left( \frac{d y}{d x} \right),$$

at quisquis sit valor  $x$ , debet esse  $p = a, q = b$ , erit igitur

$$\left( \frac{d z}{d x} \right) = a + b \left( \frac{d y}{d x} \right);$$

et adhibita integratione, atque addita quantitate constante  $c$  erit

$$z = a x + b y + c, \text{ seu } z - a x - b y = c.$$

Quare ea relatio inter variabiles  $x, y$ , quae  $p$ , et  $q$  in quantitatibus invariabiles convertit, convertet et  $(z - a x - b y)$  in quantitatem constantem.

Quo illud patet. Si per quandam relationem  $l_{x,y} = 0$  differentialia  $p, q$  evadant constantia, planum tangens superficiem  $z = \varphi(x, y)$  in puncto  $x, l_{x,y} = 0, z = \varphi(x, y)$ , eam quoque contingit in linea, ad quam aequationes erunt  $z = \varphi(x, y)$ ;  $l_{y,x} = 0$ .

19. Secundo. Cum propter relationem  $l_{x,y} = 0$  sit  $p = a$ ,

et  $q = b$ ; necessario erit  $(s^* - rt) = 0$ . Reversa per differentiationem aequationum  $p = a$ ,  $q = b$ , in quibus  $x$  est absolute variabilis, fit

$$r+s\left(\frac{dy}{dx}\right)=0; \text{ et } s+t\left(\frac{dy}{dx}\right)=0;$$

onde eliminando  $\left(\frac{dy}{dx}\right)$ , prodir  $(s^2 - r)t = 0$ .

20. Tertio. Hujusmodi superficieorum sectiones, quarum plana per quoddam punctum lineae contactus transeunt, vel omnes plano ordinatarum  $x, y$  cavitatem, vel omnes convexitatem obvertunt. Scilicet planum tangens superficiem in ea linea, superficiem non secat. Cum in hujusmodi superficiebus sit  $p = a$ , et  $q = b$ ; hae aequationes differentiales habebuntur

$$(\text{A}) \quad r+s\left(\frac{dy}{dx}\right)=0, \quad s+t\left(\frac{dy}{dx}\right)=0,$$

$$p' + 2q' \left( \frac{dy}{dx} \right) + r' \left( \frac{dy}{dx} \right)^2 + s \left( \frac{d^2y}{dx^2} \right) = 0,$$

$$\text{(B)} \quad \left\{ q' + 2r' \left( \frac{dy}{dx} \right) + s' \left( \frac{dy}{dx} \right)^2 + t \left( \frac{d^2y}{dx^2} \right) = 0, \right.$$

$$\left( p'' + 3q'' \left( \frac{dy}{dx} \right) + 3r'' \left( \frac{dy}{dx} \right)^3 + s'' \left( \frac{dy}{dx} \right)^5 + 3q' \left( \frac{d^2y}{dx^2} \right) + \right.$$

$$+3r'\left(\frac{dy}{dx}\right)\left(\frac{d^2y}{dx^2}\right)+s\left(\frac{d^3y}{dx^3}\right)=0,$$

$$(C) \quad q'' + 3r''' \left( \frac{dy}{dx} \right) + 3s'' \left( \frac{dy}{dx} \right)^2 + t'' \left( \frac{dy}{dx} \right)^3 + 3r' \left( \frac{d^2y}{dx^2} \right) +$$

$$+3s'\left(\frac{dy}{dx}\right)\left(\frac{d^2y}{dx^2}\right)+t\left(\frac{d^3y}{dx^3}\right)=0,$$

E prima aequationum (A) eruitur  $\left(\frac{d\gamma}{dx}\right) = -\frac{r}{s}$ ; hic valor substituatur in aequationibus (B), quarum secunda ducta in  $\left(-\frac{r}{s}\right)$  addatur priori, erit;

$$\left\{ \begin{array}{l} p' - \frac{2r}{s} \cdot q' + \frac{r^2}{s^3} \cdot r' + s \left( \frac{d^3 y}{dx^3} \right) = 0 \\ -\frac{r}{s} \cdot q'' + \frac{2r^2}{s^2} \cdot r' - \frac{r^5}{s^5} \cdot s' - \frac{rt}{s} \left( \frac{d^2 y}{dx^2} \right) = 0 \\ p' - \frac{3r}{s} \cdot q' + \frac{3r^2}{s^2} \cdot r' - \frac{r^3}{s^3} \cdot s' + \left( \frac{d^3 y}{dx^3} \right) \left( s - \frac{rt}{s} \right) = 0; \end{array} \right.$$

vel

$$p's^3 - 3rs^2 \cdot q' + 3r^2s \cdot r' - r^3s' + s^2 \left( \frac{d^2 y}{dx^2} \right) (s^2 - rt) = 0;$$

cumque sit  $(s^2 - rt) = 0$  per num. 19, erit demum

$$(D); \quad p's^3 - 3rs^2 \cdot q' + 3r^2s \cdot r' - r^3s' = 0$$

Eodem pacto ex binis aequationibus (C) eruitur

$$p'' - \frac{4r}{s} \cdot q'' + 6 \frac{r^2}{s^2} \cdot r'' - 4 \frac{r^5}{s^5} \cdot s'' + \frac{r^4}{s^4} \cdot t'' + \\ + 3 \left( \frac{dy^2}{dx^2} \right) \left\{ q' - \frac{2r}{s} \cdot r' + \frac{r^2}{s^2} \cdot s' \right\} + \left( \frac{d^3 y}{dx^3} \right) \left( s - \frac{rt}{s} \right) = 0,$$

at  $(s^2 - rt) = 0$ , et e secunda aequationum (B) est

$$q' - \frac{2r}{s} \cdot r' + \frac{r^2}{s^2} \cdot s' = -t \left( \frac{dy^2}{dx^2} \right);$$

igitur

$$p'' - 4 \frac{r}{s} \cdot q'' + 6 \frac{r^2}{s^2} \cdot r'' - 4 \frac{r^5}{s^5} \cdot s'' + \frac{r^4}{s^4} \cdot t'' - 3t \left( \frac{d^2 y}{dx^2} \right)^2 = 0;$$

seu

$$(E); \quad p''s^4 - 4rs^3 \cdot q'' + 6r^2s^2 \cdot r'' - 4r^5s \cdot s'' + r^4t'' = 3s^4t \left( \frac{d^2 y}{dx^2} \right)^2 = \frac{3s^6}{r} \left( \frac{d^2 y}{dx^2} \right)^2.$$

Hinc liquet, aequationes (D), et (E) cas (num. 16) implere conditiones, quae ostendunt, superficiem tactam a plano tangente non secari. Quare, si planum in quadam linea quamdam superficiem contingat, utrinque ab ea linea versus easdem partes superficies a plono tangente detorquetur.

21. Non erit ab re nonnullos casus referre, in quibus differentialia  $p, q$  in quantitates constantes vertantur. Ponatur primo alter differentiale functionem alterius esse; idest  $p = \psi(q)$ . Jam patet,  $p$  constantem fieri, dum  $q$  fiat constans. Verum

hac in hypothesi cum valor constans  $q$  a nostra pendeat potestate, aequationes  $q=b$  et  $z=\varphi(x,y)$  ad innumeratas lineas erunt, quae in eodem ordine collocandae sunt. Quapropter in plano, quod superficiem in puncto cuiusdam ex iis lineis contingit, ea quaedam linea tota jacet: adeo ut quodlibet planum tangens in quadam ex iis lineis superficiem tangit. Sed quae sit haec linea, videamus.

Modo aequationi  $z=\varphi(x,y)$ , quam adhuc ad superficiem esse posuimus, succedit haec  $p=\psi(q)$ ; quippe quae ad superficies sit, quae hic nobis considerandae sunt. Cum autem inter ordinatas  $x$ , et  $y$  lineae contactus intercedat quoque relatio  $q=b$ , ad unamquamque earum linearum aequationes erunt  $p=\psi(q)$ ,  $q=b$ . In priori aequatione habita  $y$  pro variabili, differentiando eruitur

$$s = \left( \frac{d\psi}{dq} \right) \cdot t;$$

scu posito

$$\left( \frac{d\psi}{dq} \right) = \psi'(q), \quad \frac{s}{t} = \psi'(q);$$

e secunda elicetur

$$s + t \left( \frac{dy}{dx} \right) = 0; \text{ sive } \left( \frac{dy}{dx} \right) = -\frac{s}{t};$$

erit ergo

$$\left( \frac{dy}{dx} \right) = -\psi'(q).$$

Sed cum valor  $q$  aequetur constanti  $b$ , constans et valor  $\psi'(q)$  erit; ac proinde quodlibet sumes punctum in linea contactus,  $\left( \frac{dy}{dx} \right)$  non immutabitur: projectio igitur ejus lineae in plano ordinatarum  $x, y$  recta est. Hinc sponte fluit, contactus lineam, quam quaerimus, rectam esse; cum enim ejus projectio in plano ordinatarum  $x, y$  linea recta sit, recta quoque erit linea, in qua planum tangens et planum perpendicularare piano  $x, y$  ductum per eam projectionem, se invicem secant. Ergo superficies, ad quas sit aequatio  $p=\psi(q)$ , planum tangens in linea recta contingit. Hae superficies a Mathematicis Gallis *développables* nuncupatae fuerunt.

Hic juvat animadvertere, in quolibet puncto harum superficiuum esse  $(s^2 - rt) = 0$ : nam ex aequatione  $p = \psi(q)$ , cum  $x$  censemur variabilis, eruitur  $r = \psi'(q) \cdot s$ ; et cum  $y$ ,  $s = \psi(q) \cdot t$ ; atque eliminando  $\psi'(q)$ , erit  $\frac{r}{s} = \frac{s}{t}$ , sive  $(s^2 - rt) = 0$ .

Nec praetereundum, planum tangens superficie non occur-  
rere, etsi propter valorem constantem  $\left(\frac{dy}{dx}\right)$  differentiale quar-  
tum { num. 20 (E) } evanescat, ideoque desicitur tertia e con-  
ditionibus (num. 16), quae planum tangens vel tantum in  
puncto contactus, vel in quadam linea superficiem conting-  
ere ostendunt. Cum enim posito  $p = \psi(q)$  linea contactus sit  
recta, una cum differentiale secundo, tertio, et quarto sectio-  
nis cui respondet  $n = -\frac{r}{s}$ , cetera quoque evanescent; et seg-  
menti valor in nihilum redigetur; sed nihilominus e positivo  
in negativum non abibit. Ex quo consequitur, sectiones super-  
ficiei utrinque a linea contactus vel omnes aequae cavitatem,  
vel omnes convexitatem plano ordinatarum  $x, y$  obvertere.

22. Ponatur secundo, differentialia  $p, q$  in quadam super-  
ficie acquirere has formas  $(a + fl), (b + f'l)$ ; ubi quanti-  
tates  $a$  et  $b$  constantes sint, et  $f, f', l$  functiones quaevis va-  
riabilium  $x, y$ . Hisce positis, si inter variabiles  $x, y$  statuatur  
relatio  $l = 0$ , perspicuum est, differentialia  $p, q$  in quantitates  
constantes verti. Sed hoc loco aeqnatio  $l = 0$ , quae est ad  
lineae contactus projectionem, nullas alias constantes habebit  
praeterquam quae in aequatione ad superficiem contineantur.  
Quare in hujusmodi superficie una tantum, vel plures sed nu-  
mero definitae, lineae contactus jacebunt.

23. Jam quae passim demonstrata sunt, ea huc ordinatim  
cogamus.

## I.

Planum tangens in puncto contactus tantummodo superfi-  
ciem contingit, nonnullos tamen intra terminos: sive superfi-  
cies a piano tangente versus easdem partes detorquetur, si in  
puncto contactus sit:

$$1^{\circ} \quad (s^2 - rt) < 0,$$

vel si

$$2^{\circ}; \quad (s^2 - rt) = 0,$$

dummodo hac posita relatione inter ordinatas  $x, y$ , differentia-  
lia  $p, q$  in quantitates constantes non vertantur, et

$$(p' s^3 - 3rs^2 \cdot q' + 3r^2s \cdot r' - r^3s') = 0;$$

nec non valores

$$r, \text{ et } (s^4 p'' - 4rs^3 \cdot q'' + 6r^2s^2 \cdot r'' - 4r^3s \cdot s'' + r^4 \cdot t'')$$

vel ambo positivi sint, vel ambo negativi: vel si

$$3^{\circ} \quad r = 0, s = 0, t = 0, p' = 0, q' = 0, r' = 0, s' = 0,$$

et valor

$$(p'' + 4q''n + 6r''n^2 + 4s''n^3 + t''n^4)$$

variando  $n$ , e positivo non abeat in negativum, aut contra:

vel si

$$4^{\circ}; \quad r = 0, s = 0, p' = 0,$$

et valoribus  $t$ , et  $p''$  idem et unum sit signum: vel si

$$5^{\circ} \quad s = 0, t = 0, s' = 0,$$

et valor  $t''$  signum habeat conforme signum valoris  $r$ .

## II.

Planum tangens superficiem secat; idest superficies partim  
super planum tangens, partim sub eo consistit, si in conta-  
ctu sit

$$1^{\circ}; \quad (s^2 - rt) > 0:$$

vel si

$$2^{\circ}; \quad (s^2 - rt) = 0,$$

et

$$(p' s^3 - 3rs^2 \cdot q' + 3r^2s \cdot r' - r^3s') = 0;$$

a zero discrepet: vel si

$$3^{\circ}; \quad (s^2 - rt) = 0,$$

et

$$(p' s^3 - 3rs^2 \cdot q' + 3r^2s \cdot r' - r^3s') = 0,$$

et valor

$$(p'' s^4 - 4 r s^3 \cdot q'' + 6 r^2 s^2 \cdot r' - 4 r^3 s \cdot s' + r^4 t'')$$

signum habeat difforme signo quantitatis  $r$ : vel si

$$4^\circ; r=0, s=0, t=0,$$

neque evanescant una simul quatuor differentialia  $p', q', r', s'$ : vel si

$$5^\circ; r=0, s=0, t=0, p'=0, q'=0, r'=0, s'=0,$$

et valor

$$(p'' + 4 q'' n + 6 r'' n^2 + 4 s'' n^3 + t'' n^4)$$

variando  $n$ , e positivo in negativum migrare possit: vel si

$$6^\circ; r=0, s=0,$$

et  $p'$  non evanescat: vel si

$$7^\circ; r=0, s=0, p'=0,$$

et signum quantitatis  $p''$  difforme sit signo  $t$ : vel si

$$8^\circ; s=0, t=0,$$

et  $s'$  non evanescat: vel si

$$9^\circ; s=0, t=0, s'=0,$$

atque  $r$  habeat signum difforme signo valoris  $t''$ .

### III.

Platum tangens in quadam linea superficiem contingit, si

$$1^\circ; (s^2 - r t) \text{ sit } =0,$$

et hac posita relatione inter variabiles  $x, y$ , differentialia  $p$ , et  $q$  in quantitates constantes vertantur: vel si

$$2^\circ; (s^2 - r t) \text{ sit } =0,$$

quilibet variabilibus  $x, y$  valores tribuantur. (1)

Demum si e singulis punctis ad totam superficiem transeamus, illa consequuntur.

1° Superficies undique ad easdem partes est concava, et

(1) Cum sit  $(s^2 - r t) = 0$ , utcumque  $x$  et  $y$  varient, est  $p = \psi(q)$ . — V. Lacroix; T. II; pag. 634.

a plano tangente in puncto contactus tantum contingitur, si quilibet sint valores  $x$ , et  $y$ , habeatur  $(s^2 - rt) < 0$ .

2.<sup>o</sup> Superficies in quovis suo puncto concava est, et una simul convexa, atque a plano tangente secatur, si quilibet sint valores  $x$ , et  $y$ , habeatur  $(s^2 - rt) > 0$ .

3.<sup>o</sup> Superficies partim concava erit, partim concava, simulque convexa, atque hic plano tangentи occurrit, illic a plano tangente solummodo contingitur; si  $(s^2 - rt)$  modo sit  $< 0$ , modo  $> 0$ .

4.<sup>o</sup> Superficies in quadam recta a plano tangente undique contingitur, si  $(s^2 - rt)$  suapte evanescat.

24. Earum quinque conditionum, quae ad contactum in uno puncto spectant, prima tantum cognita erat; ceterae relatae fuissent ad puncta superficiei, in quibus contactus in quadam linea accidit. Aequo dicendum de novem iis conditionibus, quae planum tangens superficiei occurtere demonstrant. Nec contactus in quadam linea satis perspectus erat; nam ea bina genera, quae nos condidimus, non recensebantur; neque cum  $(s^2 - rt)$  evanesceret, quodam posito nexu inter  $y$  et  $x$ , statuebatur, ut valores  $p$ , et  $q$  deberent eo nexu constantes evadere.

25. Etsi quae tradita sunt, esse reapse perspicua, neque ulla declaratio indigere videantur, tamen paucula exempla asserre non alienum erit.

Exemplo primo ostendam planum tangens occurtere superficiei, cum sit

$$(s^2 - rt) = 0, (p' s^3 - 3rs^2 \cdot q' + 3r^2 s \cdot r' - r^3 s') = 0,$$

et valor

$$(p'' s^4 - 4rs^3 \cdot q'' + 6r^2 s^2 \cdot r'' - 4r^3 s \cdot s'' + r^4 t'')$$

habeat signum difforme signo valoris  $r$ .

Aequatio ad superficiem sit

$$a^5 z = \frac{x y (x^2 + y^2)}{2 \cdot 3}$$

Hinc

$$p = \frac{y(3x^2 + y^2)}{2 \cdot 3 a^5}, \quad q = \frac{x(x^2 + 3y^2)}{2 \cdot 3 a^5},$$

$$r = \frac{xy}{a^3}, s = \frac{x^2 + y^2}{2a^5}, t = \frac{xy}{a^3},$$

$$p' = \frac{y}{a^3}, q' = \frac{x}{a^3}, r' = \frac{y}{a^3}, s' = \frac{x}{a^3},$$

$$p'' = 0, q'' = \frac{1}{a^3}, r'' = 0, s'' = \frac{1}{a^3}, t'' = 0,$$

$$(s^2 - rt) = \frac{x^4 + 2x^2y^2 + y^4}{4a^6} - \frac{x^2y^2}{a^6} = \left(\frac{x^2 - y^2}{2a^3}\right)^2.$$

Erit igitur  $(s^2 - rt) > 0$ , cum valor  $y$  quavis quantitate discrepet a valore  $x$ ; ideoque superficies a plano tangente secabitur. Cum autem sit  $y = x$ , tunc

$$(s^2 - rt) = 0, r = \frac{x^2}{a^3}; s = \frac{x^2}{a^3}, p' = q' = r' = s' = \frac{x}{a^3};$$

ac

$$(p's^3 - 3rs^2 \cdot q' + 3r^2s \cdot r' - r^3s') = \frac{x^7}{a^{12}}(1 - 3 + 3 - 1) = 0;$$

et

$$(p''s^4 - 4rs^3 \cdot q'' + 6r^2s^2 \cdot r'' - 4r^3s \cdot s'' + r^4t'') = \frac{x^8}{a^{12}}\left\{-\frac{4}{a^3} - \frac{4}{a^3}\right\} = -\frac{4x^8}{a^{12}};$$

valor scilicet

$$(p''s^4 - 4rs^3 \cdot q'' + 6r^2s^2 \cdot r'' - 4r^3s \cdot s'' + r^4t'')$$

signum habet difforme signo valoris  $r$ . Quare patet, tertiam adimpleri conditionum, quibus positis planum tangens secat superficiem. Sed hoc nobis confirmandum est.

Sit  $b$  valor utriusque ordinatae  $x, y$  contactus; erit

$$p = \frac{4b^3}{2 \cdot 3 \cdot a^3}, q = \frac{4b^3}{2 \cdot 3 \cdot a^3},$$

adeoque erit ad planum tangens aequatio

$$z - \frac{2b^4}{2 \cdot 3 \cdot a^5} = \frac{4b^5}{2 \cdot 3 \cdot a^5}(x - b) + \frac{4b^5}{2 \cdot 3 \cdot a^5}(y - b);$$

sive

$$2 \cdot 3 \cdot a^5 z = 4b^5(x + y) - 6b^4.$$

Quapropter si planum tangens in quadam linea superficiem secat, ad eam lineam aequationes erunt

$2.3 a^3 z = 4b^3(x+y) - 6b^4$ ;  $2.3 a^3 z = xy(x^2 + y^2)$ ;  
atque ejus projectio in plano ordinatarum  $x, y$  hac aequatione  
exprimetur

$$xy(x^2 + y^2) = 4b^3(x+y) - 6b^4;$$

seu

$$xy^3 + x^3y - 4b^3x - 4b^3y + 6b^4 = 0.$$

Hinc vero infertur, projectionem sectionis (Tab. XLIII. fig. 2.) in qua planum tangens secat superficiem, utrisque axibus occurere in puncto, quod ab eorum concursum distat quantitate  $\frac{3}{2}b$ ; habere pro asymptotis eosdem axes; et sine intermissione excurrere in infinitum; sumpto enim quovis valore pro altera ordinatarum, alteri unus saltem valor realis erit. Quibus e projectione ad sectionem translatis, sit manifestum, planum tangens occurere superficie in linea, quae per punctum contatus transit.

27. Exemplo secundo ostendam, planum tangens secare superficiem, cum sit  $r=0, s=0, t=0$ , cumque differentialia  $p', q', r', s'$  non omnia evanescant. Sit

$$a^3z = b^4 + (x^2 + y^2)^3 - c(x^3 + y^3)$$

aequatio ad superficiem: erit

$$a^3p = 2 \cdot 2x(x^2 + y^2) - 3cx^2, a^3q = 2 \cdot 2y(x^2 + y^2) - 3cy^2$$

$$a^3r = 4(3x^2 + y^2) - 6cx, a^3s = 4 \cdot 2xy, a^3t = 4(x^2 + 3y^2) - 6cy$$

$$a^3p' = 4 \cdot 3 \cdot 2x - 6c, a^3q' = 4 \cdot 2y, a^3r' = 4 \cdot 2x, a^3s' = 4 \cdot 3 \cdot 2y - 6c$$

$$a^3p'' = 4 \cdot 3 \cdot 2, q'' = 0, a^3r'' = 4 \cdot 2, s'' = 0, a^3t'' = 4 \cdot 3 \cdot 2:$$

et in puncto, quo ordinatae sunt  $x=0, y=0$ , erit

$$r=0, s=0, t=0, a^3p'=-6c, q'=0, r'=0, a^3s'=-6c.$$

Hic plane expletur quarta e conditionibus, quae superficiem a plano tangente secari demonstrant. Quare planum quod superficiem

$$a^3z = b^4 + (x^2 + y^2)^3 - c(x^3 + y^3)$$

in puncto  $x=0, y=0$  contingit, eandem secat. Sed hoc problemus eodem argumento, quo in primo exemplo usi sumus.

Cum aequatio ad planum tangens superficiem in puncto

$$x=0, y=0, \text{ sit } z=\frac{b^4}{a^3};$$

communis sectio plani tangentis et superficie, si qua est, his binis aequationibus exprimetur

$$z=\frac{b^4}{a^3}; a^3 z=b^4+(x^3+y^3)^2-c(x^3+y^3);$$

atque ad ejus projectionem in plano ordinatarum  $x, y$  aequatio erit

$$0=(x^3+y^3)^2-c(x^3+y^3).$$

Ut autem pateat, hanc projectionem excurrere utrinque a puncto, cui sunt ordinatae  $x=0, y=0$ , pro  $x, y$  alias variabiles substituamus. Sit  $r$  recta inclinata ab axium concursum ad quodlibet projectionis punctum;  $\alpha$  sit angulus, quem continent inclinata et axis  $x$ ; erit ideo

$$y=r \sin. \alpha; x=r \cos. \alpha;$$

et aequatio ad projectionem vertetur in hanc

$$\frac{r}{c}=\sin^3 \alpha + \cos^3 \alpha.$$

Cum vero aequatio ista quantitates imaginarias non involvat, cumque, variando perpetuo  $\alpha$ , valor  $r$  intra terminos 0 et  $c$  continua variatione varietur; projectio sectionis, nec non sectio ipsa per punctum contactus transibit, et utrinque ab eo puncto excurret. (Tab. XLIII. fig. 3.)

27. Exemplo tertio ostendam, planum tangens nullibi praeter punctum contactus occurrere superficie, cum sit

$$r=0, s=0, t=0, p'=0, q'=0, r'=0, s'=0;$$

et valor

$$(p''+4q''n+6r''n^2+4s''n^3+t''n^4)$$

variando  $n$ , e positivo in negativum non abeat.

In aequationibus secundi exempli posito  $c=0$ , erit

$$a^3 z=b^4+(x^3+y^3)^2$$

$$a^3 p=4x(x^3+y^3), a^3 q=4y(x^3+y^3)$$

$$a^3 r=4(3x^3+y^3), a^3 s=8xy, a^3 t=4(3y^3+x^3)$$

$$a^3 p'=4.3.2x, a^3 q'=4.2y, a^3 r'=4.2x, a^3 s'=4.3.2y$$

$$a^3 p''=4.3.2, q''=0, a^3 r''=4.2, s''=0, a^3 t''=4.3.2$$

et in puncto ordinatarum  $x=0, y=0$ , habebitur

$$r=0, s=0, t=0, p'=0, q'=0, r'=0, s'=0,$$

et

$$\left( p'' + 4q''n + 6r''n^2 + 4s''n^3 + t''n^4 \right) = \frac{4.3.2}{a^5} \left\{ 1 + 2n^2 + n^4 \right\} = \frac{4.3.2}{a^5} (1+n^2)^2;$$

qui valor, variando  $n$  in infinitum, jugiter positivus erit.

Quare (per num. 23. I. 3.) planum tangens in puncto ordinatarum  $x=0, y=0$ , superficiem  $a^3z=b^4+(x^2+y^2)$  tantummodo contingit.

Re quidem vera, e binis aequationibus, quae essent ad communem sectionem plani tangentis, et superficie, haec tertia erueretur  $(x^2+y^2)^2=0$ ; quac profecto non ad lineam est, sed tantum indicat punctum, cui ordinatae sunt  $x=0, y=0$ .

28. Exemplo quarto superficiem proponam, in qua valor ( $s^2 - rt$ ) modo sit positivus, modo evanescat, modo in negativum abeat.

Aequatio ad superficiem sit

$$z^2 = (2a - \sqrt{x^2 + y^2}) \sqrt{x^2 + y^2}$$

Hanc excerptimus e praeclaro calculi differentialis opere, quod Lacroix egregie conscripsit. (1) Posito  $u=x^2+y^2$ , aequatio illa evadit  $z^2 = 2au - u^2$ ; adeoque erit

$$\left( \frac{du}{dx} \right) = \frac{x}{u}, \quad \left( \frac{du}{dy} \right) = \frac{y}{u}$$

$$zp = \frac{(a-u)x}{u}, \quad zq = \frac{(a-u)y}{u}$$

$$\begin{cases} zr+p^2 = \frac{ay^2}{u^3} - 1, \\ zr+pq = -\frac{axy}{u^3}; \\ zt+q^2 = \frac{ax^2}{u^3} - 1; \end{cases} \text{ idest}$$

$$\begin{cases} zr = \frac{ay^2}{u^3} - 1 - \frac{x^2(a-u)^2}{u^5}, \\ zr = -\frac{axy}{u^5} - \frac{xy(a-u)^2}{u^5}, \\ zt = \frac{ax^2}{u^3} - 1 - \frac{y^2(a-u)^2}{u^5}. \end{cases}$$

Hinc

(1) Tom. III. pag. 657.

$$z^2(s^2 - rt) = \begin{cases} \frac{a^2x^2y^2}{u^6} + \frac{2ax^2y^2(a-u)^2}{u^5z^2} + \frac{x^4y^2(a-u)^4}{u^4z^4} + \frac{ay^2}{u^3} - 1 - \frac{y^2(a-u)^2}{u^2z^2} \\ - \frac{a^2x^2y^2}{u^6} + \frac{ay^4(a-u)^2}{u^5z^2} - \frac{x^2y^2(a-u)^4}{u^4z^4} + \frac{ax^2}{u^3} - \frac{x^2(a-u)^2}{u^2z^2} \\ + \frac{ax^4(a-u)^2}{u^5z^2}, \end{cases}$$

sive

$$z^2(s^2 - rt) = \frac{a(a-u)^2}{u^5z^2}(y^2 + x^2) + \frac{a(x^2 + y^2)}{u^3} - 1 - \frac{(a-u)^2(y^2 + x^2)}{u^2z^2};$$

cum autem sit

$$\begin{aligned} y^2 + x^2 &= u^2, \text{ erit } z^2(s^2 - rt) = \frac{a(a-u)^2}{uz^2} + \frac{a}{u} - 1 - \frac{(a-u)^2}{z^2} = \\ &= \frac{(a-u)^3}{uz^2} + \frac{(a-u)}{u} = \\ &= \frac{(a-u) \{ (a-u)^2 + z^2 \}}{uz^2}: \end{aligned}$$

at  $z^2 = 2au - u^2$ ; ideo

$$(s^2 - rt) = \frac{a^2(a-u)}{uz^4}.$$

Hic valor  $(s^2 - rt)$  signum habebit conforme signo valoris  $(a-u)$ ; nam positivae sunt quantitates  $a^2$  et  $z^4$ , quippe quadrata; positivus et valor  $u$ , ut aequatio ad superficiem demonstrat. Quare cum in puncto contactus fuerit  $u$  majus quam  $a$ , scilicet  $(s^2 - rt) < 0$ , planum tangens non occurret superficie: cum autem  $u = a$ , idest  $(s^2 - rt) = 0$ , planum tangens in quadam linea superficiem continget; quod et Lacroix ostendit, quodque confirmant differentialia  $p$ , et  $q$ , quae, posito

$$u = \sqrt{x^2 + y^2} = a,$$

in quantitates constantes vertuntur: denique, cum fuerit in contactu  $u$  minus quam  $a$ , idest  $(s^2 - rt) > 0$  planum tangens superficiem secabit. Occursus hic fugit scientiam claris-

simi Lacroix, ut ex his verbis liquet: (1) « *Partout ailleurs (exceptis scilicet punctis superficie in quibus est  $u=a$ ) la surface que je viens de considérer n'a qu'un seul point de commun avec son plan tangent* ». Hac de re facile auctoritati et doctrinae illius viri indulsissem, et modo quidem indulgerem; nisi ab ea sententia me tota oratio mea deterret. Itaque cum intersectionem superficie et plani tangentis in punctis, quibus sit  $u < a$ , confirmem, verum invenire potius cupere, quam illustrem virum refellere mihi videor.

Sint

$$x=0, y=b, z=\sqrt{2ab-b^2}=c$$

coordinatae puncti contactus; erit

$$u=b, p=0, q=\frac{a-b}{c};$$

et aequatio ad planum tangens

$$z-c=\frac{a-b}{c}(y-b),$$

seu

$$cz=(a-b)y+ab.$$

Idecirco ad lineam, quam quaerimus, hae erunt aequationes

$$cz=(a-b)y+ab, z^2=2au-u^2:$$

e quibus eliminando  $z$ , orietur aequatio

$$(A) \quad c^2(2au-u^2)=(a-b)^2y^2+2ab(a-b)y+a^2b^2;$$

quae erit ad projectionem intersectionis in plano ordinatarum  $x, y$ . Nunc vocetur  $\alpha$  angulus, quem recta  $u$  inclinata ab axium concursu ad punctum quodlibet projectionis cum axe  $x$  comprehendit: erit  $y=u \sin. \alpha$ ; et facta substitutione in aequatione (A)

$$2au c^2 - u^2 c^2 = (a-b)^2 u^2 \sin^2 \alpha + 2ab(a-b)u \cdot \sin. \alpha + a^2 b^2;$$

$$u^2 \{(a-b)^2 \sin^2 \alpha + c^2\} + 2au \{b(a-b) \sin. \alpha - c^2\} + a^2 b^2 = 0;$$

(1) *Traité . . . . - T. III. pag. 658.*

$$(B) u^2 \frac{2a\{c^2 - b(a-b)\sin.\alpha\}}{c^2 + (a-b)^2 \cdot \sin^2 \alpha} \cdot u + \frac{a^2 b^2}{c^2 + (a-b)^2 \cdot \sin^2 \alpha} = 0$$

$$u = \frac{a\{c^2 - b(a-b)\sin.\alpha\} \pm ac\sqrt{\{c^2 - b^2 - 2b(a-b)\sin.\alpha\}}}{c^2 + (a-b)^2 \cdot \sin^2 \alpha};$$

cumque sit  $c^2 = 2ab - b^2$ ,

$$(C) u = \frac{a\{c^2 - b(a-b)\sin.\alpha \pm c\sqrt{\{2b(a-b)(1-\sin.\alpha)\}}\}}{c^2 + (a-b)^2 \cdot \sin^2 \alpha}.$$

Ut haec aequatio re ipsa ad lineam sit, oportet valores  $u$ , et  $2b(a-b)(1-\sin.\alpha)$ , nonnullos saltem intra terminos positivos esse. Cum autem  $2b(1-\sin.\alpha)$  nunquam in negativum abeat, cumque in nostra hypotesi sit  $u$ , sive  $b$  minus quam  $a$ , ideoque  $(a-b)>0$ ; valor  $2b(a-b)(1-\sin.\alpha)$  saepe erit positivus. Porro valorem  $u$  esse itidem positivum, ex aequatione (B) facile colligitur. In ea enim positivus est tertius terminus, et coefficiens secundi, scilicet

$$\begin{aligned} & \frac{-2a\{c^2 - b(a-b)\sin.\alpha\}}{c^2 + (a-b)^2 \cdot \sin^2 \alpha} = -\frac{2a\{b(2a-b) - b(a-b)\sin.\alpha\}}{c^2 + (a-b)^2 \cdot \sin^2 \alpha} = \\ & = \frac{-2a\{b(a+b)(1-\sin.\alpha)\}}{c^2 + (a-b)^2 \cdot \sin^2 \alpha} \end{aligned}$$

cum sit  $b < a$ , negativus fit; adeo ut in aequatione (B)  $u$  nullum habeat valorem negativum. Ergo planum tangens in puncto, quo sit  $u$  minus quam  $a$ , secat superficiem in linea (Tab. XLIII. fig. 4.), quae transit per punctum contactus.

Si autem fuerit  $b$  majus quam  $a$ , bini valores  $u$ , utcumque varietur  $\alpha$ , erunt perpetuo imaginarii. Quare non aderit linea, in qua planum occurrat superficie; sed tantum ex aequatione (C) prodibit punctum, in quo est  $u=b$ ,  $\alpha=90^\circ$ , punctum scilicet contactus.

Si demum fuerit  $b=a$ , aequatio (C) vertetur in hanc

$$u = \sqrt{x^2 + y^2} = a,$$

quae ad circulum est. Cum igitur sit  $b=a$ , planum tangens in circulo superficiem contingit.

Neque haec minus valebunt, si abscissae contactus, quam

posuimus  $=0$ , alias quivis valor tribuatur. Etenim aequatio ad superficiem non immutatur, tametsi axes  $x, y$  una circa axem  $z$  circumducantur, quoad contactus punctum, qualemque sit, jaceat in plano ordinatarum  $x, y$ .

29. Definitis, et firmatis superficierum generibus, reliquum est, ut ex iis eliciamus maximorum, minimorumve doctrinam in functionibus duarum variabilium, ut polliciti sumus.

Functio quaelibet variabilium  $x$  et  $y$ , cum indicare possit ordinatam  $z$  eujusdam superficie, maxima, vel minima erit, si talis fuerit ordinata  $z$ . Omnibus vero perspicuum est, ordinatam  $z$  eujusdam puncti maxima esse, vel minimam, si planum quod in eo puncto praedictam superficiem contingit, parallellum sit plano ordinatarum  $x, y$ , atque undique a contactu extra superficiem emineat, vel ei undique subjaceat. Quare functio  $\varphi(x, y)$  maxima evadet, vel minima, si valores  $x$ , et  $y$  non solum aequationibus  $p=0$ , et  $q=0$ , sed etiam alicui satisfaciant earum conditionum, quae (num. 23) ostendunt planum tangens nullibi praeter punctum contactus superficii occurrere: idest si una cum aequationibus  $p=0$ , et  $q=0$  sit

$$1.; \quad (s^2 - rt) < 0;$$

vel

$$2.; \quad (s^2 - rt) = 0,$$

modo posita hac relatione inter ordinatas  $x, y$ , valores  $p$ , et  $q$  in quantitates constantes non vertantur, et

$$(p' s^3 - 3rs^2.q' + 3r^2s.r' - r^3.s') = 0;$$

et valor

$$(p''.s^4 - 4rs^3.q'' + 6r^2s^2.r'' - 4r^3s.s'' + r^4.t'')$$

signum habeat conforme signo valoris  $r$ ; vel

$$3.; \quad r = 0, s = 0, t = 0, p' = 0, q' = 0, r' = 0, s' = 0,$$

et valor

$$(p'' + 4q''.n + 6r''.n^2 + 4s''.n^3 + t''.n^4)$$

non abeat, variando  $n$ , e positivo in negativum: vel

$$4.; \quad r = 0, s = 0, p' = 0,$$

et valoribus  $p'',$  et  $t$  idem, et unum signum praefixum sit:  
vel

$$5.^{\circ}; \quad s=0, \quad t=0, \quad s'=0,$$

et valores  $t''$ , et  $r$  signa habeant conformia.

Si autem planum tangens fuerit parallelum plano ordinatarum  $x, y$ , et superficiem  $z=\varphi(x, y)$  in quadam linea contingat, omnia huius lineae puncta ordinatas  $z$  aequales habebunt. Eae ordinatae maxima erunt, vel minimae earum, quae lineam contactus circumstant. Tunc autem nexus, quem inter variabiles  $x$ , et  $y$  contactus linea constituit, satisfaciet aequationibus  $p=0$ , et  $q=0$ . Quare in functione  $\varphi(x, y)$  infinita aequalia maxima, infinita aequalia minima habentur

1.<sup>o</sup> si (num. 23) ob quanidam relationem inter variabiles  $x$ , et  $y$  sit  $(s^2 - rt) = 0$ , atque differentialia  $p$ , et  $q$  in quantitates constantes vertantur, et simul quidem evanescant: vel

2.<sup>o</sup> si  $p=0$ ,  $q=0$ , et utcumque varient valores  $x$  et  $y$ , sit  $(s^2 - rt) = 0$ .

30. Igitur eo tantum, quia sit  $(s^2 - rt) = 0$ , non licet inferre, functionem duarum variabilium maximam vel minimam evadere: cum enim sit  $(s^2 - rt) = 0$ , accidere quoque possit, ut planum tangens secet superficiem: adeo ut nec punctum contactus minimam, vel maximam habeat ordinatam  $z$ ; nec linea sit, cujus ordinatae  $z$  maxima sint, vel minima eae rum, quae eandem lineam circumstant. Attamen solam sufficere conditionem  $(s^2 - rt) = 0$  arbitratus est clarissimus *Français* (1), quem *Lacroix* (2), et *Bordoni* (3) secuti sunt. Exempli caussa sit

$$a^2 z = xy(x^2 + y^2) - c^2(x + y)$$

aequatio ad superficiem: planum, quod eam contingit in punto ordinatarum

$$x = \frac{c}{\sqrt{4}}, \quad y = \frac{c}{\sqrt{4}},$$

parallelum est plano ordinatarum  $x, y$ ; sed partim sub superficie, partim super eam consistit.


(1) Annales de Mathématiques... Par Gergonne. T. III. pag. 132.

(2) Lacroix. Traité... Seconde Édition. T. III. pag. 631.

(3) Bordoni. Lezioni di Calcolo Sublime. T. I. pag. 214.

Habetis jam, doctissimi Viri, ea quae de curvatura superficierum colligi possunt ex una planorum tangentium doctrina. Quae si Vobis cognovero non injucunda prorsus fuisse, tantum fiduciae sumem, ut in perficiendam superficierum curvaturam hic leviter adumbratam mente, et animo iusistam.







# EQ. JO. BAPT. MAGISTRINI

*Machinae novae aquis modice profundis magna copia,  
et celerrime vi animali evocandis accommodatae. (\*)*

Aquae e subjectis fontibus, vel stagnis, vel canalibus contra gravitatem derivationi juvandae, cum derivationis terminus modicae altitudinis limites longe superat, maximam artis hydrostaticae cultores curam, et operam adhibuerunt; qui sane casus industriae mechanicae auxilio apprime indigebat. Non adeo solliciti fuisse videntur de hac ipsa operatione, cum aliquot tantum pedes aquam sursum deducere oportet; sive minimum vicinitate considerint, sive subsidiis primo casu paratis huic etiam secundo provisum satis esse judicaverint, si quidem situla, pala, cochlea Archimedis, et pauca reliqua communia hujusmodi instrumenta operi non sufficerent. Verum ex machinis altioris aquae derivationis nullam novi, quae vel propter constructionis impensam, et frequentiam reparationum, vel propter effectus tenuitatem, vel utraque de causa non longe absit in secundo casu a vera suae applicationis, et usus opportunitate, quotiescumque diurna permagna aquae quantitas evectio requiratur. Quod quanto incommodo, atque detimento sit artibus innumeris primariae necessitatis, nemo non videt. Nobis equidem gravissimae hujus difficultatis exemplum praebet quotannis humida inferioris Provinciae nostrae cultu-

---

(\*) Sermones habitati alter die 17. Maii anni 1838, die alter 6. Junii anni 1839, aucti deinde, et confirmati primis utriusque machinae experimentis anno ipso 1839, et sequenti 1840 mandante Aeademia ipsa susceptis coram Sodalibus clarissimis Casinelli, Contri, Gherardi, Bertelli, aliisque deinceps doctis, et artis peritis Viris permultis.

ra, cum fontes, et rivi propter aestivam siccitatem deficientes alere desinunt prata, et oryzae campos, adhuc tamen subjectis fossis, et stagnis conterminis aqua redundantibus, proxima quidem, sed propter machinarum defectum cultori prorsus desperita; quem ex imminentे arida sponda tantam aquae copiam avide contemplantem Tantali poena damnatum facile dices.

Haec olim mecum ipse considerans forte incidi in vastam oryza consitam possessionem siccitate valde laborantem, quam operarii multi recreare nitebantur aquam e subjecta fossa recuperantes minori pala communī, vulgo *palozzo*, inque planum prope imminens, unde jam ante defluxerat, denuo prop̄jicientes. Palam quisque suam optimo quidem consilio villici illi fune justae longitudinis suspenderant eidem omnes superno tigillo immobili; et dupli alterno motu composito, scilicet palae circa funis punctum inferius, et palae, simulque funis ipsius circa tigillum suspensionis sic aquae haustus, jactusque repetebant, ut se palae, et aquae susceptae jam pondere exonerarent. Laboriosa nihilominus, et molesta nimis apparabat duplex ejusmodi palae celerrima agitatio, quam alternus ejus demersus, emersusque, tum aquae evectio, atque projectus requirebant: pala insuper nimiam aquae jam modicae singillatim captae portiunculae dissipationem ex proprio motu ipso patiebatur. Quamquam vero ea palae applicatio, profecto ingeniosa, adhuc impar esset effectui tanti momenti; fecit tamen instrumenti simplicitas, ut de usu illius pro casu, in quo versabar, et alio quovis ejusdem necessitatis aliquandiu meditarer, quaereremque, num facilitior aliqua, et efficiaciōri applicatione pala posset adhiberi. Varia siuul pro re nata ad examen revocavi mechanica principia, quorum ope novo aliquo instrumento eidem operationi subvenirem.

Duplicem cura isthaec mea fructum sortita est minime contenendum. Palam etenim primo recolens id sum brevi consequens, ut leviter tantum mutata forma, ejusque agendi ratione, aquam tres, et quatuor pedes profundam ea quantitate uuius operarii vi pala exantlaret, quantam alia quaevis machina pari facilitate reddere minime posset.

Aliam deinde machinam aquae pariter generose, et altius hauriendae aptam inveni, jamque primo aliquo apparatu hu-

usq; quoque effectum experiri, ejusque commodiorem, et opportuniorem formam, atque applicationem explorare aggressus sum. Machinae prioris, cui *Palae pensilis* denominationem convenire arbitror, nunc vobis, Sodales praeclarissimi, submittam descriptionem, et calculi specimen, quo actionem, et effectum ejus in antecessum metiri saltem proxime non praetermissi, tum ejus effectus partem, quam peractae constructionis, et experientiae difficultates reliquam fecerunt, alterius machinae rationem mox vobis redditurus, cum primum ejus item calculum, constructionem, et experimentum absolvero.

## I.

**PALA PENSILIS.**

1. Fuso ligneo rotundo horizontali, cujus sectio longitudinalis  $i$  E  $i$ , fig. 1, Tab. XXI. (1) longitudo = D, semidiametru s  $r$ , densitas =  $\Delta$ , binas inter pilas PQ ferreis axiculis  $i$ , quorum semidiametru s =  $r'$ , innixo, et libere versatili duo infixi cohaerent lignei asseres rectangulares paralleli verticales AO, quorum sectio media normalis AcO, et facies altera AE'O, fig. 2; eumque trajiciunt superne producti tractu A E' = R', inferne tractu E'OK = R. Asseris utriusque latitudo = b, crassitudo = c, excepta utriusque infima portione OK = 2l, cujus latitudo = B > b. Duae istae asserum extremae portiones intercipiunt in tota longitudine sua 2l medianam tabulam normalem transversam OKKO, fig. 1, cujus latitudo = D - 2c, utrinque firmiter insertam. Asserum portiones ipsae superne denuo nectuntur inter se, et cum tabula praecedenti binis aliis tabellis inverse ad horizontem inclinatis, quarum sectio verticalis Oh, Oh, fig. 2. Prima ipsa tabula OOKK in margine inferiori instructa utrinque est la-

(1) Numerum et locum non suum in Tomo sortita est haec T abula, quod ejus impressio, ut saepe accidit, manuscripti impressioni antevertat.

bio quodam, sive calceolo, quem exhibent lineac K, K. Asse-  
res primarii A K, fig. 1, uniuntur praeterea supra, et infra a-  
xem E tigillis transversis e, quorum sectio = c, et distantia  
inferioris ab axe E =  $\frac{R}{2}$ , superioris =  $\frac{R'}{3}$ . Eadem omnium par-  
tium densitas =  $\Delta$ , nam parva nimis ferri quantitate opus habet  
earum compages, ut de ulla densitatis differentia solliciti simus.

Sic pendulam habemus palam duplificem, sive capsulam ex  
adverso apertam super axe E facile volvendam vel manubri-  
is supernis extrinsecis A a, et vecte CE, fig. 1, vel fortasse  
commodius, vecte unico, vel duobus obversis axi ipsi E rotan-  
tis rectanguli infixis. Asseris utriusque vertices A, A addititia  
massa  $\Delta p$  muniuntur, ut sistema, quoad propriam gravitatem,  
ad quamvis inclinationem in se ipso libretur, et partes ejus  
axi superior, et inferior motui rotatorio recepto aequae conspirent.

Ex dictis, posita = M massa totius sistematici rotantis, et  
= S momento inertiae, colligitur

$$M = \Delta \{ p + (D - 2c)(2lc + Bc + \pi r^2) \} + 2c \{ l(R + R') + 2l(B - b) \}$$

$$p = \frac{c}{R'} \left[ 2l(R - l)(D + 2B - 2c) + (R - 2l)(BD + b(R - 2l)) + \frac{c}{6}(D - 2c) \right. \\ \left. (3R - 2R') - \frac{bR'^2}{2} \right]$$

$$\frac{S}{\Delta} = pR'^2 + \frac{D\pi r^4}{2} + c(D - 2c) \left[ c \left( \frac{R^2}{4} + \frac{R'^2}{9} \right) + \frac{1}{3} \{ R^3 - (R - l)^3 \} + \frac{B^3}{12} + B(R - 2l)^2 \right] + c \left[ \frac{lB^3}{2.3} + \frac{2B}{3} (R^3 - (R - l)^3) + b^3(R - l) + 4b(R - l)^3 + \frac{bR'}{2.3} (b^2 + 4R'^2) \right].$$

2. Excipiat palam duplificem nostram subjectus canalis fundo  
concavo cylindraceo, ejus nempe figurae, quam pala ipsa du-  
pliei margine insimo suo oscillando describit, dempta porro  
canalis fundo, et spondis minima uniformi portiuncula, ut vix  
ullam pala frictionem oscillando non patiatur. Canalis in imo  
fundo, vel sponda alterutra, ut in H, fig. 1, et 3, perfora-  
tus cum proximo stagno, vel aqueductu adeo profunde com-  
municet, ut aqua in canali ad dimidiam circiter palae verti-

calis altitudinem  $l$  assurgat. Dicantur  $2m$  numerus graduum, quos aqua alluit in fundo canalis;  $a$  maxima altitudo, sive sinus versus aquei huius segmenti, quae a limite  $l$  non multum differat;  $Q$  massa aquei segmenti, cuius sectionem longitudinem exhibit, fig. 3, linea  $L'K'KL$ ; et  $2\pi$  longitudo peripheriae circuli, cuius radius = 1. Erit

$$a = R(1 - \cos m)$$

et proxime

$$Q = \frac{DR^2}{2} \left( \frac{\tau m}{90} - \sin 2m \right)$$

3. Ingrediatur nunc pala ex alterutra parte  $L'$  aqueum segmentum, et data pressione  $F'$  illud urgere incipiat. Aquea massa non ita procurrere ante palam prementem incipiet, quin contra renitens super ea simul intumescat, et qua data via est, se impulsioni subtrahere, atque e rima inter palam, et canalis parietes intercedente effugere, et quousque pala fundi ostium  $H$  nondum praetergressa est, in stagnum quoque externum refluere nitatur. Maxima tamen aquae pars directae palae impressioni obediens; et pala ad certum excursionis terminum  $K$  progressa, tum aqua jam ante ipsam procurrens, tum quae super ipsa interim accumulata insidet, unda simul composita, ulterius in ascendentem ramo canalis alacriter transiliunt. Ex dato punto  $L$  canalis, versa fundi curvatura, brevi tractu ad concham, sive aquaeductum derivationis  $m n$  pertingit; unda flectitur, seque magna pars aquae undantis in concham projicit; reliqua subsidet palae incumbens. Interim aqua externa, postquam pala ostium communicationis praetergressa est, in canalem irrumpebat locum arripiens aquae sublatae, et palam in sequens directione circiter  $H V x$ , seque cum unda anteriori componens; si quidem palae excursionis amplitudo  $L'K$  non adeo protendatur, ut aqua subsequens  $H V x K$  palam eo usque coniungi non possit, et unda ad posticam palae faciem abrumpatur. Id ne accidat, sedulo cavendum est. Quapropter excursion palae intra limites  $K', K$  aquei segmenti, nempe arcus  $2m$  contineatur oportet. Arcus autem ipse  $2m$  ne gradus  $72^\circ$  exceedat. Operarius enim, qui palam exercebit, praesertim si immediae agat in asseres ipsos manu prehensos alterna-

timi eos urgendo, atque trahendo; maiorem quam quae ad hanc palae declinationem sufficit, corporis sui alternam inflectionem diu sustinere nequaquam posset. Praeterea si pala ultra verticalem directionem nimis procederet, non solum unda abrumperetur, quae maxime interest, ut palam utrinque complectatur usque ad terminum excursionis, sed etiam aquae cumulus, quem desert, e summo margine retrorsum funderetur, et undae anterioris continuatio, et jactus supernus desiceret. Hinc sequitur altitudinem jactus aquae supra stagni inferioris superficiem ex amplitudine praesertim pendere, quam obtinet in canali aqueum segmentum, et capacitate capsulae utriusque, qua pala illud protrudit, ejus nimirum longitudine  $2l$ , et latitudine  $D - 2c$ , sive canalis latitudine  $D$ .

4. Post aquae hunc primum jactum e summo canali, primamque palae, et aquei segmenti excursionem aqua reliqua superior, aqua suborta inferior palam usque sequuta, tum pala ipsa illico una omnes undam praecedenti oppositam inire, inque alterum canalis ramum ascendentem propria gravitate contendere inciperent, quin ulla accederet pressio externa, nisi palae inertia, aliaeque ejus propriae resistantiae hanc unici motus communionem perturbarent. Ne igitur haec unda unica dissolvatur neutra ex parte palae, vi aliqua motrice externa opus est, quae novam undam sustineat, palam tot gradus, quot antea, nempe  $2m$ , promoveat, eundemque proinde aquae jactum reddat ad eandem altitudinem praecedentem, quam nominabo A. Cui si in fundo canalis respondeat arcus  $m'$  a medio insimo puneto, erit

$$A = R(\cos m - \cos m')$$

Secundam palae excursionem tertia illico subsequitur contraria tertium aquae jactum similiter datura; et sic inde sinenter vicissim usquequo ex insimo stagno perenui quaesita sublata fuerit aquae quantitas ad altitudinem A.

Quaenam vero maxima sit altitudo A maxima, prout necessitas ferat, aquae ab imo fundo derivationis pro data palae duplicitate, et canalis hydrophori amplitudine: qua lege aqua inferior tum reliqua ex quoque jactu praecedenti, tum nova ex imo ostio irrumpens conjunctim palami insequan-

tur unico inter se, et cum unda anteriori composito motu: quaenam hujus undae figura: quae velocitas ejus propria in-  
unte palae cursu, quaeve, hoc desinente, ejus acceleratio ex  
proruente aquae cumulo eousque deside in suprema palae  
parte: quaestiones totidem sunt non calculo solum, sed etiam  
scientiae adhuc inaccessae. At mirum est tot, tamque intricata,  
et explicatu difficultia intrinseca actionis suae principia machi-  
nam obficere, quacum nulla alia sive structurae simplicitate,  
sive utilitatis evidentia comparari potest. Nihilo tamen minus en  
quomodo palae actionem, et aquae multiplicem motum e lon-  
ginquo, ut ita dicam, explorare, ejusque, quod caput est, effec-  
tum generali calculo haud nimis, ni fallor, improbabili per-  
stringere curavi.

5. Opertus concipiatur canalis quarto pariete pariter circulari  
ad fundum parallelo, iisdem manentibus spondis planis verticali-  
bus, capto inter utrumque parietem circularem intervallo  $2a'$ . Hoc pacto canalis in syphonem vertitur, cuius sectio transversa  
 $= 2a'D$ . Talis esto sectio ista, nempe latus  $2a'$ , ut truncus sy-  
phonis, cuius media longitudo graduum  $2m$ , segmento par sit  
totidem graduum, quot aqua obtinet in canali aperto. Reperies

$$2a' = R - 6R\sqrt{\left(\frac{5 \sin 2m}{2\pi m}\right)}$$

6. In alterumtro hujusmodi syphonis ramo ita suspensa con-  
cipiatur dicta aqua massa  $Q$ , ut truncus inferior syphonis,  
quem primo occupabat, vacuus foret, si simul clauderetur  
ostium infimum communicationis externae: sic porro suspen-  
sa aqua massa gradus tantummodo  $m$  distet infima sua se-  
ctione a media infima sectione syphonis; ac proinde aqua e  
stagno suboritura aquam sublatam contingat, et cum ea con-  
jungatur. Graduum numerus  $m$ , quos aqua utrinque alluit in  
canali aperto, et proxime in syphone is esse debet, quem  
postulat necessarius palae demersus initialis  $a$ , dummodo, ut  
supra monui,  $2m$  non admodum superet gradus 72. Aquea  
massa hoc toto intervallo sursum dispulsa gradus ultra 90 at-  
tingeret supra fundum syphonis, quoniam  $3m = 108$ . Quoniam  
vero syphonis uterque ramus ad gradus  $m' < 90$  necessario  
terminatur, aqua e summo syphone effundi incipiet, cum gra-

duis  $m' - m$  processerit; atque in fine excursionis ejecta sursum erit portio ejus, quam nomino Q',

$$Q' = \frac{a' D \pi (3m - m') (R - a')}{90}$$

et reliqua manebit portio = Q' - Q. Cui jam infra subsequuta est aqua nova externa, qua sit, ut illo instanti aqueus truncus adsit in syphone hinc ad gradus  $m'$ , sive ad altitudinem  $A + a$  supra fundum, illinc ad gradus  $m$ , sive altitudinem  $a$ . Si tunc soluto ficitio ejus impedimento, aqua syphonis sibi relinquatur, illico descendere incipiet, inque oppositum ramum excurrere eandem altitudinem petens  $A + a$ : unde iterum refluxa eandem repeteret altitudinem; et perpetuo oscillaret inter altitudines  $a$ ,  $A + a$ , si quidem nullae forent internae resistantiae.

Graduum numerum  $m' - m$  hujusmodi excursionis vi addita  $F'$  ad numerum  $2m$  protendimus illum ipsum, qui palaे excursionem metitur in canali aperto, vi nempe eadem, qua pala aquam canalis protrudit, similiter applicata.

Hisce positus, jam fere omnia plane convenientia inter ficitum syphonem, et apertum palaे pensilis canalem: par utrinque massa aquae submovenda; eadem vis motrix externa; idem fundus, et similis; spondae eadem; eadem excursionis amplitudo aqueae columnae; idemque punctum supernae effusionis. Hoc superest aquae motuum discrimen syphonem inter, et canalem, quod in syphone unus, idemque est finis interni aqueae totius columnae cursus, et supernae ejus effusionis, in canali vero partim in pala cumulata exsilit, jaetumque complet, dum pala subsedit. Non levis momenti profecto est discrimen istud, si motus aquae rationem, et legem utrinque spectemus. Quoad utilem effectum nihilominus, quod praesertim interest, descriptae affinitates, et statuta conditionum communio spem mihi plurimam addiderunt calculum ficitii syphonis verum ac proprium, quem unda respuit, canalis hydrophori calculum sat proxime esse supleturum.

7. Aqua igitur syphonis reliqua ex primo jactu superiori, nova jam inita contraria excursione, cum subjecto interim instaurato aqueo segmento trajiciat tempore  $t$  gradus  $\omega$  velocitate

$\nu$  aquisita tum ex propria gravitate, tum ex vi premente  $F'$  a pala pensili mutuata, atque syphonis sectioni applicata gradus  $m$  initio distante ab infima et media sectione. Ab initio excursionis usquedum aquea columna ad supremam rami oppositi sectionem pertingit, notae motus hujusmodi leges hanc primam offrerunt aequationem

$$\nu d\nu \{ 45S + a' D\pi m(R - a')^3 \} = 45(R - a')^3 d\omega \{ F'(R - a') - fgMr' - 2a'Dg(R - a')^3 (\cos.(m' - \omega) - \cos.(m + \omega)) \}$$

cujus integratio, quoniam valori  $\omega = 0$  respondet  $\nu = 0$ , praebet

$$\nu = \frac{6(R - a')\sqrt{5}}{\sqrt{(90S + 2a'D\pi m(R - a')^3)}} \sqrt{\{ (F'(R - a') - fgMr')\omega + 2a'Dg(R - a')^3 \times (\sin.(m' - \omega) + \sin.(m + \omega) - \sin.m' - \sin.m) \}}$$

Si dicatur  $\nu'$  velocitas aquae, cum altitudinem  $A$  attingit, cum scilicet gradus  $\omega = m' - m$  progressa est, sequitur

$$\nu' = \frac{(R - a')\sqrt{(m' - m)}\sqrt{(F'(R - a') - fgMr')}}{\sqrt{(90S + 2a'D\pi m(R - a')^3)}}$$

Evolvatur aequatio praecedens juxta potestates fractionis  $\sin.\omega$ , quam pono  $= z$ , sumptis praeterea

$$H = \frac{\sqrt{(90S + 2a'D\pi m(R - a')^3)}}{6\sqrt{5}\sqrt{[F'(R - a') - fgMr' + 2a'Dg(R - a')^3(\cos.m - \cos.m')]}}$$

$$K = \frac{a'Dg(R - a')^3(\sin.m + \sin.m')}{F'(R - a') - fgMr' + 2a'Dg(R - a')^3(\cos.m - \cos.m')}$$

$$L = \frac{\frac{1}{2,3}(F'(R - a') - fgMr')}{F'(R - a') - fgMr' + 2a'Dg(R - a')^3(\cos.m - \cos.m')}$$

Altera deinde formula motus praesentis  $dt = \frac{R - a'}{\nu} d\omega$  item evolvatur juxta potestates ejusdem quantitatis  $\sin.\omega = z$ : probabit series calculo temporis  $t$  apprime accommodata,

$$dt = \frac{H dz}{\sqrt{z}} \left\{ 1 + \frac{Kz}{2} + \frac{z^2}{8} (3K + 4(1 - L)) + ec. \right\}$$

quae inter limites ante dictos, valores nempe  $z=0$ , et  $z=m'-m$  reddit tempus priuini hujus motus interioris

$$t' = 2H\sqrt{\sin.(m'-m)} \left\{ 1 + \frac{K}{2.3} \sin.(m'-m) + \frac{\sin.(m'-m)^2}{5.8} (3K^2 + 4(1-L)) + \text{ec.} \right\}$$

8. Antea exinde sursum procurrens aquae columna decuratur eundo, et cum gradus  $\omega'$  trajecerit praeter jam exactos  $\omega=m'-m$ , pressio vi motrici directe contraria evadit  $= \dots 2a'Dg(R-a')^2(\cos.(m'+\omega'-m)-\cos.m')$ , habita ratione aquae refluae ex praecedenti excursione palam insequentis, cui nunc aqua adjungitur ex fundi ostio suboriens. Massa proinde aquae, quam vis  $F'$  protrudit, nunc variabilis est . . .  $= \frac{a'D\pi}{90}(R-a')(2m-\omega')$ . Quamobrem aequatio praesentis reliqui motus formam recipit nonnisi indefinita evolutione integrabilem

$$\nu dv \{ 90S + a'D\tau(2m-\omega')(R-a')^3 \} = 90(R-a')^2 \{ F'(R-a') - fgMr' - 2a'Dg(R-a')^2(\cos.(m'-m+\omega')-\cos.m') \} d\omega'$$

Sumptis  $\sin.\omega'=z'$ , et

$$H' = \frac{1}{90S + 2a'Dm\pi(R-a')^3}$$

$$K' = F'(R-a') - fgMr' - 2a'Dg(R-a')^2(\cos.(m'-m)-\cos.m')$$

integratio aequationis ordinatae juxta potestates variabilis  $z'$  ab  $z'=0$ , ubi  $\nu=\nu'$ , seriem praebet denuo convergentem

$$\nu = \nu' + 180(R-a')^4 H' z' \left\{ K' + \frac{a'Dz'(R-a')^2}{2} (2g\sin.(m'-m) + H' K' \tau(R-a')) \right\}$$

Altera motus aequatio differentialis  $\frac{R-a'}{\nu} d\omega' = dt$  similiter ordinata, atque integrata reddit

$$t = \frac{R-a'}{\nu'} z' \left( 1 - \frac{45z' H' K' (R-a')^4}{\nu'^2} + \text{etc.} \right)$$

Si  $t''$  sit tempus reliquae excursionis; ad hujus terminum, quem valor  $\omega'=3m-m'$  definit, habemus

$$\epsilon'' = \frac{R - a'}{v'} \sin.(3m - m') \left( 1 - \frac{45 H' K' (R - a')^3}{v'^2} \sin.(3m - m') + \text{etc.} \right)$$

et tempus totius excursionis

$$T = t' + t''$$

9. Ad  $\omega' = 3m - m'$  motus desinit, nempe  $v = 0$ . Sie definita aequatio antecedens mensuram praebet vis motricis  $F'$ , qua opus est, ut praestituta aqua quantitas  $Q'$  ad datam altitudinem  $A$  quaque excursione elevatur. Generatiū retenta conditione superiori  $m <$ , vel ad summum  $= 36^\circ$ , et congrua palae, et radii  $R$  longitudine, ut aqua e fundo sublata ante palam tota sustineatur, et undam explicet suam, ex reliquis quantitatibus  $D, A, F', Q'$ , datis tribus, quartam aequatio determinabit. Quae, si vim  $F'$  quaeramus, restitutis valoribus quantitatum  $v', H', K'$ , praebet

$$F' = \frac{f g M r'}{R - a'} + 2a' D g (R - a') (\cos.(m' - m) - \cos.m') -$$

$$\frac{2a' D g (R - a') \left\{ \sin.(m' - m) \overline{\sin.(3m - m')}^2 + \frac{\pi(m' - m)}{90} (\cos.(m' - m) - \cos.m') \right\}}{\frac{\pi(m' - m)}{90} + 2\sin.(3m - m') + a' D \pi H' (R - a')^3 \overline{\sin.(3m - m')}^2}$$

10. Denotet postremo  $E$  utilē effectum ficiū syphonis,  $E'$  utilis actionis impensam ad illum assequendum pro unoquoque minuto secundo: caleculum complebunt formulae

$$E = \frac{A g Q'}{T} = \frac{A a' D g \pi' (R - a') (3m - m')}{90 T}$$

$$E' = \frac{F' \pi m (R - a')}{90 T}$$

11. Praesto mihi erat ad machinae experimentum domesticus aqueductus, unus ex vetustissimis, quibus aqua Sapinae ex superiori canali dedueta vastae Urbis regionis, quae orientem, et septentrionem spectat, sanitati, industriae, atque ornamento tota olim disperbiebatur summa eura, et vigilantia Majoruin. Aquam istam quatuor circiter pedes extollere oportebat, ut hortulum, et easulas nonnullas meas circumpositas ejus praef-

sentia, et usu aliquo recrearem absque damno utentium inferiorum. Opus itaque suscepit: atque ne nimia palae oscillationum amplitudo machinae effectui, et usus commoditati noceret, aquae derivationem inter palas duas partire decrevi, quarum altera duos aquam extolleret, quam altera ex apto interposito canaliculo exciperet, et duorum pedum reliquorum derivationem absolveret. Duplex utique machina, et opera duplex sic pro unica derivatione interponebatur: sed longe major utriusque machinae agilitas, et minor pro unaquaque vis motricis impensa, et celerior, pleniorque ex utraque jactus, non dubitavi, quin hunc duplicationis defectum fere totum compensarent. Prioris machinae dimensiones atque elementa ita se habent pondere et mensura bononiensi, sumpta = 1 aquae densitate,  $A = 2$ ;  $B = 1,104166$ ;  $b = 0,416666$ ;  $c = 0,083333$ ;  $D = 1,458333$ ;  $l = 0,854166$ ;  $R = 4,25$ ;  $R' = 4,50$ ;  $r = 0,01666$ ;  $r' = 0,021$ ;  $m = 36^\circ$ ; pondus superne pro aequilibrio addendum =  $g \Delta p$  = lib. 77,34507717. Meimine rimus rationem gravitatis inter querum lignum, et aquam = 1,17, seu proxime = 1,2; et inter ferrum, et aquam = 7,7788; pedem aquae cubicum pondo = lib. 151,7605095, pedem bononiensem constare metri partibus = 0,38009829; et libram partibus kilogrammi = 0,3618505, vim gravitatis =  $p = 25,805945$ , denique rationem circumferentiae ad diametrum in circulo  $\pi = 3,1415926$ .

12. Hoc probabili dimensionum, atque elementorum numerico delectu primae formulae superiores praebent  $a = 0,811563$ ;  $M = 1,762768$ ;  $g M = \text{lib. } 267,5185698$ ;  $S = 19,351122$ ;  $Q = 4,037695$ ;  $g Q = 612,7626504$ ;  $m' = 70,2172796$ . Elementa syphonis aequae pollutis  $a' = 0,276324$ , reliqua prorsus eadem atque in pala, et aperto canali. En tandem quae fictitii syphonis calculus de palae hisce dimensionibus extrudendae actione docet, deque ejus effectu ad singula minuta secunda pollicetur.

$F' = \text{lib. } 61,0966868$ ;  $Q' = 2,1118737$ ;  $g Q' = 320,4990287$ ;  $v' = 3,3059608$ ;  $t' = 0,8392816$ ;  $t' = 1,38714988$ ;  $T = 2,226431$ ;  $E = 287,8513209$ ;  $E' = 137,028165$ .

Neque miraberis actionis impensam  $E'$  effectu  $E$  plus quam duplo majore rependi; cum enim semel initio paucis palae alter-

nis impulsioneibus aquae oscillationem statneris in amplitudine graduum 2 m, jam aquae massa singillatim rediviva sibi ipsamet fere sufficit, ut gradus percurrat  $m' - m$ ; et vis prementis suplemento non indigeat, nisi ut reliquos absolvat gradus 3 m —  $m'$  integrae excursionis graduum 2 m.

Itaque si primae palae parem alteram simul addas, quaq aquam jam duos pedes erectam tantundem rursus promoveat, ut supra dictum est; totam assequeris vi motrice continua  $2F'$  propositam aquae ad quatuor pedes, seu metra 1,520392 derivationem, scilicet juxta hypothesim syphonis aequa polentis, massam  $Q = \text{ped. cub. } 2,1118737$ , sive in et. cub. 0,01159718, et pondus  $gQ' \text{ libr.} = 320,4990287 = \text{kilog. } 115,97273378$  tempore min. sec.  $T = 2,226431$ . Quae utilem effectum constituant pro singulis minutis secundis  $2E = 575,7026418$  mensura bonon., = kilog. 79,181335; idque impensa utilis actionis  $2E' = 274,05633$  priori mensura, et secunda = 37,6933239.

13. Omine tam bono primi hujusmodi rationalis experimenti, quod medius fidens materiale cuiusvis mechanici operis experimentum antecedat, non sola jubet prudentia opificis, sed ipsa studiorum et artium nostri temporis dignitas postulat, instruere suscepi hortulum sua, snaque casulas meas pala pensili aquae ex subjecto canali prima ad pedes duos, altera deinde ad duos reliquos exantlandae, artifice enixe monito, ut dimensiones ipsas praecedentis supputationis fideliter quantum fieri posset, servaret. Porro artifex praeceptum exequi curavit, non ita tamen, ut pala cum spondis, et fundo canalis sat exacte congrueret, et modicun tantummodo aquae anterioris refluxum permitteret. Adde aquae portionem, quam dimidia prima quaque excurrsione pressio adaucta, et vis centrifuga per ostium fundi abigebant; unde necessaria differentia, quae minus negligentiae artificis, qnam geometrae infirmitati tribuenda foret. Accidit praeterea, ut longus canaliculus inter duas palas praepropere extractus toti ad amussim aquae a prima projectae accipiendae, et prompte ad alteram adducendae impar esset. Nae lacrymosis, inquies, extremis istis commentationibus anteverttere, atque lenire Mathematici dolorem saepe solent infausti exitus calculorum ab experientia longe aberrantium. Ita

quidem persaepe: dic vero, quod res plerumque est, tum maxime in praesenti casu nostro. Id enimvero unice nos dolemus, non calculum ab experientiae exitu, sed experientiam ipsam a calculo aberrasse; atque optatae exitus utriusque directae comparationi locum minime concedi. Motum enim in syphone, et erogationem nos calculo perpendimus aquei segmenti, cujus sectio  $2\alpha'D$ , et amplitudo  $\frac{\pi m(R-a')}{90}$ : machina autem syphonem obtulit, cujus sectio  $2D(a'-\beta)$ , et aqueum segmentum, cujus amplitudo  $\frac{\pi(R-a')(m-\lambda)}{90}$ , cujus praeterea libera erogatio exteriore impedimento mutilata est; quae aberrationes plus verae sunt, quam se calculo aestimari patientur. Atqui nihilominus effectus machinae nostrae calculo simul, et votis egregie respondit. Is enim fuit, quem nulla alia ex machinis usitatis reddere posset.

14. Mulierculae nunc binae cujusque palae exercitio incumbunt, quae tam apte actionem suam vicissim impertiri, et moderari usu diurno didicerunt, ac tanta dexteritate undam obsecundare alternam aquae subter palam renascentis, ut parum admodum laboris pati videantur, ab eo certe nec frequenter, nec diu remitti indigeant, saltem quamdiu actista perdurat, dum scilicet conchas suas linteis eluendis repellent capacitate pedum cubicorum circiter 2600, quod obtinent horis summum duabus, et dimidia. Hanc vero operam plus quam bis quaque die praestare minime possent. Sic duplii pala pensili descriptae constructionis foeminae quatuor aquae massam pedum cubicorum 5200 quatuor pedes attollunt singulis diebus; qui utilis effectus mensuram recipit numero expressam = met. 1,5203931. kil. 285556,004448. Pone, quod a veritate minime absonum videtur, praesentem quatuor foeminarum actionem diurnam actioni parem esse ejusdem generis trium operariorum, cui juxta Christian, aliorumque accuratas observationes valor tribuitur = 510000. Habemus ergo proportionem effectum inter palae pensilis, et effectum vis motricis, quem absunit proxime :: 84:100.

Profecto Conductores irriguae cujuscunque generis agriculturae machinam libenter accipient adeo simplicem, qua

duobus tantum, vel quatuor suplere innumeros operarios poterunt arentes campos solito, fere dicas, cochleare aspergere tota die frustra nitentes, eosque ad utiliora servitia dimittere; et aquae stagnantis, cui quatuor usque pedes altitudinis ad defluxum desint, pedes cubicos prope 5200 singulis diebus eliminare, vel hac ipsa tam facili aquae subsidentis derivatio- ne campos saturare, qui siccitate laborent.

## ROTA HYDROPHORA

---

**T**ubus utrinque apertus AB, Tab. XLIV, fig. duplicata minori circulari sectione B sursum obversa, reliquis parallelis deorsum uniformiter crescentibus, oblique trajicit brachia, seu asseres aliquot horizontales D solido infixos versatili fuso C, quocum firmiter connexus sustinetur, et in subjectum stagnum tractu quodam cē demersus desinit. Quod de uno dico, idem pertinebit ad tubos alios aequales, et similes, quotquot eidem fuso similiter, et uniformi distributione applicentur. Proxima rota dentata vi motrice externa in gyruin versa super axe proprio dentes suos inter paxillos laternae H fuso C superimpositae intersetens fuso ipsi, et tubo motum imprimit rotationis. Haec machinae forma, ejusque motus, et aquae ascensus in tubo vi centrifuga genitus inversam exhibent tympani speciem a Segner propositam in Actis Academiae Berolinensis, quod postea Eulerus uterque, et Bossut in deliciis habuerunt, et calculo illustraverunt. At tympano hujusmodi hydrophoro nullus est locus, quum aqua deest superincumbens in tubis ejus sponte decidua. Si aquae superne influentis parva sit altitudo supra terminum tuborum, tympani effectus non nisi tenuissimus esse potest, qui, superatis resistentiis, manet reliquus ex debili reactione, et vi centrifuga aquae debili velocitate defluentis. Si vero aqua admodum alta supra tympanum emineat, tympanum ipsum inutile est; tunc enim uti praestat aquae vi libere deciduae absque interpositione sistematicis adeo resistentis<sup>(1)</sup>). En calculus, quo tota mihi visa est contineri ana-

---

(1) Usque ad Septembrem anni elapsi 1841, frustra quaesiveram in plerisque operibus Auctorum, qui machinas hydraulicas fuse descripsierunt, num de hac ipsa stagnanti aquae vim centrifugam com-

lysis novae rotac hydrophorae haud equidem minoris resistentiae, quam nihilominus verae, et frequentissimae primi, et secundi casus antedicti necessitati optime providere expertus sum.

2. Machinae partes, et calculi elementa.

Verticalis altitudo tubi . . . . .	<sup>a</sup>
Ejus axis longitudo . . . . .	L
Apertae sectionis tubi extremae, quas pono circulares, superior . . . . .	<sup>f'</sup>
Inferior . . . . .	$m^2 < f^2$
Distantia media sectionis superioris ab axe fusi . . . . .	D
Distantia sectionis inferioris . . . . .	R < D
Inclinatio axis tubi ad horizontem in inferiori puncto e- xtremo . . . . .	<sup>q</sup>
Declinatio plani verticalis per axem tubi, et axis fusi o- riginem inferiorem transeuntis a plano verticali per a- xem fusi, et centrum infimum tubi erecto . . . . .	<sup>q</sup>
Aquae externae altitudo super originem tubi . . . . .	k
Aereae, vel etiam quernae laminae crassities, qua tu- bus constat . . . . .	2e
Specificae ejus gravitatis ratio ad aquae gravitatem . . . . .	<sup>ω</sup>
Semidiometrus cavi in fundo stagni, et anuli in tigno superno, in quibus insertis axiculis fusus rotac hydro- phorae libratur. Idem esto de cavo, et anulo fusi ro- tac externae motricis . . . . .	<sup>i, i'</sup>
Semidiometrus laternae ad puncta contactus cum denti- bus rotac motricis . . . . .	N
Semidiometrus rotac motricis ad puncta ejus actionis in laternam trudendam . . . . .	D'
Vectis longitudo fuso hujus rotac infixi, cui vis externa applicabitur . . . . .	N'
Fusi, laternae, et reliquae armaturae tuborum pondus .	g'P

---

municandi ratione quidpiam editum esset. Tunc tantummodo didici ex Amico meo scientiae Physicae cultore egregio, deque Agricultura nostra optime merito Carolo Berti-Pichat mentionem factam a Navier machinac olim a Demour propositae nostrae omnino similis in opere cui titulus = Resumé des leçons données à l' École des Ponts, e Chaussées, = ubi Auctor praepropere nimis de invento ipso judicium tulisse mihi visus est.

Momentum inertiae . . . . .	S
Pondus rotae motricis, ejusque armaturae . . . ,	$g' P'$
Momentum inertiae . . . . .	S'
Tuborum quotquot rotam componunt numerus . . .	2 n
eorum, et aquae salientis pondus. . . . .	$2 g' n p'$
Momentum inertiae . . . . .	2 n S
Altitudo puncti eujusvis in axe tubi super stagnum inferius. . . . .	x
Segmentum axis tubi inter ejus originem, et punctum illud . . . . .	l
Sectio horizontalis tubi in eo puncto . . . . .	y
Linea recta horizontalis ab axe fusi ad dictum axis punctum deducta . . . . .	$\Delta$
Angulus inter hanc rectam, et axem tubi . . . . .	$\lambda$
Altitudo aqueae columnae, quae pressionem atmosphaerae metitur . . . . .	A
Pondus aquae pedis cubici in dato ponderum sistente . . . . .	$g'$
Vis gravitatis . . . . .	g
Ratio resistentiae attritus ad pressionem . . . . .	h
Ratio circumferentiae ad diametrum in circulo . . . . .	$\pi$
3. Volvatur nunc tuborum fusus ope rotae externae vi constanti ad hujus vectem N' applicata. Aqua in tubis contenta ad altitudinem k illico inhibet motum ascensionis tum propter vim centrifugam ex propria rotatione susceptam, tum propter renixum aquae exterioris in insimam sectionem tubi opportune obversam contra motum rotationis, tum maxime propter atmosphericam pressionem in subiectum stagnum ad os tubi praevalentem, aere in tota tubi rotantis longitudine vi pariter centrifuga promptissime disjeeto. Erunt nobis velocitas aequabilis continuae rotationis tuborum in centro superioris sectionis. . . . .	V
Velocitas rotationis pariter continuae, et uniformis vetus N' in punto, ubi normalis vis motrix applicata est.	V'
Velocitas labente ab initio motus tempore . . . . .	t
rotationis tuborum ad altitudinem x. . . . .	v

fluxus aquae in tubis.	u
fluxus aquae ex supra sectione $f^2$	c
Pressio aquae in eadem sectione tuborum	gp
Resistentia frictionis, quam patitur aqua celerrime prosi- liens.	gZ
Aquae quantitas, quam tubi effundunt singulis minutis secundis.	$2nQ$
Externa vis motrix vecti N' applicata	$g'F'$
Resistentia sistematis tuborum in extremo laternae radio N.	$g'F$
Machinae utilis effectus pro quoque minuto secundo.	E
Effectus insumptae vi motrici respondens	E'

4. Quoniam hic sermo tantum erit de machina simplicioris constructionis, tubis nempe conicis axe rectilineo instructa, quam expertus sum; de tubis enim axe curvilineo loqui in aliud tempus differo quum, experientiam similiter consulueri aliquius etiam formae tuborum hujusmodi, qua machinam perficere mihi propositum est; jam sequentes habemus inter notata elementa utiles permutationes

$$a = L \sin q$$

$$D = \sqrt{R^2 + 2LR \cos q \cos q' + L^2 \cos^2 q}$$

$$\Delta = \sqrt{R^2 + 2lR \cos q \cos q' + l^2 \cos^2 q} =$$

$$\sqrt{R^2 + 2Rx \cos q' \tan q + x^2 \tan^2 q}$$

$$\cos \lambda = \frac{\cos q (R \cos q' + l \cos q)}{\Delta}$$

$$y = \frac{1}{L} \left\{ mL - l(m-f) \right\}$$

$$V = \frac{DD'V'}{NN'}$$

$$v = \frac{V_\Delta}{D}$$

$$u = \frac{cf}{y}$$

$$2nQ = 2n cf_i$$

5. Ambos nunc motus, postquam aequabiles facti sunt, quod citissime eveniet, perpendamus, nempe rotationis hydrophori sistematis, et fluxus aquae salientis in tubis, quem hic pariter linearem assumere necesse est, siquid calculo proficere velimus. Itaque resolvo vim centrifugam  $\frac{\nu^2}{\Delta}$  sectionis  $y$  in binas, alteram normalem ad planum verticale per axem tubi demissum sive ad axem tubi ipsum, alteram parallelam ad dictum planum. Harum primam reperies  $= \frac{\nu^2}{\Delta} \sin. q'$ , secundam  $= \frac{\nu^2}{\Delta} \cos. q'$ . Ex prima denuo resoluta directione ad axem fusi, et directione ad hanc normali, oritur componens, quae rotationi favet,  $= \frac{\nu^2}{\Delta} \sin. q' \cos. q'$ . Ex secunda  $\frac{\nu^2}{\Delta} \cos. q'$  item resoluta in duas normalem, et parallelam ad axem tubi, haec prodit  $= \frac{\nu^2}{\Delta} \cos. q \cos. q'$ , et vis est aquae acceleratrix; illa destructa manet resistantia brachiorum tubi.

6. Negligenda hic non est resistantia frictionis, quae massae aqueae ascensum adversatur. In tubis cylindraceis Venturoli observavit sat bene respondere experimentis Bossut, et Du Buat formulam

$$Z = \frac{3 \alpha u^2}{4g \psi^{1,274}} + \frac{3 \beta u}{2 \psi^{0,5}}$$

exhibente  $\psi$  radium, ut vocant, medium, scilicet aream sectionis, tubi per ejus perimetrum divisam, et sumptis  $\alpha = 0,00086$ ,  $\beta = 0,0004$ . Longe abest fortasse, ut formula ista tubis conicis, et aqueae massae in iis citissime prosilienti plane conveniat; attamen hac utemur; quae sin totam, partem saltem aliquam praebet correctionis, qua opus habemus. Erit itaque in praesenti casu  $\psi = \frac{\sqrt{y}}{\sqrt{4\pi}}$ . Gravitas praeterea salientis aquae ipsius vim objicit retardatricem  $= g \sin. q$ .

Si dicatur  $gy \Sigma dl$  vis absoluta motrix in sectione  $y$  aqueae massae, sit nimirum

$$\Sigma = \frac{v^*}{\Delta g} \cos q \cos q' - \sin q - Z$$

nota aequatio pressionis juxta axem tubi erit in casu nostro  
 $gdP = g\Sigma dl - u du$

et substitutis valore quantitatis  $\Sigma$ , in eoque valoribus supra notatis quantitatum  $z, u, v, \psi, \gamma$ , erit in aquae fluxu permanente

$$gdP = \frac{V \cos q \cos q'}{D^*} dl \sqrt{R^* + 2lR \cos q \cos q' + l^2 \cos q} \\ - gdl \sin q - \frac{c^* f^4}{2} d \cdot \frac{l}{f^2} - \frac{3}{2} dl \cdot c f^*(4\pi)^{e, 6} L^{e, 5} \times \\ \left\{ \frac{\alpha c f^*(4\pi)^{e, 387} L^{e, 774}}{2 \{mL - l(m-f)\}^{e, 274}} + \frac{g\beta}{\{mL - l(m-f)\}^{e, 5}} \right\}.$$

Unde peracta integratione ab  $l=0$ , ubi  $p=A-k, y=m^*$ , ad  $l=L$ , ubi  $p=A, y=f^*$  et positis

$$A' = 1 - \frac{f^4}{m^4} + \frac{3\alpha L f^4 (4\pi)^{e, 657} (m^{4, 274} - f^{4, 274})}{8.548 (m-f) (mf)^{4, 274}} \\ B' = \frac{\beta L (4\pi)^{e, 5} (m^{e, 5} - f^{e, 5})}{(m-f) (mf)^{e, 5}}$$

eruitur ordinata aequatio velocitatis aquae e summo quoque tubo erumpentis

$$(I) \quad c^* + \frac{2B'}{A'} g \cdot c = 2g \frac{(k-a)}{A'} +$$

$$\frac{V^* \cos q'}{A' D^*} \left\{ (R \cos q' + L \cos q) \sqrt{R^* + 2LR \cos q \cos q' + L^2 \cos q^2} - R \cos q' \right\} + \\ \frac{R^* V^* \cos q' \sin q'}{2A' D^*} \log \frac{(1-\cos q')}{(1+\cos q')} \frac{\sqrt{(R^* + 2RL \cos q \cos q' + L^2 \cos q^2) + R \cos q' + L \cos q}}{\sqrt{(R^* + 2RL \cos q \cos q' + L^2 \cos q^2) - R \cos q' - L \cos q}}$$

7. Hic jam discimus velocitatem  $c$  maximam fieri, si, ceteris paribus, nulla sit axis tubi declinatio  $q'$  a plano verticali per axem fusi, et originem tubi demisso. Invabit ergo retinere  $q' = 0$ , quo valore aequatio evadit

$$(II) \quad c^* + \frac{2B' g c}{A'} = \frac{V^*}{A'} \left( 1 - \frac{R^*}{D^*} \right) - \frac{2g}{A'} (a - k)$$

ubi, si frictionem aqueae venae negligere liceat, ejus nempe coefficientes  $\alpha$ , et  $\beta$ , quo casu foret  $A = 1 - \frac{f^4}{m^4}$ ,  $B' = 0$ , prodiret

$$(III) \quad c = \frac{m^2}{\sqrt{(m^4 - f^4)}} \sqrt{\left\{ V^2 \left( 1 - \frac{R^2}{D^2} \right) - 2g(a - k) \right\}}$$

Supponimus praeterea venae contractioni provisum esse in ipsa tuborum constructione.

8. Conditio continuitatis aqueae venae ascendentis  $u = \frac{cf^2}{y}$ , quae totius calculi necessarium est fundamentum, apta impletatur proportione inter extremas sectiones  $f^2, m^2$ . Data inferiore sectione, superior nunquam attinget valorem

$$(IV) \quad f^2 = \frac{R V m^2}{D \sqrt{(V^2 - 2g a)}}$$

9. Ex formula (III) patet, ut aquae fluxus sequatur in altitudine  $a$  pro data tuborum dispositione, opus esse in eorum vertice velocitate angulari

$$(V) \quad V > \frac{\sqrt{2g(a - k)}}{\sqrt{\left( 1 - \frac{R^2}{D^2} \right)}}$$

ac proinde velocitate in extremo vecte  $N'$  rotae motricis

$$(VI) \quad V' > \frac{N N' \sqrt{2g(a - k)}}{D' \sqrt{(D^2 - R^2)}}$$

10. Abundare vicissim celeritate rotationis ultra certum limitem vetat partium machinac soliditas, et firmitudo possibilis. Certe vana prorsus, et desperita foret ulterior externae vis motricis impensa, qua continuam aquae venam in tubis producere velles ad altitudinem  $> A$ . Pressio enim sola atmospherica in subjectum stagnum aquam tubis jugiter subvehit eam reparatum, quam centrifuga vis sursum effundit. Quoniam ergo in tubo ad contractionem venae conformato habemus continui fluxus quantitatem  $Q = cf^2$ , ne plus aquae ex tubo sursum requiramus, quam quod inferius recipit, oportet, ut hanc alteram conditionem abunde impleamus

$$(VII) \quad V < \frac{D}{f^2 \sqrt{(D^2 - R^2)}} \sqrt{\frac{2gA(m^4 - f^4)}{}}$$

11. Accommodata machinae dispositio, ejusque exercitii acco-nomia maxime pendet ex praemissis conditionibus, euidem ratione insuper habita vis aquaeductus exterioris, unde prove-nit aqua haurienda. Sedulo praeterea cavendum est, ut aqua stagni subjecti, imo aer ipse circumfluens quam minimum fieri potest, machinae rotatione turbetur. Idcirco juvabit machinam praecingere, saltem inferiorem tractum ejus demersum coni-co involucro cum ea connexo, quod ultra tuborum terminum aliquanto inferius protendatur, et in origine tuborum in hos so-lum aquae aditum permittat. Hoc pacto moderaberis centri-fugas aquae repulsiones in ipso limine ejus influxus in tubos; et quod etiam summopere interest, omnino tolles resistentiam aquae externae in tubos rotantes. Ibis ita paratis, et unica re-tenta, ut diximus, tuborum a fuso declinatione, nota compa-ratio momentorum, ratione habita attritus axiculorum, et later-nam inter et dentataim rotam motricem, praebet resistentiam in circumferentia semidiametri N devincendam, ut rotatio per-severet uniformi velocitate V in vertice tuborum,

$$(VIII) \quad g'F = \frac{g'}{2gD^2(N-hi')} \left\{ 2DV(S+2ns) - Df^2c^2(D-hi') + \frac{4hi^2D^2}{3} (P+2np') \right\}$$

Vis autem vecti N' adhibenda, quae ope rotac dentatae exter-nae resistentiam aequabit gF, reperietur similiter

$$(IX) \quad g'F' = \frac{g'}{gN'(N'-hi')} \left\{ S'V' + gN' \left( \frac{2}{3}hiP' + \frac{19}{18}F(D'-hi') \right) \right\}$$

Supputatio ponderum g'P, g'p', g'P', et momentorum S, s, S' complebitur ex notis formulis, prout data fuerit quoque casu amplitudo, figura, et soliditas utriusque armaturae.

12. Machina hic supponitur obvia exerceri, et caeteris pro-jecto, si de usu animalium agitur, anteferenda vis motricis applicatione, unica nimirum interposita rota dentata, et uno vecte, vel pluribus fuso hujus rotac infixis. Sed actio hujusmo-di gravis homini est, ac molesta nimis, et equo, vel bovi o-mnino remittenda, quotiescumque diurna, continua, et uberrima requiratur aquae derivatio. Machinam si quaeris ex usitatis,

quacum rota nostra hydrophora se proprius comparari sinat, eam, ne rideas, indicare non vereor in antlia communi. Initio aqueus truncus infimus, nec tamen hoc ipso opus est, tum aer in tubo contentus, deinceps sola aquae massa in eo sursum procurrens verus embolus est antliae rotantis hujusmodi. Verum neque hasta embolus iste sursum trahi, et verticali directione duci opus habet. Conteri, consumi, a recto cursu infletti nescius nec corio, nec unguine indiget, nec ulla unquam reparacione. Imo, quod mirum est, hic antliam habemus, cui conicum est corpus, ut vocant, sive emboli camera, et embolum, qui ad conicam, vel quamvis aliam formam se sponte componit. Nullae hic valvulae, nulla diaphragmata aquae aspirationem, et ascensionem intercepunt. Illic unicus aquae motus ascensionis, ideoque continuus, et nulla inter emboli itum, redditumque fluxus superni intermissio. Nulla vel prorsus negligenda ex interiori attritu, quo tantopere communis antlia vitatur, vis motricis jactura. Scilicet in tubo nostro rotante aer vi centrifuga disjectus aquam primo subiectam aspirat, aqua vix dum aspirata aquam ipsam aspirat subsidentem, quae sua vice emboli officium similiter sumit, et sic indesinenter perenni aspiratione, idque ope unici motus continuae uniformis rotationis tubo impressi, et sublata tandem antliae usitatae gravissima alternae actionis motricis difficultate.

13. Parato, ut supra, machinae tubis rectilineis instructae calculo generali, numericam ejus primo applicationem experiri juvabat ea elementorum, ac dimensionum determinatione, quae machinae deinde constructioni, et experimento proprius conveniret. Quoniam vero ejus collocationi, et alimento non nisi concedebantur angustum illud clausum, et canaliculus, in quibus pala pensilis exercebatur, jam praecipuae dimensiones praefiniebantur, nempe

Altitudo querni fusi utriusque . . . . .	$=p. 6,5$
Semidiometrus rotae motricis . . . . .	$D' = p. 3$
Distantia verticis tuborum ab axe fusi proprii	$D = p. 3,5$
Duplicis vectis querni longitudo . . . . .	$N' = D = p. 3,5$
Altitudo verticalis tuborum super infimum stagnum . . . . .	$a = p. 4$
Reliqua elementa, et dimensiones opportune	

sic posse assignari arbitratus sum . . .	
Tuborum aequalium, et similium, et fuso si- militer inherentium numerus . . . . .	$2n=4$
Eorum parietis ex aere subtili lamella cras- situdo. . . . .	$2e=p \cdot 0,00139$
Eorum demersus in subjectum stagnum. . .	$k=p \cdot 0,5$
sectiones externae circulares, inferior . .	$m=p \cdot q \cdot 0,106$
superior. . . . .	$f=p \cdot q \cdot 0,025$
Distantia centri insimae sectionis ab axe fusi	$R=p \cdot \frac{1}{2}$
Sectio utriusqne fusi . . . . .	$p \cdot q \cdot \frac{1}{16}$
Axiculorum utriusque fusi semidiametrum ,	
superioris . . . . .	$i=p \cdot \frac{1}{32}$
inferioris in basi . . . . .	$i'=p \cdot \frac{1}{72}$
Rotae motrici tribuo velocitatem in puncto vectis extremo, qua non equus solum, sed etiam homo eam volvendo procurrere sex horas quaque die valeat. . . . .	$V=met. 0,76$
His addo valores alibi notatos quantitatum.	$h=\frac{1}{7}$
. . . . .	$A=p \cdot 27,268372$
. . . . .	$\omega=\begin{cases} 7.788 & \text{pro ferro} \\ 1,17 & \text{pro ligno} \end{cases}$
Reliquae machinae partes ad solidam ejus con- structionem accommodatae, quas pono, red- dunt $g'(P+2np') = lib. 998,2112769$ ;	
$g'(S+2ns)=lib. 2140,589348$ ; $g'P'=$	
lib. 3314,1477972; $g'S'=3667,505618$ :	
His denique, aliisque valoribus formulae superiores praebent ad singula minuta se- cunda . . . . .	$V=p \cdot 18$
et proxime . . . . .	$c=p \cdot 11,4727499$
. . . . .	$g,F=lib. 442,53975$
. . . . .	$g'F=\begin{cases} lib. 424,7677985 \\ kil. 153,6833413 \end{cases}$
. . . . .	$2ng'Q=\begin{cases} lib. 174,111037 \\ kil. 63,0021658 \end{cases}$

et conditio (IV) continuatatis adimpletur.

Itaque cum sit  $E:E':2n\alpha'Q:V'.F'$ , sequitur . . . . .  $E=0,810377 E'$ . Non equidem totam machina reddet portionem istam vis motrica insumptae; neglecta enim in praesenti calculo est potissima resistantia frictionis aquae in tubis. Verum quantacumque hujus effectus pars frictioni debeatur, sat ejusdem superesse non dubitavi, ut machinam colere omni studio prosequarer, eamque ad usum revocandi data, ut dixi, loci, et aquaeductus opportunitate proficerem, uti Academiae promiseram jam inde ab anno 1839, quum haec omnia coram ipsa referebam.

14. Suspecta itaque est palae pensili superius descriptae rota hydrophora tubis quatuor composita, quam hujus generis constructionum peritissimi Artifices Fratres Veronesi prompte exequunti sunt partium proportione, atque dispositione clauso accommodatis octo tantum pedes lato, septem alto, tum modicae vi subjecti aquaeductus. Opus erat aquam e tubis exslientem cuniculo excipere in toto extremo clausi ambitu, quo in concham proximam deducta mensuram subiret. Unde jam parva clausi amplitudo minuebatur, et locus vix supersuit medio cavo ad instar putei nimis angusto ad aquae externae receptum, ac machinae demersum, et liberam tuborum rotationem; qui conico involucro idcirco destituti toto aquae ambientis renixu vexabantur. Tubi eadem de causa nimis fuso proxima, nec satis ampla sectione inferiori aquam hauriebant. Erat  $R = \frac{1}{3}$ ; valores quantitatum  $N, N', D'$  sere iidem calculi praecedentis;  $m'$  vix  $= p \cdot q \cdot 0,05$ ;  $f' = p \cdot q \cdot 0,034$ , quam supremam sectionem praeterea minuebat tuborum inflexio cuniculum versus.



15. Tot inter insuperabiles loci difficultates sic absoluta machinae prima constructione, robustis operariis duobus eam iterum iterumque volvendam commisi velocitate pedum ut supra circiter duorum. Effectus, qui statim apparuit, voto sat respondere caepit, spemque confirmavit novae hujusmodi vis centrifugae applicationi aliquem insignis utilitatis fructum minime defuturum, quotiescumque commodior machinae constructioni daretur locus, ejusque alimento uberior aquae exter-

nae affluxus. Quatuor enim tubi vix paucis rotationibus aquam magno impetu reddebant, nec reddere desinebant, donec rotatio, et aquae inferius alimentum perseverabant. Aqua vivacissime exsiliens se in turbinem componebat procul radiantem sere horizontalem, quo spectatores multi, qui ventitabant, magnopore delectabantur. Bini homines illi eandem eodem sere tempore aquae quantitatem rota ista exantabant ac pala pensili quatnor foeminae supradictæ. Id vero propter externas machinæ resistentias magno nimis labore assequebantur, quem quaque die ne horas quidem sex sustinere fortasse potuissent. Sic stetit aliquando, et palæ vices tenuit specimen istud rotæ hydrophoræ. Foeminae illius aquæ administræ, ut natura sua curiosæ, tum facilem quandam ludi speciem in eo turbine videre sibi videbantur, non diu moratae sunt ludum suis et ipsæ manibus experiri, dispulsis operariis. At brevi, utpote palæ pensili assuetæ, et multo vertiginosiores gyroriam illam actionem aegre ferre, et deditiñari caeperunt, suaque tandem palæ restitutionem una voce flagitare. Palam facile restitui, sublata rota hydrophora ibi revera minus commoda, qualicumque hoc ejus primo experimento contentus, atque observationibus interea factis non solum pro meliori eius compositione, sed etiam pro novis aliis ejus longe utilioribus applicationibus, quas scriptis quam primum, et experimentis demonstrabo. Caeterum etsi praesentis imperfecti experimenti accurata, et completa institui nequit comparatio cum singulis formulis calculi antecedentis, id saltem perspexi, quod maxime refert, machinæ effectum utilem cum ejus laudabili ex calculo deducta mensura sat proxime convenire semper posse. Praeterea quæ conditio est hujusmodi comparisonum, mathematicæ formulæ, perraro accidit, ut cum naturæ, et artium factis ad amissim congruant; et fateamur, necesse est, huc quoque pertinere illud Philosophi = *Beatus, qui minimis urgetur.*





Tom. V.



C. Bessoni in cap del

Fig.



St. Bellini




# INDEX OPUSCULORUM

---

CAMILLI RANZANI. <i>De novis speciebus piscium. Dissertatio se- cunda. Tab. I. II. III. IV. V. VI. VII.</i> . . . . . pag.	3
ANTONII SANTAGATA. <i>De hypophae ramnoide.</i> . . . . . "	23
PHILIPPI SCHIASSII. <i>De amplitudine climatum.</i> . . . . . "	37
ANTONII ALESSANDRINI Eq. <i>De anatome Pathologica comparata, tum speciatim de ejus ad ossea systemata applicatione</i> " . . . . .	49
ALOYSII CISINELLI. <i>De aequationum algebraicarum resolutione observationes analyticac.</i> . . . . . "	65
JOSEPHI BERTOLONII FIL. <i>Commentarius de BCPRESTE FABRICII, deque damnis ab eruca ejus illatis. Tab. VIII.</i> . . . . . "	89
MARCI PAOLINI. <i>De casu quodam veneficii a fungo quem Aga- ricum pantherinum vocant inducti. Tab. IX.</i> . . . . . "	97
ALOYSII CALORI. <i>Descriptio anatomica branchiarum maxime in- ternarum gymini ranae esculentae, unaque praecipuum di- scrimen, quod inter branchias adinvicem et batrachiorum urodelorum intercedit Tab. X. XI.</i> . . . . . "	111
ANTONII ALESSANDRINI Eq. <i>Apparatus branchiarum Heterobran- chi Anguillaris. Tab. XII. XIII.</i> . . . . . "	149
FRANCISCI MONDINI. <i>Observationes anatomicae, atque Animad- versiones ad congenitam organorum muliebrium Atresiam spectantes. Tab. XIV. XV.</i> . . . . . "	165
PAULLI MURSTORI. <i>Chymica Analysis Buccarum Rhamni Ca- thartici indigeni ad varia ejus maturationis tempora.</i> . . . . . "	189
JOSEPHI VENTUROLI Eq. <i>Desfigura aquae per alveos desfluentis.</i> . . . . . "	199
JOSEPHI BERTOLONII M. D. <i>Iter in Apeninum Bononiensem. Tab. XVI. XVII.</i> . . . . . "	207
CAIETANI SGARZI. <i>Analyticae Investigationes circa pulveres an- tiquis quibusdam contentas vasibus, Anno 1834. effossis e Pyramide in peninsula MEROE. Tab. XVIII. XIX.</i> . . . . . "	231
SILVESTRI GUERRARDI. <i>De electricitate et magnetismo animadver- siones variae. Tab. XX.</i> . . . . . "	253
SILVESTRI GUERRARDI. <i>Nova experimenta de speciosa attractione. quae per venam fluidam erumpentem ex foramine, normu- li plano circumdato, sit in discum illi directe nec procul oppositum.</i> . . . . . "	277

<i>ANTONII CAVARA Eq. a Coron. Ferrea. Exostosis in antro Igmo-</i>	
<i>ri enatae ope resecationis curatio. Tab. XXII.</i>	“ 299
<i>CAMILLI RANZANI. De nonnullis novis speciebus piscium opu-</i>	
<i>sculum tertium. Tab. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII.</i>	
<i>XXVIII.</i>	“ 307
<i>CAMILLI RANZANI. De novis speciebus piscium Dissertatio IV.</i>	
<i>Tab. XXIX. XXX. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV.</i>	
<i>XXXV. XXXVI. XXXVII. XXXVIII.</i>	“ 339
<i>PHILIPPI SCHIASSII. De Moneta Bononiensi Dissertatio . Pars Se-</i>	
<i>cunda.</i>	“ 367
<i>ALOYSII CALLORI. De vasis pulmonum ophidiorum secundariis ob-</i>	
<i>servationes novae. Tab. XXXIX.</i>	“ 385
<i>ANTONII BERTOLONII Eq. Miscellanea Botanica I. Tab. XL.</i>	
<i>XLI. XLII.</i>	“ 413
<i>ALOYSII CASINELLI. De innumeris aequationibus algebraicis,</i>	
<i>quae peculiari artificio resolvi possunt . . . . .</i>	“ 433
<i>JULII BEDETTI De Plano tangente. Tab. XLIII.</i>	“ 485
<i>JOANNIS BAPTISTAE MAGISTRINI. Eq. Machinac Novae aquis</i>	
<i>modice profundis magna copia, et celerrime vi animali</i>	
<i>evocandis accomodatae. Tab. XXI. XLIV.</i>	“ 525





Pag.	Lin.	ERRATA	CORRIGE
15.	30.	stromateum . . . . .	Stromateum
19.	18.	ocellati . . . . .	ocellato
20.	11.	deformis . . . . .	deforme
119.	4.	ad concussum . . . . .	aliquando ad concussum
200.	26.	$n$ . . . . .	$\omega$
		$\beta$	$\beta$
202.	17.	$\frac{D}{D}, u$ . . . . .	$\frac{\beta u}{D}$
204.	7-8.	{ A P . . . . .	{ C P . . . . .
		{ A Q . . . . .	{ C Q . . . . .
"	20.	rapraesentat . . . . .	repraesentat
209.	29.	immediatae . . . . .	immediate
214.	7.	fieri fecit . . . . .	fieri jussit
255.	10.	ab 0° ad 10°. . . . .	, ab 0° ad 10°
271.	1.	expendendis . . . . .	de expendendis
281.	22.	congruat . . . . .	congrueret
288.	37-38.	experimentis . . . . .	experimento
296.	26.	flatui . . . . .	flatu
300.	1.	iguaria . . . . .	ignavia
"	9-10.	putulentus . . . . .	purulentus
311.	14.	intelligendam. . . . .	intelligendum
314.	17.	Speculus . . . . .	Speculum
"	29.	prioris . . . . .	priores
323.	10.	fultae . . . . .	fulcita
324.	9.	excubrias . . . . .	excubias
325.	9.	proprior . . . . .	propior
348.	11.	altuni . . . . .	altum,
353.	32.	rebescens . . . . .	rhescens
397.	24.	vecicularis . . . . .	vesicularis
488.	17.	cnntingere . . . . .	contingere
505.	22.	respondent. . . . .	respondet
509.	6.	tangit . . . . .	tangat
510.	pen.	in- . . . . .	in
511.	18.	conforme signum . . . . .	conforme signo
512.	1.	+ $6r^2s^2.r'$ . . . . .	+ $6r^2s^2.r'$
		$\frac{4x^6}{a^{15}}$ . . . . .	$\frac{8x^8}{a^{15}}$
514.	12.	$\frac{4x^6}{a^{15}}$ . . . . .	$\frac{8x^8}{a^{15}}$
523.	10.	maxima. . . . .	maxima, vel





*IMPRIMATUR*

*Fr. P. Caj. Feletti O. P. Inq. S. O.*

*IMPRIMATUR*

*Ioseph. Archid. Passaponti Prov. Gen.*













